This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 469525

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
1817
LIBRARIES

PHMATIKON

SIVE

VERBORUM GRAECORUM ET NOMINUM VERBALIUM TECHNOLOGIA

SCRIPSIT

CHR. AUGUSTUS LOBECK.

REGIMONTII 1846.

SUMTU FRATRUM BORNTRAEGER.

LONDINI APUD D. NUTT. PARISIIS APUD A. FRANCK. AMSTELODAMI APUD J. MUELLER ET SOC.

880.5
L8r

880.5
L8r

Praefatio.

Etsi haec aetas Lexicorum linguae graecae feracissima fuit, partim manualium, partim *ἀνδραχθῶν — ἃ κοὐ δύο ἄνδρε φέροιεν*, tamen etiamnunc philologorum *populus duas res anxius optat:* vocabulorum origines et significationum a primo fonte progressiones variosque flexus. Licet enim haud paucae sint voces, quarum nullum etymon inveniri possit, nec minus multae, quae discrepantem ab etymo significationem habeant, saepeque verum reperiatur quod Galenus dixit, *ἀλαζών ἐστι μάρτυρ ἡ ἐτυμολογία πολλάκις ὁμοίως μαρτυροῦσα τοῖς τἀναντία λέγουσι* *) tamen in omni verborum tractatione ad hanc quaestionem referimur et saepe repulsi tamen morosae artis fores pultare non desinimus. Neque successum desperavit H. Stephanus, qui in Thesauro hanc rationem sequutus est ut vocabula, quae unius stirpis ejusdemque familiae viderentur, in unum conferret singulisque suum assignaret principium. Sed viam istam tenere non potuit propter ingentem numerum eorum, de quibus aut non

*) De Hippocr. et Plat. dogm. II. 2, 214. T. V.

constat utrum primitiva sint an derivata, aut certum quidem est primitiva non esse nec tamen cognitum habemus unde sint orta. Interim multa, quae olim ignorabantur, succedentium industria in lucem prolata sunt, multa inventis adstruet assidua tractatio et longa studiorum aetas. Verum ut eo perveniatur, quo linguarum orientalium, sanscritae et hebraicae investigatores evecti sunt, hoc est ut linguae graecae lexica etymologica vel, ut illi vocant, lexica radicum condantur, id mihi altius videtur quam quod attingi possit. Nam qui nuper in Germania ediderunt libros sic inscriptos, caetera dissimiles, Wilhelmus Pape *Etymologisches Woerterbuch der griechischen Sprache* 1836. et Theodorus Benfey *Griechisches Wurzellexicon* 1839. nihil minus sibi propositum habuere quam ut haec, quae nos quaerimus, etyma per omnia vestigia persequerentur, investigata disponerent et quid a quoque derivatum sit et qua ratione, explanarent. Operi arduo et philologis intentato ante ducentos plus minus annos manum adjecit vir in longe alio studiorum genere occupatus Simeon Stevinus, cujus merita recenti adhuc memoria praedicavit Revinus in libro jam dudum emerito *Der neusprossende deutsche Palmbaum* 1683. his verbis usus: *Unsere Muttersprache ist nicht eben die geringste sondern die praechtigste, ja die naechste nach der hebraeischen wie aus den einsylbigen Stammwoertern zu sehen, davon allein Sim. Stevin bey die* 2170 *aus der teutschen zusammengelesen; in der lateinischen hat er* 163, *in der griechischen* 265 *gefunden.* Hic est illu-

stris ille mathematicus, cui nuper Bruggenses, ut emarcescentem popularis sui memoriam refoverent, honestissimo urbis loco publice statuam posuerunt. In Operum ejus, quae Albertus Girardus edidit, parte quarta p. 122. sermo injicitur de vocabulis mathematicorum propriis, eoque loco ille disputat contra eorum opinionem, qui francogallicam linguam ut ceteris rebus abundantissimam ita etiam fingendis terminis, qui dicuntur, technicis omnium aptissimam ducerent. Quod tantum abest ut concedat ut eam natura mendicam plerisque peregrinis et ascitis uti pertendat. Et per hanc occasionem graeci sermonis stirpes monosyllabas e lexicis, ut profitetur, conquisitas ordine enumeravit. Illam tamen copiam I. H. Vossius ad Virg. Ecl. I. 49. ad summas angustias redegit linguam graecam, latinam atque germanicam e duabus quasi radicibus *geo* (*γείνομαι*) et *feo* (*φύω*) effloruisse pronuntians. Et postea altius evolavit Antonius Schmidt (*Organismus der griechischen Sprache* 1836) constituitque omnium graecarum dictionum fontem et principium esse literam epsilon; quo nihil subtilius magisque aerium excogitari potest. Viam vero a Stevino initam persequutus est Adamantius Corais sed alia ratione. Is enim in Prolegg. Atact. p. 29. omissa illa stirpium inquisitione diversarum linguarum vocabula, quae in lexica relata sunt, ad numerum revocavit, itaque invenit in vetere Academiae Parisiensis dictionario undetriginta millia septingenta duodecim contineri, in Johnsoniano triginta sex millia septingenta octoginta quatuor, in linguae armeniacae vocabulario quinquaginta, sed in

thesauri Stephaniani editione Londinensi centum quinquaginta millia; Johannes vero de Ton. p. 4. scribit Herodianum in Catholica accentum sexaginta millium vocabulorum constituisse, quo numero certum est vix quartam partem totius summae contineri. Desunt enim omnia quae operis lex et ratio excludit hoc est quae generatim unam sequuntur tenoris regulam. Horum autem copia multo maxima est, ex synthetis, parasynthetis et paragogis omnis generis conflata; id quod unicuique apparebit qui modo unius nominis *οἶκος* propagines et traduces perlustraverit. Equidem centum octoginta reperi; horum autem vix decima pars ita comparata est ut ab Herodiano tractari potuerit; quis enim sibi persuadeat eum nominatim praecepisse quo accentu scribenda sint *οἰκέω, οἰκίζω, οἴκημα, οἴκησις, ἔποικος, συνοικίς* et cetera talia? Praeterea si quis immensam copiam voluminum, quae jam ante Augusti tempora in bibliothecis Alexandrinis reposita sunt, cum paucitate scriptorum, qui ad nos pervenerunt, contulerit, hinc facile, quanta pars vocabulorum in perpetuum abolita sit, existimare poterit.

Hoc autem tanto literarum graecarum naufragio fieri non potuit quin multae etiam stirpes vocabulorum absumerentur, non solum illae abditae et primigeniae, quas Etymologi conjectura venantur, sed etiam adultae omnibusque partibus expletae. Horum vestigia impressa sunt derivatis, quae nobis antecedentium ignaris sine principio nata videri debent similiaque naturis illis quas Plinius

H. N. X. 87. *ex non genitis gigni* dicit. Sed multo saepius fit ut indagato, quod probari possit, etymo tamen haereatur ob eam causam quia cum derivatione aliqua incessit vel figurae vel significationis mutatio, cujus causa parum clare apparet. Id autem aliquanto rarius fieret si, quas leges Graeci in derivando sequuti sint, cognitum esset accuratius. Sed quum quatuor sint artis Grammaticae partes, una anagnostica sive de prosodia, altera de declinatione nominum verborumque, tertia syntactica, quarta consimilis ei, quam physiologi morphologiam nuncupant, harum partium nulla quidem sic ut debet elaborata est sed minimos profectus habuit postrema. Huic inopiae ut quantum possem mederer, complures libros edidi de formatione vocabulorum eodemque consilio in hoc volumine verba primitiva et derivata nominumque verbalium genera praecipua exsequutus sum. Neque vereor ne rem inutilem et doctorum studiis indignam suscepisse videar. Nam si natura nobis prospectum ad ipsa sermonis incunabula praeclusit, at certe incrementa ejus et perfectionem haud dubiis vestigiis indagare possumus. Instituti autem mei ratio quo facilius perspici possit, huic praefationi subjunctus est elenchus capitum sive dissertationum, quarum pleraeque jam ante complures annos programmatum academicorum loco editae sunt. Postrema pertinet ad explicandam quaestionem, cujus in tractatu verborum saepius mentio incidit, de commercio quod inter vocabula sensuum intercedit. Universis vero inscripsi commune nomen Technologiae, etsi hoc non solum for-

matio continetur, in qua ego substiti, sed etiam declinatio et constructio, quae jam saepe tractatae sunt in Artibus Grammaticorum ipsaque hujus libri brevitas unicuique indicat a me tractatas non esse. Et alioqui de titulis librorum hominumque scrupulosius quaerere jam dudum desuevimus. In *adnotamentis*, quae singulis libri primi paragraphis supposita sunt, verborum praescriptorum formas simplicissimas conjectura exquirere conatus sum. Atque in hac parte viae, quae per nebulas et praecipitia emetienda est, unam ducem habemus analogiam, quae ubi deficit, hariolandum est aliquando, nec tamen ita ut veterum plerique solent vocabula confingentes apocalyptica et utopica. Quanquam quisnam nostrum non suam Utopiam habet? aut ubi tandem a turba quotidianarum rerum requiescere possumus nisi in illa aetheria regione, ubi Etymologia dominatur hoc est veri professio nullis carceribus circumscripta, et Analogia non illa scholae moderatrix sed vitae publicae privataeque?

Scrips. Regimontii Prussorum Cal. April.
A. MDCCCXLVI.

Elenchus Dissertationum.

L. I. De verbis primitivis.

Cap. I. de verbis puris . . . . . Diss. I. p. 1
„ II. „ „ labialibus . . . . . „ II. „ 32
„ III. „ „ gutturalibus . . . . „ III. „ 49
„ IV. „ „ dentalibus . . . . „ IV. „ 71
„ V. „ „ liquidis . . . . . „ V. „ 110

L. II. De verbis paragogis.

P. I. de circumflexis.

Cap. I. de verbis in $\overline{\varepsilon\omega}$ . . . . . Diss. VI. p. 143
„ II. „ „ in $\overline{\alpha\omega}$ . . . . . „ VII. „ 153
„ III. „ „ in $\overline{o\omega}$ . . . . . „ VIII. „ 159
„ IV. de confusione terminationum . . „ IX. „ 163
„ V. de diectasi . . . . . „ X. „ 173
„ VI. de verbis in $\overline{\mu\iota}$ . . . . . „ XI. „ 189

P. II. de barytonis.

Cap. I. de puris . . . . . „ XII. „ 194
„ II. de dentalibus . . . . . „ XIII. „ 216
„ III. de guttur. et liquidis . . . . „ XIV. „ 233
„ IV. de verbis in $\overline{\sigma\sigma\omega}$, $\overline{\sigma\chi\omega}$, $\overline{\pi\tau\omega}$ . . „ XV. „ 240

L. III. De nominibus verbalibus.

P. I. de nominibus I. decl. . . . . Diss. XVI. p. 253
P. II. de nominibus II. decl. . . . . „ XVII. „ 274
P. III. de nominibus III. decl.
Cap. I. de nomin. neutr. in ος . . . „ XVIII. „ 290
Cap. II. de nomin. in ω . . . . . „ XIX. „ 317
P. IV. de vocabulis sensuum eorumque confusione „ XX. „ 329

VIRO ILLUSTRI

AUGUSTO SEIDLER

AMICITIAE ERGO

ULTRA QUINQUAGINTA ANNOS PERPETUATAE

D.

LIBER PRIMUS

DE

VERBIS PRIMITIVIS.

CAP. I.

De verbis puris.

Quemadmodum pictura a monochromatis orsa est sic verborum structura a monosyllabis. Sed horum perpauca inveterarunt, quorum exempla infra subjiciam. Plerisque aut praepositae sunt literae auxiliares aut interpositae aut etiam syllabae accreverunt paragogicae partim ad evitandam soni exilitatem partim ut dirimeretur significationum diversarum sub una voce conjunctio. Ita quam rarum est in nominibus ut casibus obliquis nullus antecedat nominativus, tam non rara sunt verba defectiva; sed plerumque nescimus utrum primae positionis usus sensim intermissus an nunquam tentatus fuerit; quis enim speret omnia ad nos pervenisse integra? Sed non minus consentaneum est, ad fingendum futurum aut praeteritum non opus fuisse praesenti ad usum accommodato; nam satis erat si modo species ejus adumbrata in animo resideret; oblata vero utendi necessitate pro ea substitutam esse expressiorem et distinctiorem. Illa igitur, quae non leguntur in scriptis veterum sed a Technicis rationes seminales sequentibus finguntur, thematica nuncupamus et paradigmatica ut *δάω*, *σέω*, *πίω*, *χύω*, a quibus non solum tempora verbalia nata sunt sed etiam verba usitata et nomina. Et ut nominum thematicorum duas species esse statuimus, unam cui auctoritas deest ut *Δωδών*, *ὑσμίν*, alteram cui ratio ut *κλάς*, *Μόψοψ* v. Parall. 166. sq. sic etiam verba ab usu amandata sed usitatis paria et similia, qualia sunt *χάω*, *λάβω*, discernimus ab iis quae nihil sui simile habent ut *ἄδω*, *φίλω*. Illa obsoleta dici possunt; haec insolita et enormia sunt. Usitatorum vero tres numerantur species, una simplex et principalis *φάω*, altera concreta *φαίνω*, tertia paragoga *φαείνω*.

§. 1. Incipiamus igitur a simplicibus, quorum terminationem praecedit alpha: ἄω, βάω, γράω, δράω, ζάω, θάω, θλάω, κάω, κλάω, κνάω, κράω, κτάω, λάω, μάω, μνάω, νάω, πάω, σμάω, σπάω, τάω, τμάω, σχάω, φάω, φλάω, χράω, ψάω. Hic nihil ex Hemsterhusiana analogia admixtum est, qua illectus Valckenarii fervor juvenilis verborum species protulit prodigiosas et inauditas [1]) neque ex Philoxeni fabrica monosyllabica, quam adumbravi in Parall. Dissert. II. §. 1. sed quae hac in tabula proposita sunt, eorum aut praesens extat aut imperfectum sive activae formae sive passivae. [2]) Primum erat ἄω, cui EM. 174, 40. duas tribuit significationes futuro duplici ἄω τὸ πνέω, οὗ ὁ μέλλων ἀήσω, καὶ ἄω τὸ κοιμῶμαι, οὗ ὁ μέλλων ἀέσω, sed verbum haud dubie unum est vicinas halandi sive respirandi et dormiendi notiones complexum. [3]) Nec tamen reperitur ἄω *dormio* sed modo infinitivus ἀέσαι inusitato ἀέω accommodatus, quod transiit in Ἀέσκω κοιμῶμαι Hes. Quin etiam praesens ἄω spiro non legitur nisi consona auctum Ζάει πνεῖ Hes. praeter subjunctivum ἄῃσι Oppian. H. III. 67. quem Goettlingius ad Hes. Th. 875. ἀῇσι scribendum putat; sed imperfecto, quod EM. 23, 53. Suid. s. Ἀήθεσσον inter quatuor ἀναύξητα referunt, utitur Apollonius Arg. (ἄε) et Ἄετο ἔπνει Hes. quanquam hoc etiam ad ἄεμαι (ἄημαι) referri potest ut futurum ἀήσω (καταήσομαι) ad ἀέω, cujus locum invasit ἄημι. Diversum est verbum ἄω satio, cujus temporis nihil legitur praeter infinitivum ἄμεναι et passivum ἄασται pro ἄται. Sed tertium ἄω τὸ βλάπτω, unde EM. ἀάω natum dicit, teste caret. [4]) Eorum, quae a consona

---

1) Ex iisdem fontibus manarunt Wyttenbachii commenta ad Plut. de Aud. Poet. p. 235. ζάω ζέω ζίω ζόω ζύω etc.

2) Parilitatis causa plerumque activam formam posui.

3) Virg. Aen. IX. 326. *toto proflabat pectore somnum;* ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντες Theocr. XXIV. 46. *mollem spirare quietem* Propert. I. 3, 7. quod a somno ad somnia transtulit Sophocles ἡδύπνοα ὀνείρατα El. 480. Hesychius Εὐαδὴς εὔπνους, Περιαδεῖς περίπνοοι v. Parall. 156.

4) Ex Hesychii glossa Ἄσας βλάψας ἔβλαψας Σοφοκλῆς, non satis liquet poetam aoristo ἄσα conveniens praesens ἄω posuisse.

ordiuntur, primum est *βάω*, cujus superant modi obliqui: *βᾶτε*, quod Matthiae falso doricum facit, *προβάοντε* ut in antiquis libris Il. XII. 277. scriptum fuit, *προβῶντες* et infinitivus de quo ambigit EM. 187, 43. *τὸ βᾶν, εἰ μὲν ἐκ τοῦ βῆναι ἢ βᾶναι, συγκοπή* [5]) *ἐστιν. Εἰ δὲ τὸ θέμα ἐστὶ βῶ, τὸ ἀπαρέμφατόν ἐστι βᾷν.* Indicativus reduplicationem accepit *βιβῶ*. Secundum est *γράω τὸ ἐσθίω*, unde *ἔγραε, πολύγραος* et alia. Suspectum vero *Δάειν κακουργεῖν* Hes. quod per diphthongum scribit Eustathius p. 70, 38. *δηλῶ (δηλέομαι) παρὰ τὸ δαίω. Δεδάεσθαι* quosdam praesens reduplicatum putasse ut *γεγάονται* adnotavi ad Buttm. 38. *Δρῶ τέσσαρα σημαίνει, τὸ κρατῶ, ἐξ οὗ δράκτυλος καὶ δακτύλος, τὸ ὑπηρετῶ, ἐξ οὗ δραπέτης, τὸ βλέπω, ἐξ οὗ ὑπόδρα, τὸ πράττω* EM. 285, 38. Horum primum nihil aliud est quam thema verbi *δράσσομαι* ab usu repudiatum. *Δρῶ τὸ ὑπηρετῶ* idem est quod *δρῶ τὸ πράττω*, nam *δραστῆρες ὑπηρέται* Hes. *δραπέτης* vero neque hinc derivatum est nec unde Apollonius sumit de Adv. 549. *τὸ δρῶ σημαίνει καὶ τὸ ὁρῶ, ἀφ' οὗ καὶ τὸ δρωπάζειν καὶ τὸ δραπέτης ὁ ἐπιβλέπων τοὺς δεσπότας*, uterque novitium usum sequuti quo *δραπέτης* dicitur pro ministro, sed ab homonymo *δρῶ*, cujus memoria penitus abolevisset nisi hinc profecta essent *δρασκάζω, ἀποδιδράσκω* et quod Atticistae repudiant *ἀποδρῶ* v. ad Buttm. 125. Ad verbum *δρᾷν τὸ βλέπειν* infra recurram C. III. §. 2. Sequitur *ζάω*, de quo dicere supervacaneum duco, et *θάω* significatione duplici: *Θάοντα θεωροῦντα* Hes. et *θάω τὸ θηλάζω καὶ ἀμέλγω* Schol. Od. IV. 89. sed hujus modo infinitivos novimus *Θῆσαι θρέψαι θηλάσαι* Hes. [6]) et homericum *θῆσθαι*, quanquam hoc Athenaeus IX. 396. ad

---

5) Apocopen significat. Sic et EM. 321, 38. et Choerobosc. Epim. in Psalm. T. III. 124. *αἱ συγκοπαὶ τὸν αὐτὸν τόνον φυλάσσουσι, δῶμα δῶ.* Schol. Od. V. 537. *ποτή δύναται ἀπὸ συγκοπῆς εἶναι* (pro *πότησις*). Schol. Il. II. 443. *τὸ κάρη κατὰ συγκοπήν ἐστιν ἐκ τοῦ κάρηνα. Βᾶν* pro *βῆναι* valde dubito num quis dixerit nisi per jocum ut *πῖν*, quo Buttmannus mendosum *φῦν* in Parmenidis versu defendere conatur. Id jam removit Karstenus ad v. 64. *Βρῦν* est vox nutricularum et infantium. *Πῶ* cum Meinekio Anall. 131. huc referri nollm.

6) Forsitan *θήσαιτο* scripserit optativum aoristi.

θέω refert *διὰ τὸ ἐντίθεσθαι τὰς θηλὰς εἰς τὰ στόματα τὰ βρέφη*, vel potius quia lactentes uberibus adhibentur; quod si praeferimus illa nutriendi et sugendi significatio secundaria est, proprie autem *θῆσαι* dicitur *τὸ μαστῷ προσαρμόσαι τέκνα* Eur. Ion. 162. *Ἔθησεν ἐθήτευσεν* et *Θήσατο ἐδούλευσεν* Hes. clarum est eandem habere originem cum nomine *θής*, cujus rationem explicare studui in Parall. p. 47. — *Θλάω* perduravit, sed de *θράω* nihil superest praeter aoristum *θρήσασθαι* in Philetae versibus et nomen *θρᾶνος παρὰ τὸ θρῆσαι δ' ἐστι καθῆσθαι* Schol. Arist. Plut. 545. Eust. 1400, 24. Trium insequentium *κάω*, *κλάω*, *κνάω*, exempla nota sunt. *Κρῶσι βοῶσι* Theognostus affert, unde derivatum est *κράζω* et compositum *Ἄκρης ἄφωνος* Hes. id quod *ἀκραγής* significat.[7]) Aliud est *κράω τὸ κεράννυμι*, quod non extat nisi auctum *κιγκρῶ ἐγκικρῶ*. Perfecti *ἔκτακα* simile praesens offert Hesychius *Κτᾷν κτᾶναι φονεύειν* sed oblato uti vereor, nam *κτᾷν* vitiatum, *κτᾶναι* non interpretandi causa appositum sed germana scriptura videtur a *κταίνω*, unde *κτάντης* et *ἔκταγκα*. *Κτάομαι* commune omnibus, Doriensium vero proprium est *λάω τὸ θέλω*. Homericis *λάε* et *λάων* alii videndi significationem tribuunt, quam consonum *λεύσσω* habet, alii vociferandi,[8]) unde *λάλη* et *λάλος* derivata esse ut a *φάω φαλός* lucidus, nonnulli *τὴν τοῦ λαβεῖν ἢ ἀπολαύειν* vel *ἀπολαυστικῶς ἔχειν* ut Helladius Photii p. 868. et haec triplex potestas apparet etiam in concretis *Λαίω τὸ βλέπω* Theognost. 9, 13. *Λαίειν φθέγγεσθαι* Hes. et in tertio his certiore *λιλαίεσθαι* cupere. Pro *μῶ*, quod EM. ex Epicharmo affert, Ahrensius Dial. Dor. 448. suspicatur *μῶται* scribendum esse in forma media, cujus exempla pervulgata sunt v. §. 7. activae, quae in perfecto *μέμαε* residet, reduplicatio accessit *μαιμῶ*. — Pro *Μναᾷ*

7) Plena vox erat *ἀκραής* ut ab *ἄω ἀλιαής*, *δυσαής*, et a similibus *ἀειναής*, *ἀκροφαής*, *περιφαής*, *ἀχραής*, *ζαχραής* Hes. quod plerumque *ζαχρηής* scribitur, a *κεράω αὐτοκρηής* et *εὐκραής*. Hujus alpha necessario longum est ex syncope ut *Δικραής δικέφαλος*, ceterorum nonnulla breve habent.

8) *Λαήμεναι φθέγγεσθαι* Hes. et cum *φιλήμεναι* conferri potest et cum *τιθήμεναι*.

μνηστεύεται Hes. cujus accentus vitium arguit, corrigitur *μνάᾳ μνηστεύεις* ex Od. XVI. 431. sed *Μνῶ μνήσκω* Photius et Suidas [9]) quanquam ne hoc quidem primitivum est sed *μάω*. Quomodo enim *recordari* non solum pro meminisse dicitur sed etiam pro cogitare, sic graeca verba notiones recordandi, appetendi, ambiendi inter se communicant: *ἐμνώοντο φόβοιο* Hom. *φυγῆς ἐπεμαίετο* Timo Sexti c. Phys. I. 57, 565. *μήστωρε φόβοιο* Hom. *ὁ τῶν μηχανημάτων μήστωρ* Anonymus Suidae s. h. v. id est *ἐπιστήμων*, ut ille ait, vel *ἐπιστάτης* sive *ἐπιμελητής*, cui synonymon est *μνήμων*, ut omittam propria *Ὑπερμήστρα* et *Ὑπερμνήστρα* v. Verheyk. ad Anton. Lib. c. XVII. — Ab usitato *νάω* derivatum est *ναέτωρ πολύῤῥους* Hes. et alia. Bibreve *νάς* pro *ναῖς* substituebat Zenodotus Il. XIII. 172. sed cognoscitur modo ex derivatis: *τοῦ νάσθη τὸ θέμα νάω ἐξ οὗ καὶ ναέτης* Eust. 971, 50. et indidem *Νατῆρες ὑπηρέται* Hes. id est *οἰκέται* ut a *βάω βατήρ*, et femininum *Ναίτειρα οἰκοδέσποινα* domnaedia ut a *δαίτης λαγοδαίτης*. [10]) *Πάω*, unde nonnulli Panis nomen ductum putant id est pastoris v. Parall. 138. fundamentum est duorum verborum, quae prosodia distinguuntur, *πάσασθαι τὸ ἐσθίειν*, cui affine est *pappare*, et *πάσασθαι* possidere unde *πᾶμα*, *πᾶσις*, *παμπησία παρὰ τὸ πῶ τὸ κτῶμαι* Sch. Aesch. Sept. 802. cf. Parall. 428. ut et alia verba pascendi *βόσκω*, *τρέφω*, *φέρβω* non raro significationem possidendi accipiunt. *Πτάω* sive *πταίω*, unde *παπταίνω* repetunt Sch. Il. IV. 200. ita extabuit ut aegre agnoscatur in

---

9) Hic repugnantia loquitur *τὸ μνῶ οὐκ ἔστι περισπώμενον· οὐδὲ γὰρ ἔχει ἐντέλειαν· ἀλλ' ἐπεὶ μονοσύλλαβόν ἐστιν, ἐξ ἀνάγκης περισπᾶται*, sed delendum est *οὐκ*. *Μνάω* est *τὸ ἐντελές*, *μνῶ* affectum. Arcadius p. 164. *τὸ βοάω βαρύνεται καὶ τἆλλα ὡς ἐντέλειαι τῶν περισπωμένων* et p. 165. *αἱ ἐντέλειαι τῶν περισπωμένων βαρύνονται χρυσόω* etc. Suidas istud *μνῶ* fortasse ex epimerismis sumsit sed Photium alicubi legisse oportet.

10) Similius equidem non novi ac si quis *ναέτειρα* suaserit, non dissuadeam. *Νάεῤῥα δέσποινα* aeolicum videtur pro *νάειρα* idque a *νάω* propagatum paragoge bisyllaba ut *Λάειρα δαήμων ἔμπειρος*, nisi haec est nominis proprii interpretatio, cui simile *Νάειρα* v. Prolegg. 263. et *ἰλάειρα* Parall. 211.

laconico *Ἰμπάταον ἔμβλεψον* Hes. hoc est *ἔμπτασον*, quod ne ad *πετῶ*, ut interpretes, referamus prohibet alia glossa *Ἰγκατάπαον ἐγκατάβλεψον*. Hinc igitur emergit duplex scriptura *πάω* et *πτάω*, utraque tenuem sortita pro aspirata *φάω* ut *φανός* et *πανός*, altera aucta epenthesi dentalis, cujus exempla infra ponam; cum *πάω* (*φάω*) forsitan cognatum sit *ἔμπαιος* id est scius *ἔμπειρος* et *ἐμπάζεσθαι respectum habere*, *ἐμπαστήρ* testis oculatus; namque testes praecipue vocantur *ἵστορες*, *ἰδυῖοι*, *γνῶσται*, *cognitores*, unde colligi potest *ἐμπαστήρ* proprie spectatorem et animadversorem significare. [11]) A *πτάω* profectum est *παπταίνω* et auctius *παπταλάω*, a *φάω* (unde *φάεα* oculi, *φάηκες ὀφθαλμοί* Hes.) synonymon *παμφαλάω*, quod quum Schol. Apoll. II. 127. sic interpretatur *μετὰ πτοιήσεως βλέπειν*, ut Schol. Il. XIV. 101. *ἀποπαπτανέουσι* explicat *περιβλέψουσι καὶ πτοηθήσονται*, ad primitivum *πτάω* (*πτήσσω*, *πτοιά*) referre videtur, cui affine est *πταώτης κατεπτηχώς* Hes. ut a *πάομαι πάτορες κτήτορες* Phot. *πηός ὁ ἐπικτητὸς συγγενής* Schol. Il. III. 163. et laconicum *Παώτης συγγενής οἰκεῖος* Hes. Ceterorum pars maxima demonstrationem non desiderat. Sed verbi *σάω*, unde Schol. Hes. Scut. v. 3. et EM. *σόω* conversum dicunt, certum exemplum non suppetit. *Ἀνάστα γίνεται ἀπὸ τοῦ στῶ* EM. cui syllaba accessit *ἱστῶ*. *Τάω* huc inserendum videbatur propter imperativum *τῆ ἀπὸ θέματος τοῦ τῶ* Sch. Od. VIII. 447. quod Blomfieldius ad Callim. p. 399. Grammaticis remittit *τῇ* scribendum ratus. Propius suspicioni est alterum *τάω*, quod illi ex *σάω* (*σήθω*) conversum volunt ut nomen *τηλία* ex *σηλία*, *ἀλευρότησις* ex *ἀλευρόσησις*. *Τμάω* in hunc numerum retuli ob solum participium *Τμώμενος τεμνόμενος* Suid. *Τράω* non legitur nisi reduplicatum; *Τεθρᾶσθαι ὠχεῦσθαι* Hes. positum videtur pro *τετρῆσθαι* eo intellectu quo Aeschylus dixit *ἑρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα* et poetae ludicri *τρυπᾶν* Romanique deam quandam conjugalem nuncuparunt *Pertundam*. Duo sunt verba quae iisdem literis actiones diversas

11) *Μάρτυς ὁ μάρψας καὶ εἰδὼς τὸ ἀληθές* EM. quod non defendam.

declarant, unum obliteratum *φάσαι τὸ φονεῦσαι* Phot. s. *Πρόσφατος*, cujus est aoristus reduplicatus *Παφών κτείνας* Hes. ut ab *ἀπαφάω ἀπαφών*, et perfectum *πέφαται*, alterum *φάω οὗ εὕρηται παρατατικὸς ἐν χρήσει* Eust. 1728, 7. hoc est homericum *φάε* cum modis obliquis *προφάῃσι* Maxim. v. 22. *φῶντα λάμποντα* Hes. *φάουσα* Arat. [12]) quae significatio clarendi et clarandi verbo *φαίνω* insignita est, altera vero declarandi transiit in *φάσκω* et *φημί* [13]) sed in Odyss. VI. 200. perdiu *φᾶσθε* obtinuit pro *φάσθε*, quod Tyrannio reposuit, hodieque *φᾶσθαι* pro *φάσθαι* legitur Apollon. III. 384. *προφᾶσθαι* ap. Hesych. Ejusdem verbi *φάω* aoristus est *Πέφη ἐφάνη*, similis illis qui a nostris syncopati vocantur, *ἔβη*, *ἔσβη*, *ἔσκλη*, et, si veterum vestigia premimus, a simili praesenti *φῆμι* ducendus. A communi *θλᾶν* non diversum videtur *φλᾶν*, sive obscoenum intellectum habet ut ap. Lucianum *ἀναφλᾶν καὶ βλιμάζειν* id est *θλίβειν* depsere, sive pro conviciari dicitur *κακοῖς πᾶσιν ἡμᾶς φλῶσιν* h. e. conterunt ut *ἀράσσειν κακοῖς* et alia verba tundendi v. ad Aj. v. 724. ipsumque *θραίειν* i. q. *θραύειν* ab Hesychio exponitur *λοιδορεῖν*. Sed quae idem offert *Ἀποφλάσαι ῥογχάσαι, Φλασμός τῦφος, Φλασμένος τετυφωμένος*, declinata sunt a verbo onomatopoetico *φλάζω*, quo derelicto Graeci retinuerunt *παφλάζω* et *παφλάσματα ἀλαζόνες λόγοι* Phryn. App. 60. Trisyllaba cognovimus duo, *ἐάω* et *ἰάομαι*, nisi haec quoque paragogis adnumerare praestat, illud quidem ab *ἕω* (*ἵημι*) missum facio, sino, hoc a themate unde *ἰαίνω* ut *βιάομαι* a *βία*.

§. 2. Bisyllaborum multa statim ab initio iota receperunt *γαίω*, *δαίω*, *μαίομαι*, *ναίω*, *παίω*, *πταίω*, *ῥαίω*,

---

12) Factitivum *φάω* nonnulli intulerunt Il. VI. 322. *τόξα φόων* id est *φαιδρύνων* pro *τόξ' ἀφόων*, et cum hoc Eustathius 1782, 20 confert *φῶς φόως*.

13) *Πέφαται* pro *πέφανται* scriptum est in parodia Theognidis Philostr. Soph. I. 5, 486. *Φήματα* Hesychius dupliciter interpretatur *ῥήματα* et *φάσματα*. *Πρόφατος* Pind. Ol. VIII. 21. nonnulli pro *πρόφαντος* acceperunt; *ἀπρόφατος* modo *ἀπροφώνητον* et *ἀπροφάσιστον* significat, modo *ἀπροόρατον*. *Περὶ ὧν ἤδη πέφανται* Hippocr. de Cord. p. 491. T. I. pro *ἀποπέφανται* incertum an pro *πέφαται*, *εἴρηται*.

quorum nonnulla tempora obliqua mutuantur a prima specie velut *Μᾶσσαι* (*μάσσαι*) *ζητῆσαι* Hes. Id enim non ad *μάσσω* pertinet sed ad *μάω* (*μαίομαι*) cujus futurum Aristarchus posuit Il IX. 394. *γυναῖκά γε μάσσεται* hoc est *ζητήσει*, quam significationem habent derivata *ματεῖν*, *ματεύειν* sive *ματευέειν*. Nec aliunde natus est aoristus *μάσασθαι*, quem Schol. Od. XI. 591. interpretatur *ἐφάψασθαι*, nam ad ea, quae quaerimus, manum protendimus ut contingamus, et activum *μάσσαι τὸ δῆσαι* [14]) *φασὶν Αἰολεῖς* Steph. s. *Μασσαλία*, eandemque significationem obtinet *ἅψαι*, *ἀμματίσαι*.[15]) Ex quatuor illis, quibus diphthongus ita infixa est ut nunquam statione cedat, unum *πταίω* EM. 694, 5. a *πέτω* (*πίπτω*) repetit, equidem ex *παίω* ortum putabam Proll. 88. unde compositum *ἐμπαίειν* non solum illidere sed etiam offendere, impingere significat mutaturque interdum cum *ἐμπταίειν* ut *συμπαίειν* cum *συμπταίειν*. *Παίειν* ipsum nihil ante se habet, nec sequar Elmsleji sententiam ad Acharn. 835. *παίειν μάζαν* cognatum esse verbo *πάσασθαι*, sed potius id quod Schol. alio loco adnotavit v. 686. *παίειν λέγουσι τὸ πᾶν ὁτιοῦν συντόνως ποιεῖν* [16]) illique conferam Hesychii glossas *Ἔκρουεν ἤσθιεν*, *Λακέμεναι φαγέσθαι* (post *λακκόπλουτος*) et latinum *cibicida*. Ab his, quae absolvi, verbis, *καίω* et *κλαίω* hanc dissimilitudinem habent, quod Attici pro diphthongo substituerunt alpha longum; nam primitivorum vocalem brevem fuisse indicium qualecunque praebent aoristi *ἔκλαε*, *ἐκάη*, et futura *καύσω*, *κλαύσομαι*. Duo sunt verba in eodem genere dicendi dupliciter figurata; nam *κνάω* dicitur et *κναίω*, sed hoc rarum inventu extra synthesin *ἀποκναίω*, *διακναίω*, eaque non tam propriam radendi quam

14) Hinc fortasse *μαργάς ὁ δεσμός* interposito rho ut a *μαίομαι* appeto *μάργος* insane cupidus, et *μανδάκης δεσμὸς χόρτου* Prolegg. 313. hoc est merges.

15) *Μαματίδες ἀναδενδράδες* Hes. *Ἀμαμαξίς ἡ ἀναδενδράς· παρὰ τὸ ἀμμίξαι* (hoc est *ἀμματίσαι*) *ἀναδεσμοῦνται γάρ* EM. ab *ἄμμα* unde *ἀμμάξαι* et *ἀμμιάξαι* h. e. suspendere, strangulare.

16) *Παιάν ἐκ τοῦ παίω τὸ θεραπεύω* Schol. Arist. Plut. 636. Eust. 1275, 1. a plagoso quodam ludi magistro excogitatum videtur verberum vim medicam salubriter experto.

obtundendi et incommodandi significationem habent; tum *νάω* et *ναίω νήχομαι* Hes. quibus fluendi et natandi significatio contexitur ut *νήχετο αἵματι γαῖα* et *ὕδατι νᾶε* v. ad Buttm. 249. ut Latini quoque dicunt *arva natant amnibus* pro manant. De hoc autem disputatur utrum alpha natura anceps habeat an, ubi syllaba longa opus sit, *ναίω* scribi oporteat v. Schol. Od. IX. 222. et ad Apoll. I. 1146. neque id dirimitur obscura Eustathii adnotatione p. 1625, 53. *τὸ νάω καθ' Ἡρακλείδην συστέλλει τὸ ᾱ* etc. Hic autem in Homeri loco pro *νᾶον*, quod omnes usque ad Wolfium ediderunt, *ναῖον* probasse videtur ideo quod *νάω* alpha breve habere putaret ad exemplum ceterorum hujus conjugationis verborum *ἄε, λάε, φάε, ἔγραε, ἔχραε.* Ac si verbi *ἀάω* primitivum ponimus *ἄω*, nescio an huic quoque alpha tribuendum sit breve ob eam causam quod nomen *ἄτη* interdum iambi mensuram habet et quia verbum *ἀτεῖν* similiter conformatum est ut *βατεῖν* betere, *δατεῖν, φθατεῖν, χατεῖν*, quae omnia a brachysyllabis derivata sunt. Hyperdissyllabum unum est idque reduplicatum *λιλαίομαι.*

Verborum in *ανω* desinentium simplicissimum est *αὔω*, cujus multiplices significationes ab uno fonte manant *ἄω* halo; primum clamandi, cui apta sunt *Ἄβα ἡ βοή, Ἀβώρ φωνή* et longius deducta *ἄελλαι φωναί παρὰ Σοφοκλεῖ* EM. *αὐδή* et *ἀϋτή.* Secundum est *αὔω* dormio Nicand. quod Eustathius litera aeolica auctum dicit; tertium *αὖω ἐναύω* inflammo hoc est ignem sufflo, quas significationes flandi et inflammandi complectitur *πρήθω*, nec diversum *αὖω* sive *αὕω* [17]) sicco; nam ventus quae afflat siccat. Hinc pendet *ἀϋτμή* et *ἀτμός*, ab incendendi autem verbo ducta sunt *πύραυνος* et *βαῦνος*, quod quasi *παρεστυμολογεῖ* Eratosthenes *μέσον ἐξαύσατο βαῦνον*, ab *αὔω* dormio fortasse *συόβαυνοι* et *συοβαύβαλοι συῶν κοιμητήρια.* Eustathius 1547, 57. *αὔειν κυρίως τὸ καίειν· καὶ τὸ ὀπτῆσαι ἐξαῦσαι λέγουσι. Πλάτων ἐν Ἐορ-*

17) Sch. Od. I. 272. *αὔω τὸ φλογίζω ψιλοῦται, αὕω δὲ ξηραίνω δασύνεται.* Sed Sch. A. ad Il XI. 461. *αὔειν ἐπὶ τοῦ φωνεῖν ψιλῶς, ἐπὶ δὲ τοῦ ξηραίνειν δασύνεται· ἔστι γὰρ σύνθετον*, scilicet ex alpha privativo et *ὕω* humecto!

[illegible] T. III. 628.) ὁ δὲ τὸν ἐγκέφαλον ἐξαύσας [illegible] Καὶ Ἀλκμὰν τὴν μοῦσαν καταύσεις ἀντὶ τοῦ ἐρεύνησις. Καὶ τὸ θιγεῖν καὶ ἅψασθαι αὖσαι λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, cui adstipulatur Anecd. Bekk. 464. ἀῦσαι διηθῆσαι (scr. βοῆσαι) καὶ τὸ θιγεῖν καὶ ἅψασθαι. Sed haec satiandi et tangendi significationes aliis assignatae sunt verbis ἆσαι et ἅψασθαι, quae ab αὖσαι longius dissidunt. Syntheton vero ἐξαύσας quum manifesto positum sit pro ἐξελών, quumque καταύσεις cum καθαιρήσεις congruat, προσαῦσαι cum προσᾶραι, utrumque retuli ad simplex αὔω ab homophono, quod sicco, clamo, dormio significat, longe discretum viciniusque verbis αἴρειν et αἱρεῖν v. ad Aj. p. 358. [18]) — Γλαύω pro γλαύσσω dictum esse uno illo EM. loco parum comprobatur, quare quod in cod. Hesychii post Ἐνεγκοῦσαν legitur ἐνεγλαυκώς, in Thes. minus recte ad ἐγγλαύω refertur. Una comprehendam sex verba vulgaris notae: ἀπολαύω ex iisdem radicibus natum quibus λαβεῖν et λάζεσθαι, θραύω ἀπὸ τοῦ θλῶ EM. 380, 20. cujus vocalis simplex inhaeret nominibus θράσις ἢ θραῦσις Hes. θραγμός fragor, θραμβός καπυρός id est fragilis, aridus [19]) sed θράω ipsum, quod Macrobius ponit de Verb. 723. non legitur; tum ψαύω, χναύω, χραύω, quae tramite aperto a ψάω, κνάω, χράω progressa sunt, sextumque παύω ab inusitato πάω, cujus memoriam refricat aoristus novitius ἐπάην Anecd. Bekk. 1324, b. et laconicum Ἀμπάζονται ἀμπαύονται Hes. Quod vero in EM. affertur δαύω τὸ καίω παρὰ Σιμωνίδῃ μηρίων δεδαυμένων (Schneidewin. p. 125.) hoc exemplo non magis approbatum est quam καύω consequitur ex perfecto

18) Cum Sophocleo illo πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύσῃ, si quis contulerit Apollinar. Ps. XC. 24. μήποτε σὸν πόδα λᾶϊ καθάψῃς, non dubium habebit hujusmodi locis Grammaticos inductos esse ut αὖσαι et ἅψασθαι synonyma dicerent.

19) Καπυρός et εὐθρυβής a scriptoribus saepe copulata sunt. Ab eodem θραύω profectum est Θραυρὸν βάγανον θραυόμενον Hes. ubi τραγανόν scribendum id est cartilaginosum v. Prolegg. 182. His quae de καπυρός scripsi p. 273. adde Arcad. 72, 4. τὰ εἰς υρος, πάρσυρος, δίπυρος etc. ubi πάσσυρος reponendum, cujus adverbium est πασσύρως, et διάπυρος.

κέκαυμαι. Hesychius et Photius exhibent *Ναύειν ῥεῖν ἱκετεύειν, ἐπεὶ ἐν τοῖς ναοῖς ἦσαν (οἱ ἱκετεύοντες)* et *Ναύει λίσσεται.* Illam fluendi significationem obtinuit *νάειν*, alterius indicium fortasse eruat aliquis ex Hesychii loco *Ναυστῆρες οἱ οἰκέται*, pro hoc scribens *ἱκέται.* Sed quum *ναῦλον* vocetur *τὸ ἐνοικητήριον* Poll. consentaneum videtur *ναυστῆρας* dictos esse *τοὺς ἐνναέτας* hoc est domesticos et familiares, quo nomine comprehenduntur *οἱ οἰκέται* servi v. §. 1. Idem qui caetera largitur *Φαύειν ποιεῖν* hoc est, puto, *φανερὸν ποιεῖν.* Eustathius 1728, 7. *ἐκ τοῦ φάω πλεονασμῷ τοῦ ῡ φαύω αἰολικῶς*, cujus aoristum *ἔφαυσε* Helladius p. 868. adnotavit nescio unde sumtum; in Eur. Rhes. 312. pro *ἐξώστης Ἄρης ἔφαυσε λαίφη*, nisi praestaret codicum scriptura *ἔθραυσε*, saltem mutato accentu scribi deberet *ἐφαῦσε* eo intellectu quo Homerus dixit *ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον* conjunctis flandi et inflammandi notionibus. *Διαφαύειν* et *φαῦσις* recepit sermo vulgaris, sed futurum *ἐπιφαύσει* in N. T. et *ἡμίφαυστος* praesens usitatum habent *φαύσκω.* Trisyllabum unum est *ἰαύειν*, pro quo Sappho *δαύειν*, Nicander *αὔειν* dixit.

§. 3. Secundae classis haec sunt: *ἕω, ἔω, βδέω, δέω, ζέω, θέω, θρέω, κέω, κλέω, νέω, ξέω, πλέω, πνέω, πρέω, ῥέω, τρέω, φλέω, φρέω, χέω.* Verbo substantivo prima positio deest, *ἀλλ' ἐξ ὑπομνήσεως εἴπομεν τοῦ δευτέρου ἀορίστου* [20]) *καὶ τοῦ ἔω ὑποτακτικοῦ* Epim. Cram. I. 132, 18. eademque apparet in *ἔον eram, ἐόντες* etc. Verbi aspirati, quod in *ἧμαι* transiit, formam nativam regenerant modi transversi *καθοίμην, κάθου* Cram. II. 381. quodque huic connexum est *ἵημι*, futurum *ἥσω, ἀνέσω*, sumsit ab *ἔω*, sed praesens *ἀνέονται* addubitatur. Ex uno Hesychio notum est *Βλεῖ βλίσσει ἀμέλγει* (post *Βλεφαρίδες*) et *Καταβλέει καταπίνει*, quo verbo etiam *Καταβλέθει* exponitur, utrumque autem Hemsterhusius pro *καταβάλλει* accepit. Id qui conveniat non intelligo, sed a *βλέω* (*βλίω βλίττω*) derivatum arbitror

20) Participium *ἐών* aut *ἀλόγως* acui dicunt p. 163. aut non praesentis esse sed aoristi *ἦον* p. 150. et 151. idemque de *ἰών* decernunt.

hirudinis [21]) sive sanguisugae nomen *Βλέτυς ἡ βδέλλα* Hes. nam *βδάλλειν* et *βλίττειν* synonyma sunt [22]) et ut *ἴτυς ἀπο τοῦ ἴω* Didym. ad Hes. Scut. 314. et *κλιτύς* a *κλίω* (*κλίνω*) sic a *βλέω* derivari potuit *βλέτυς* sive *βλετύς*. — *Δέω τέσσαρα σημαίνει, τὸ δεσμεύω, τὸ φοβοῦμαι ἐξ οὗ δέος, τὸ πρέπω ἐξ οὗ δεῖ πρέπει, τὸ ἱκετεύω* EM. 350, 39. sed pro secundo receptum est *δίω δείδω*. Idem: *Θῶ σημαίνει τὸ τίθημι, τὸ τρέχω καὶ τὸ βλέπω Ἔργα θέον*, cujus exempli auctor incognitus sed subscriptor est Hesychius *Καταθέοιτο βλέποι*, post quod uno interposito articulo *καταθεῖτο* legitur suo utrumque loco. Prima significatio probatur verbis homericis *προθέουσι* et *τιθεῖ*, secunda probationis non indiget. *Θρέομαι* poetis reservatum et huic uni tempori adstrictum est succedente in vicem derivato *θροέω*. Verbo *κέω*, e quo *κεῖμαι* per ambages deducitur, Apollonius usus est de Adv. 553. adversus eos disputans qui *ἀκέων* participium esse statuerent verbi *ἀκέω* — *ἀλλ᾽ ἀσύστατον τὸ ῥῆμα· βαρυνόμενα γὰρ οὐκ ἔστιν ἐπινοῆσαι ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ ε παρεδρευόμενα, δισύλλαβα μέντοι ῥέω, κέω*. Sed dubito an is, quum usitata sub manum essent, *πνέω* vel quidvis potius quam *κέω* posuerit, cujus participium modo *κέων* apud Homerum invenitur et imperativus *Κάκκη κάθευδε Λάκωνες* Hes. id est *κατάκεε* ut Vossius perspexit; saepius vero *κείω* legitur et *καικείω* [23]) cum aoristo *Κεῖε τέθνηκε, Κεῖαι τὸ κοιμηθῆναι* Hes. s. *Ὀρεσκῴοις*. Medium *κέομαι* familiare est scriptoribus ionicis, nec alienum sermoni epico. Alio per-

---

21) Ut a testu testudo, sic hoc fortasse ab *εἶαρ* quasi *εἰαροπῶτις*.

22) Nic. Al. 506. *βδέλλαι ἀμελγόμεναι χροὸς αἷμα* Schol. *ἀντὶ τοῦ πιέζουσαι* id est *θλίβουσαι* sive *βλίττουσαι*. Et *ἀμέλγειν* non solum de lacte dicitur sed etiam de melle *κηρῶν μέλι πολλὸν ἀμέλξας* id est *βλίσας* Anth. VI. 329.

23) *Κείω μέλλοντα οὐκ ἔχει ὥςπερ καὶ τὰ ἄλλα ὅμοια, διὸ χρᾶται τῷ ἐνεστῶτι ἀντὶ τοῦ μέλλοντος* Schol. Od. III. 396. *Cetera similia* dicit ea quae iota invecticium habent ut *πνείω, κλείω* (celebro) cujus futurum quidem est *κλήσω*, non *κλείσω* ut in codd. Apoll. Arg. III. 993. legitur, sed verbale *κλειτός* ut *ῥειτός* v. Parall. p. 350. *Ὕπνον καικείοντες* Apollinaris Ps. LXXV. 9. praesentis loco usurpavit.

tinet participium Od. XIV. 425. *κόψε σχίζῃ δρυὸς ἣν λίπε κείων*, quod nonnulli veterum *καίων* interpretati sunt, alii rectius *σχίζων*, eademque dubitatio de *κεάζω* fuit, quod utrique connexum est, Od. XV. 322. *πῦρ νηῆσαι διά τε ξύλα δανὰ κεάσσαι*, ubi Schol. *καῦσαι ἢ σχίσαι* [24]) nec minus de *εὐκέατος* V. 60. utrum *εὔσχιστον* significet an *εὔκαυστον*, quo effugitur prothysteri species. Praefero tamen prius, quia in lignis scindendis plus operis et artificii est quam in incendendis ipsumque thema cognosci arbitror ex nomine *κέδματα* hoc est rupturae sive *κεάσματα* v. Corais ad Hippocr. p. 345. tum etiam ex *κέαρνον* Prolegg. 280. *χίδρον* et *χέδροψ* ibid. 291. compositisque *εὐκέανος* et *ἰθυκτέανος* ib. 180. quod literam tau recepit ut *κτείς* [25]) *κτηδών* et *κτιδών*. Alterum *κέω* incendo, adoleo, a quo Grammatici aoristum *κεῖαι* sive *κῆαι* derivatum putant, nomenque *θυοσκόος ὁ τὰ θύη κέων* Eust. 1905, 27. et *πυρκόος*, argutuli quidam impertiverunt Homero Il. XXIV. 168. *πολλοὶ γὰρ κέατο ψυχὰς ὀλέσαντες* Schol. BL. *τινὲς ἀντὶ τοῦ κεκαμένοι ἦσαν*, ubi non *κεκεασμένοι*, ut Bekkerus, sed *κεκαυμένοι* scribendum, *κέατο* autem ex illorum opinatione pro *ἐκέκειντο* accipiendum a verbo *κείω* (*καίω*) *κέκειμαι* ut *κεκλίσται* a *κλείω* declinatum putant.— *Κλέομαι* saepius legitur; *κλέω*, de quo dubitabat Matthiae ad Alcest. 461. apud Hesychium, *ἔκλεον* in Apoll. Arg. v. ad Buttm. 221. et pro *Κικλαίει καλεῖ*, quod ille post *Κίκων* posuit, scribendum videtur *κικλεῖ* reduplicatione auctum ut *κικρᾷν*, *κιχρᾷν*. Verbi *κρῶ*, *ἀφ' οὗ κρείων καὶ εὐρυκρείων* Eust. 1603, 10. formam primigeniam refert participium *θεμιςκρέων* Pind. *Νέω* constat habere quatuor significationes nandi, nendi, cumulandi, eundi et totidem formas vicarias

---

24) Hesychius *Κεάσαι σχίσαι καῦσαι.* Facilis est Trilleri correctio *κλάσαι*, sed ex ante dictis patet *καῦσαι* retineri posse. *Χεῖρε κεάσσας* pro *σχίσας*, *ἀποταμών* Apollonius usurpavit III. 378. *Εὔκηλον δρῦν* in Ionis versu dubium fuit utrum *εὔκαυστον* an *εὔσχιστον* significet Phot.

25) *Οἱ μέσοι ὀδόντες καλοῦνται καὶ κτένες, ὅτι διαιροῦσι τὴν τροφήν* Poll. II. 91.

νήχω, *νήθω*[26]) *νηέω*[27]) *νίσσομαι* v. ad Buttm. 249. unde derivatum *νόστος* iter epsilon primitivi repraesentat. Simplicis *πλέω* (*πλήθω*) memoria impressa est adjectivo *πλέος* plenus et prisco *plentur* Fest. Hinc compositum *ἐμπλείουσα πόσις οἴνης* i. q. *πλήρης* seu *πολλή* Nic. Al. 626. sed *πιμπλεῦσα* Hes. Th. 890. similius est dorici *γελεῦσα* ab ionico *πιμπλέω*, unde compositum *ἐμπιπλέω* aliquoties apud Herodotum et Hippocratem pro *ἐμπιπλάω*, quod et numero exemplorum et auctoritate codicum superat v. Buttm. 274. et Dissert. XI. §. 1. Pro *ἔπρεσε* Hesiodi codd. praebent *ἔπρεε*, cui convenit substantivum *πρηδών* ut *κλέω κληδών*. Verbi *ῥέω* fluo simile *ῥέω* dico (*ἔρω*) modo ex derivatis cognoscitur *Ῥήσαντο ἐψηφίσαντο* Hes. *Ῥησκόμενον λεγόμενον* Phot. *εἰρημένος ἐκ τοῦ ῥῶ ῥήσω* Eust. 1570, 27. *ῥήτρα* et *reor*, *ratio λόγος*. — *Φθεῖ θνήσκει* Hes. extra seriem positum ideoque suspectius est; *Φθήσονται φθαρήσονται* facilem correctionem habet *φθίσονται*, tertium *Φθείης φθαρείης*, nisi ille subjunctivum *φθίῃς* in Homeri loco interpretatus est optativo, ad *ἔφθην* referri oportet ut *βλείης* ad *ἔβλην* et eodem *Συμφθείς συντριβείς* ut *βλείς*, nam *συμψηθείς*, quod Albertius optat, vulgato nimis discrepat. Quod restat, nominibus *φθόη* et *φθόνος* non necesse est subdere verbum *φθέω*, nam omicron non semper ex epsilo nasci documento sunt *ζόη*, *κνόη*, *χλόη*, *χρόα*, *θοίνη*, *κνοῦς*, *χνοῦς*. — Verborum, quae disserimus, nonnulla auctoritate poetica aut iota ad se receperunt,

---

26) Anecd. Cram. 1. 290. *τὸ παρ' Ἡσιόδῳ νεῖ ἐκ τοῦ νήθω συγκέκοπται· οὐ γάρ ἐστιν ἐν χρήσει τὸ νῶ.* Plerique istorum fingunt quae non sunt; hic in contrariam partem peccat.

27) Hujus primitivum duplicem habuisse videtur significationem, propriam cumulandi, congerendi, et translatam satiandi unde *Νησόμεθα κορεσθησόμεθα* Hes. *νόστος ἡ τροφή*, *σπέρματα νόστιμα* et *πολύνοστα* alibilia v. Schneider. ad Theophr. T. III. 685. Similiter *ὀφέλλειν* verrendi et exaggerandi, augendi significationes comprehendit. Schol. Od. XX. 149. *κορήσατε σαρώσατε καὶ ἀντίφρασιν ὡς καὶ τὸ σάρον ὄφελμα καλεῖται οὐκ αὔξον τι ἀλλὰ τοὐναντίον παραιρούμενον.* Imo in utroque spectatur coacervatio et cumulatio; nam purgamenta in eundem acervum converruntur. Hinc *Σαρμός σωρός* et *Σύρη πλῆθος* Hes. a conjugatis *σαίρω σύρω*.

ζείω, ϑείω, κλείω, χρείω, aut epsilon ut δεύομαι, aut vicissim utrumque, modo eadem significatione, χείω et χεύω, modo diversa Στείοντες ἱστάμενοι et Στεῦτο ἐβεβαιοῦτο, si Grammatici id recte ad στέω στεύω referunt v. ad Buttm. p. 6. Sed sunt etiam quae diphthongum in perpetuum obtinuerunt, κλείω, σείω, εὔω, γεύω, δεύω, λεύω, νεύω, σεύω, φλεύω. Δειομένη δεισομένη Hes. pro διομένη positum videtur per antichronismum.

§. 4. Vocalem eta Herodianus *Mov.* 43, 20 uni adstringit verbo et ei poetico: οὐδὲν εἰς ω̄ βαρύτονον δισύλλαβον τῷ η̄ παραλήγει ἀλλὰ μόνον τὸ δήω. Τὸ γὰρ ἐκήου (scr. ἔκηα οὐ) παντῶς ἐνεστῶτα τὸν κήω [28]) αἰτήσει ὡς ἀπαιτεῖ Φιλόξενος· ἡ δὲ τοιαύτη παράληξις ἢ περισπωμένη ἐστὶν ὡς τὸ ϑηῶ, νηῶ· εἰ δὲ βαρυνομένη, εἴη πάντως καὶ διαλέκτου ὡς τὸ πήω παρὰ Βοιωτοῖς καὶ παλήω, παρ' Αἰολεῦσι τὸ ἀδικήω, τό τε κλήω ἐκ τοῦ κλαίω (κλείω). De iota disserit Theognostus p. 146. τὰ διὰ τοῦ ιω̄ δισύλλαβα βαρύτονα διὰ τοῦ ῑ γράφονται, ἴω ὅπερ καὶ περισπᾶται ἐξ οὗ καὶ ἵημι, μίω τὸ ἐσϑίω, τίω διφορεῖται περὶ τόνον οὐ περὶ γραφήν, λίω ὃ καὶ αὐτὸ διφορεῖται γεγονὸς ἀπὸ τοῦ λῶ λιῶ τὸ ϑέλω, πίω ἀφ' οὗ πίσω καὶ πιπίσκω, ψίω. Σημειωτέον τὸ εἴω τὸ πορεύομαι, ubi ne κλείω et σείω per negligentiam praetermissa videantur, canoni inserenda sunt verba quae in Epim. I. 401. II. 329. Etym. Gud. 529. leguntur μὴ ἀπὸ πλεονασμοῦ ἔχοντα τὸ ῑ (ut σείω) μηδὲ ἀντιπαρακείμενον ἔχοντα τὸ ο̄ (κλείω κλοιός) etc. [29]) Pro ἴω ille affert ἀνίεις II. V. 879. quod alii ἀνιεῖς

28) Blochius ἐκήου retinens κηῶ corrigit; sed si quis ἐκηόμην dixit sicut ἔκηον olim apud Homerum legebatur, tamen ex secunda persona ἐκήου non κηέω sequitur, unde ἐκηοῦ foret, sed κήω, quod nonnulli Grammaticorum haud improbant: κίω τὸ πορεύομαι, κείω τὸ κοιμῶμαι, κήω τὸ καίω EM. 515, 6. Cram. I. 241. Sic Wolfius II. VII. 408. scripsit κατακηέμεν sed Herodianus haud dubie sic ut nunc editum est κατακαιέμεν. Ejus verba τὸ γὰρ ἐκήου etc. Dindorfius in Thes. Vol. IV. 1539. D. sic corrigit τὸ γὰρ ἐδήου — δηῶ. Sed ad hunc locum, ubi de terminatione ηω̄ agitur, non pertinet δηιόω δηῶ.

29) Omisi cautionem non necessariam μὴ παρ' ἐνεστῶτα ἢ μέλλοντα παρηγμένα, quo significantur ϑείω, βείω, βρωσείω.

vel *ἀνίης* scripserunt, et legerat haud dubie *ξύνιον* apud Homerum et quae libri Herodotei magna constantia tuentur *ἀπίει* II. 96. *ἐξίει* II. 17. VI. 20. *κατίει* V. 16. *μετίει* II. 70. VII. 59.[30]) *ἀφίει* Hippocr. de Sem. 375. *διίει* de Hum. 129. *ἐξανίει* de Nat. Hom. 358. T. I. *συνίει* de Morb. II. 233. etc. Secundum varie scribitur apud Glossographos *μίειν*, *μνίειν*, *καταμνίειν*, *μνείειν* et *μιεῖν*, quibuscum *μιστύλλειν* connexum videtur et quae Eustathius 135, 12. huic apponit *μικρόν*, *μεῖον*, *μινυός*, nam comedendi et comminuendi notiones apte cohaerent. *Λίω* non invenitur nisi interpolatum *λίπτω*, sed ut a Grammaticis fictum putemus non facile permittunt Arcadii verba: *τὰ εἰς ω̄ καθαρὸν ἔχοντα ῑ ἐκτεταμένον βαρύνεται*, *λίω*, *ψίω* etc. et de hoc quoque fortasse nimis scrupulose judicat Eustathius 1071, 4. *ψιάς ἀπὸ τοῦ ψίω ἀῤῥήτου θέματος*, unde declinatum est *Ψῖσαι ψωμίσαι ποτίσαι* Phot. et *ψίσεται* apud Lycophronem vocali longa quae in *ψίζω* brevis est cf. Meinek. Anall. p. 93. *ψιλὸς παρὰ τὸ ψῶ*, *ὅθεν καὶ καταψίω* EM. *Λίω τὸ διώκω*, quod additur in Cram. II. 329. fortasse praeteritum est quia *δίε* aoristus esse putatur verbi *δείω* EM. 273, 8. Et *ἴω* quoque huc recipi poterat propter participium *ἰών* et optativum *ἴοιμι* etc. sed *Προσίει προσεγγίζει* Hes. fortasse in subjunctivos mutari oportet. Verum desunt plura; non solum *βλίω*, de quo EM. 201, 35. ita loquitur ut non finxisse videatur, *ζίω τὸ ζητῶ* EM. et *μίσασθαι μιτώσασθαι* Poll. VII. 31. Phot. sed etiam atticum *πρίω*, epicum *κίω*, praeterea *χλίω* quo Aeschylus utitur, nec aspernor quod in Nic. Al. 62. *γέντα βοὸς περιφλιδώωντος ἀλοιφῇ* duo codd. praebent *περιφλίοντος* ut *χλίω* dicitur et *χλιδάω*, *αὔω* et *αὐδάω*. Praesens *πίω* non reperitur nisi in glossa ad Buttm. 276.[31]) allata sed *πίομαι* natura praesens videtur ut *ἔδομαι* et *φάγομαι*. *Σίοντα*

30) Alia attulit Schweighaeuserus ad I. 180. et syncopae nomine defendit, nam ut *αἰτέο* et *φοβέαι* sic etiam *ἴει* dici pro *ἰέει*. At nemo dixit *ποίει* pro *ποιέει* vel simile quid.

31) Herodiani locum, quem attigi p. 277. recte interpretatur Meinekius Com. II. 471. Num praesens *πίομαι* jure impugnet III. 315. dubito.

Anacreon usurpavit pro *σείοντα* metri causa ut videtur Bergkio Fr. XLVII. Trisyllaborum quae Arcadius et Theognostus proponunt, duo modo mentione digna sunt *ἐσθίω* et *ἀΐω*, illud ab *ἔσθω*, hoc ab *ἄω* propagatum significatione duplici, una halandi, quae in homerico *φίλον ἄϊον ἦτορ* et in paragogo *θυμὸν ἀΐσθων* cernitur, altera vulgari audiendi, quam primitivo vindicat Hesychius *Ἄετε ἀκούετε* et *Ἄεπται* (sic) *ἀκούεται*. Ac si *πνέω, πεπνυμένος, πνεῦμα, ψυχή, anima, spiritus*[32]) cogitatione complectimur, de affinitate verborum spirandi, audiendi et sentiendi vix ulla relinquetur dubitatio. Neque hoc solum contenderim sed etiam hoc amplius, *αὔω* clamo et *ἀΐω* audio quasi reciproca vel, ut expresse dicam, correlativa esse non secus quam *κλέω* (*καλῶ*) et *κλύω*, unde *θεόκλυτος* compositum et *θεοκλυτεῖν* i. q. *θεὸν ἐπικαλεῖσθαι*, eademque familia contineri obsoletum *αὖς, auris, audio, αἰσθάνομαι*, cujus locum saepe obtinet *ἐπαΐω* intelligo. Quia tamen *ἀΐω* a significatione primitivi *ἄω* longe discessit, haec merito separantur ab *ἐσθίω ἔσθω*, quae specie modo differunt. Ac si *οἴομαι* et *ὄσσομαι* non temere congruunt v. Dissert. IV. §. 4. *ὀΐω* quoque ab imperfecto quodam et ineffigiato *ὄω* provenisse et iota, ut et Hermannus censuit de Emend. Gramm. p. 43. natura breve habere veri simile est. Alia nobis subjicit Herodianus *π. Μον.* 46. *τὰ εἰς ω̄ εἰ λάβοι ἐπέκτασιν τοῦ ῑ περισπᾶται, χαιριῶ, ἐρευθιῶ, φλεγιῶ, ἀλλὰ μόνον τὸ ἐσθίω οὐχ ὥς τινες οἴονται ἀπαιτεῖ θέμα τὸ διδειῶ· εἰ δὲ καὶ ἀπαιτήσῃ, ἐκ παρακειμένου εἴη γενόμενον*, ubi post *ἐσθίω* scribendum est *βαρύνεται· τὸ δὲ δείδιε οὐ πάντως ἀπαιτεῖ θέμα δειδίω* etc. Cur autem ita statuat, apparet ex libro de dichronis p. 298. T. III. ubi hyperdisyllaba in *ιω̄* praeter *ἐσθίω* iota longum habere dicit *κυλίω, ἀλίω, μηνίω, ἰδίω, κονίω· ἐφυλαξάμην δὲ σύνθετα διὰ τὸ αἰτιῶ* (scr. *ἀτίω*) *τήν τε ἔλλειψιν τοῦ ζ̄ διὰ τὸ μαστίω. Τὸ δὲ δειδίω οὐ ῥητόν· τὸ δὲ κηκίω ἐκ διπλασιασμοῦ*, de quibus dissentit Arcadius 164. *τὸ διδίω καὶ κικίω* (*κηκίω*) *δεδιπλασίασται*· ille enim *δειδίω*, si om-

32) *Θρῄκια ἀήματα* Aesch. Agam. 1392. animae Thraciae Horat. Od. IV. 12.

nino recipiendum sit, ex perfecto reflexum dicit more syracusano. Pro Ἐψίονται ἀκολουθήσουσι Hes. placet Musuri correctio ἐψείονται forma verbi desiderativa ut ὀψείω.

§. 5. Verborum in οω bisyllaborum Arcadius et Theognostus nullum exemplum promunt, unum Schol. A. ad Il. VI. 500. sed dubitanter: γόον ἀντὶ τοῦ γόων συνεστάλη ἢ ἀπὸ βαρυτόνου. Ex EM. 238, 23. cognoscitur illam fuisse Apollonii sententiam, Herodianum vero ad aoristum inclinasse. Choeroboscus Epim. in Psalm. p. 58. EM. 244, 6. γῶ τὸ φωνῶ ἀφ' οὗ τὸ γεγωνώς, neque aliter sentit Coraes ad Plut. T. II. 465. qui et βοᾶν et novitium γοάζειν ad γόω refert. Eadem controversia est circa Hesiodium λόεσθαι, quod Passovius λοέσθαι scribi vult licet praecedat illo loco praesens ἔσθειν, idemque in Scolio XXI. λοεῖ corrigit pro λόει, Buttmannus vero censet duplicem fuisse praesentis speciem λόω et λοέω, unde λῶντο et λώοντο in Callimachi hymno dorico. In tertia circumflexorum classe Byzantii doctores cum trisyllabis ἁλῶ, ἀρῶ, ὀμῶ etc. referunt etiam βῶ βόσω EM. 147, 45. Theodos. 191. Eust. 1723, 15. sed modo ob nomina βόσις et βοτόν, et πτόω propter πέπτωκα Anecd. Bachm. II. 357. Iustius huc reposuissent διδῶ, cujus secunda et tertia persona non solum poetae utuntur antiqui et scriptores ionici sed etiam Theophrastus Caus. IV. 12, 4. sed pro Ὀ δῶν ὁ δούς Hes. jam Porsonus ad Phot. Praef. p. XII. ed. Lips. emendavit ὀδών ὀδούς. Ζόειν apud Theocr. XXIX. 20. aliosque poetarum legitur, quos Buttmannus nominat; ζόε ζῇ ζῇθι Hes. Quod idem affert Ζούσθω ζωννύσθω, ad homonymum ζόω pertinet, cujus vestigia omnia abolita sunt. EM. 480, 14. θῶ τὸ εὐωχοῦμαι, ὁ μέλλων θώσω, ἀφ' οὗ Δωριεῖς θῶσθαι, qui infinitivus ex Aeschylo ipso affertur, θώσομαι ex Epicharmo v. Ahrens Dial. dor. 343. activi verbi exempla desunt praeter θῶξαι, quod ille ad θήγω refert. Sed suppetit copia conjugatorum θῆσθαι, εὐθηνεῖν, θοίνη. Κρόω pro κρούω legitur in cantico Laconum Arist. Lys. 1253. Νένωται apud Anacreontem et Sophoclem Herodianus in EM. 601, 20. dubitat utrum ex νενόηται contractum an a νόω declinatum sit: ἔστι γὰρ νῶ ῥῆμα τρίτης συζυγίας. Δημό-

κριτος φρηνὶ θέα[33]) νοῦνται. Pro *Κών εἰδώς* Hes. Salmasius corrigit *κῶν*· magis ad seriem convenit (nam sequitur *Κράανον*) *κόων* sive participium verbi, quod paragogo *κοῶ* concessit, sive proprium de quo Schol. Il. XIX. 53. *Κόων— παρὰ τὴν σύνεσιν.* His apponam *Κέγνωται τέτρωται, Κεγνῶσθαι τεθραῦσθαι τετρῆσθαι* Hes. quod Schneiderus et Coraes in Stochasm. ad Plut. T. III. p. 4. in *κέκνωται* transmutant, sed injuria; nam *κνάω κνάπτω γνάπτω* ejusdem sunt familiae. EM. 698, 51. *πῶ ῥῆμά ἐστι παρ' Αἰολεῦσιν οἷον Χαῖρε καὶ πῶ, ὅπερ λέγεται καὶ πῶθι ὡς ζῆθι καὶ ζῶθι*, sed hujus quoque notitia nulla est nisi ex declinatis *πέπωκα, πέπομαι* et nominibus *πότος, πόσις*, quibus adjuncta sunt *potus* macroparalecton ut a *γνόω* notus, et fortasse *posca*. Ab homophono quodam *πόω* Coraes Atact. II. 122. derivatum putat *πῶμα* operculum, cujus etymon non extat, et quo Graeci nostrae memoriae utuntur *ἐμπώνειν boucher* obturare. Sed *Σόεις σώζεις* Hesychius praebet et subjunctivum Homerus tribus ejusdem libri locis improbatum tamen Aristarcho, qui *σαῶ* vel *σοῶ* praetulisse dicitur v. Spitzner. ad IX. 393. Ab homonymo *σόω* (*σεύω*) compositum est *Ἀποσοῦν ἀφορμᾶν* Hes. (post *ἀποσύρειν*) qui etiam *ἀεσοῦτο* (omiss. Thes.) et *συσσοῦσθαι* (post *συνσ.*) enotavit ex *σόεσθαι* contractum ut Eustathius dicit p. 26, 46. p. 1792, 3. Buttmannus vero sic ut *λοῦσθαι* ex syncope ortum censet. His omnibus celebratius est *χόω*, quod Attici ipsi paragogo *χώννυμι* praetulerunt; sed huic similia *ζώννυμι, ῥώννυμι, σώννυμι, τρώννυμι, χρώννυμι* in usu dominantur obscuratis primitivis *ῥόω, χρόω* etc. *χόω* ipsum cum *χέω* fundo et fodio (fovea) cognatum esse perquam credibile est; nam *χοῦς* et *χῶμα* sive *γαῖα χυτή* dicitur terra effossa, *ἐκχοΐζειν* effodere, *χυδαῖος* futilis, nec *fel* a *χολή* diversum duco, licet adversetur Doederlinus Synon. T. V. 120. Trisyllabum quod idem paragogum non sit, nullum superest; nam *ἐνόω*, unde scriptor lexici de Spir. 217. *ἔνοσις* derivatum dicit, nihilo probabilius

33) *Φρενὶ θείῃ* vel (*ἰὰ*) *θεῖα* correxi in proecdosi; alia proponit Mullachius in Fragm. Democr. p. 361. qui Herodiani librum *περὶ παθῶν* Democrito donavit.

est quam *ἐνόθω*, unde Eustathius nomen illud ortum putat. Diphthongorum usus non admodum late patet. Theognostus p. 95. et 148. *τὰ διὰ τοῦ νω διὰ τοῦ ν γράφεται — πλὴν τοῦ οἴω τὸ νομίζω.* Arcadius 165. *τὰ εἰς οιω περισπᾶται εἰ μὴ διάστασις γένοιτο ὡς οἴω ὀΐω. Ὁ δὲ οἴω ἐνεστὼς τοῦ οἴσω οὐκ ἐν χρήσει.* Pro *φλοίω* in Plutarchi loco, quo Karstenius ad Emped. p. 253. scripturam mendosam defendit, restituendum est *φλύω*, quodque in Thes. affertur *ἀλοίω* ex Diogenis loco recte exterminavit Valckenarius. In *ουω* duo exeunt bisyllaba *λούω* et *κρούω*, quorum primitiva *λόω* et *κρόω* supra attigi. *Τρούεται ξηραίνεται* Hes. pro *τρύεται* dictum videtur a Laconibus vel Boeotis, quorum dialecto Grammatici homericum *ὀρούω* assignant. Pro *ἀποκόψεμεν οὖατα* Il. XXI. 445. Eustathius narrat antiquitus *ἀπολούσεμεν* i. q. *κολούσειν* scriptum fuisse ac Cyprios *λοῦσον* vocare *τὸ κολοβόν*, quo fortasse Apionum aliquis illectus est ad fingendum verbum *λούω*. Idem 1792, 5. addit *σούω ἐκ τοῦ σόω γενόμενον, οὗ παράγωγον λαοσσόος Ἄρης καὶ τὸ λακωνικὸν ἀπεσσούα ἤγουν ἀφώρμησεν*, verum hoc doricum est pro *ἐσσύη* ut *ἐφύη, ἐῤῥύη*, a praesente ineffabili *σέω* vel *σύω*.[34]) De *ἀκούω* duae sunt sententiae; Valckenarius ab *ἄκω* acuo productum putat more paragogae ut *ὄρω ὀρούω, κόλος κολούω* et *μολούω*. Schneiderus vero confert *κοᾶν*, quod Glossographi *ἀκούειν πυνθάνεσθαι νοεῖν* interpretantur.

§. 6. Verba in *νω* exeuntia, quae communis consuetudo ascivit, haec sunt: *ὕω, βλύω, βρύω, βύω, δύω, θύω, κλύω, κνύω, κύω, λύω, μύω, ξύω, πτύω, ῥύω, τρύω, φλύω, φύω*, quibus accedit *Γνύων νωθραίνων* Hes. ab adjectivo *νυθός* debilis et a verbis *Γνυπόντι ἀσθενοῦντι, Γνυπεῖν ἀσθενεῖν, Κατεγνυπωμένως νωθρῶς* Hes. Phot. non longe secretum v. Prolegg. 107. et *Δύουσιν ἀποῤῥέουσι*, cui adminiculum praebet *Δύα κρήνη* Hes. et his vicina videntur *δεύω* irrigo, *δεῖσα ἡ ὑγρασία, διερός, διαίνω, Ἐνδιές ἔννδρον* Hes. Hujus autem classis non tanta est copia quanta videtur. Nam *βλύειν*

34) Ahrens Dor. 147. *ἀπέσστα* reponit sed *ἀποσιῆναι* pro *ἀποθανεῖν* dici non probat; *ἀπέσβη* sic dicitur et *Ἀπέσκλη ἀπέθανε* Hes. Vulgato tamen patrocinatur Anecd. Bekk. 422. *ἀπεσσύα ἀπέλιπεν.*

et *βρύειν* usus arbitrio magis distincta sunt quam naturae v. ad Aj. p. 93. et 96. idemque *βλύδιον* dicitur et *brodium* v. Has. ad Leon. p. 489. Ypsilon saepe ex epsilo natum esse docet Schol. B. ad Il. III. 97. Cram. Epim. I. 229. *κλέω κλύω, ξέω ξύω, ῥέω ῥύω, χέω χύω,* quorum primum cum vocali significationem quoque mutat, cetera praeter *ξύω* ficta sunt propter tempora obliqua *χῦσαι* et alia inclinamenta; Apollonius de Adv. 611. *παρὰ τὸ σύω τὸ σύδην ὅπερ ἐσχημάτιστο ἐκ μεταθέσεως τοῦ ε̄ εἰς τὸ ῡ̄ παρὰ τὸ σέω ἀφ' οὗ καὶ τὸ σόον* (scr. *σόος*). *Καὶ τῷ ῥέω τὸ ῥύω παράκειται ἀφ' οὗ τὸ ῥυδόν, καὶ χύω χυδόν.* Quippe nullum est in *εδην* adverbium nisi compositum (*ἀνέδην*). Eustathius p. 595. 19. *ὡς θῶ θύω, ῥῶ ῥύω, οὕτω πνῶ πνύω, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀμπνύνθην* et imperativus *ἄμπνυε* Hom.[35]) Hujus primum exemplum est *θύω τὸ ὁρμῶ*, quod plenius dicitur *θύνω* et *θυνέω*, non sejunctum illud a *θέω* et vocabulis hinc deri vatis *θοός, θοῦρος = ὁρμητικός, θοηρός = τεταραγμένος, μανίῃ τεθοωμένος* Nonn. XLVII. 606. *λύσσῃ τεθοωμένος* Opp. Hal. I. 557. *μαινὰς θοάζουσα* Eur. Tro. 349. *θοάζει μαίνεται,* et *σωάδδει παραληρεῖ* Hes. cui praejacet nomen *σοῦς ἡ ὁρμή* et huic verbum (*σέω*) *σεύω*, unde *ἔσσυμαι, σύμενος* et resumto theta *θύμενος* in Pratinae versu v. ad Buttm. 201. *ἐκθύμενος ταχύς* Hes. Haec autem verbo *θέω* quam propinqua sint et per se patet et magis etiam ex Hesychii glossa *Ἔθυιεν ἐμαίνετο ἔτρεχεν.* Quaeritur vero idemne sit verbum *θύω τὸ θυμιῶ*, cui cohaerent suffio, fumus, fimus, an diversum. Nomina quidem utrinque derivata *θυμός* et *θύμος* sive *θύμον*, et verba *θύνω* et *τύφω* quantum distent, latet neminem. Nihilo secius eruptio scaturiginis[36]) fumi et odoris, qui e rebus fragrantibus efflatur,[37]) et papularum quo-

35) Apud Quintum est imperfectum *ἄμπνυε* modo correpta media IX. 470. modo producta I. 599. X. 62. nisi *ἄμπνειε* scripsit vel *ἄμπνυτο.*

36) *Ὕδωρ ἀνέθυε* Callim. *δάπεδον αἵματι θῦε* Hom.

37) *Ἀπυθύσει ἀποπνεύσει, Ἀπυθύσσομεν ἐκπνεύσομεν, Ἐκθύωσιν ἐκζέσωσιν* Hes. *θυμὸς ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς* Plat.

[illegible] ad illam notionem [illegible] referri potest, neque [illegible] absurdum [illegible] generatim significare motus [illegible] cum impetu [illegible] sed idem etiam transitive dici de iis qui [illegible]. Sin autem est, non video quid relinquatur [illegible] si [illegible] cui [illegible] affinium est, cum illo [illegible] [illegible] esse ea ratione qua θοίνη et θυσία Sch. [illegible] Pers. 338. Clare vero cernitur cognatio verborum [illegible] ξύω ἐπὶ ξύλων. ξύω δὲ ἐπὶ σαρκός [illegible] ἀφ' οὗ καὶ ἀφύω τὸ θορυβῶ Cram. II. 20, 25. unde ἀφυλίζω ἀφυλίας ἐπιφυλλίζω insusurro v. Fritzsch. ad Thesm. [illegible] Ἀφυλίζω παρὰ τὸ φλέω ὃ καὶ φλύω Suid. ἀφλοισμός ἀπὸ παρὰ τὸ φλέω καὶ φλύω Sch. Il. XV. 607. ἀφλυσμός ἀφλυσμός Suid. quibus omnibus subest notio exuberantiae et abundantiae. Eaque non evanescit in paragogo φλυδούμενος τῆς τρυφῆς συνηγίας ἐκ τοῦ φλέω τὸ ἀναζέω Cram. II. 422. quod et Suidas affert ex Lyc. 35. ubi Hercules calore circumfusus φλοιδούμενος τινθῷ λέβητος ἑστάσης πυρός. Id Scholiasta interpretatur φλογιζόμενος magis ex circumstantia quam ex natura verbi, nam proprie significat μαρμάρων, μαδῶν, similiterque ustrinae (εἴστραι) ubi sues aqua candenti glabrantur, modo μαδιστήρια vocantur modo φλογίστραι, nec tamen εἴειν et μαδίζειν idem valent. Interim quoniam caloris humidi et aridi par est effectus, concludamus oportet verbum φλύειν a fluore, in quo proprium habet domicilium, translatum esse ad ardorem et flagrantiam ut Aristophanes dixit ὁ κεραυνὸς ζῶντας περιφλύει h. e. ἐπιτολῆς καίει Sch. Nubb. 305. Hinc autem si cogitationem traducimus ad Herodoteum τείχεα περιπεφλευσμένα πυρί, haud procul erit quin φλέω, φλύω, φλεύω et φλέγω non vere solum sed etiam potestate convenire dicamus. Duorum formata tradit EM. τρύω ἐκ τοῦ τρῶ (tero) quod confirmant synonyma τέρετρον τρύπανον terebra, et Στῶ στύω στῦλος ἐκ τοῦ χύω χυλός. Trisyllabum nullum est quod sine ulla

38) Ἔκθύματα ἐξανθήματα Hes. ἐκφύματα ἐξανθήματα Zonar. ac plerisque locis ἐκθύειν erumpere et ἐκφύειν enasci sine sensu discriminis permutari possunt. Φόα (φοαί) ἐξανθήματα Hes. pro φυαί i. e. φύματα.

dubitatione in numero primitivorum reponi possit praeter *ποιπνύω*, quanquam id quoque non nativum sed reduplicatum est pro *πνέω* vel *πένω* (*πένομαι*). *Ὀδύω*, cui Schol. Od. IX. 446. et alii tempora defectiva *ὠδύσατο* et *ὀδώδυσται* appendunt tanquam licio, nusquam reperitur et sunt qui ad *δύη* referant. De *ἀρύω*, *ἐρύω*, *ἠμύω*, *ὠρύομαι* disseretur eo loco qui est de prosthesi.

§. 7. Verba sextae conjugationis veteres nimis exigue unius formulae angustiis includunt: *ἐκ τοῦ πλέω πλόω καὶ ἐπανξήσει πλώω* Schol. B. ad Il. VI. 291. *χέω χώω*, *ζέω ζώω*, *τρέω τρώω*, *ῥέω ῥώω*, *σέω σώω* Theognost. 149. quibus Schol. I. 324. imprudenter addit *δώῃσι*, Choeroboscus *γνώωσι* et *δώωσι* Dict. II. 885. Cram. IV. 380. EM. 237, 27.[39]) Illorum unum est, cujus duplex forma increbuit *πλέω* et *πλώω*,[40]) nam *πικρὰ νόῳ πνώοντες* Apollinar. Ps. CV. 6. et quod pro *χόλον ἀμπνείων* II. 9. in fine Edit. Paris. adnotatum est *ἀμπνώων* auctoritatis parum habet. De *χώομαι* consensisse videtur Aristarchus quum id multis locis pro *συγχέομαι* valere adnotaret v. Lehrs. Arist. 147. Quod si minus probatur, tamen *χολοῦσθαι* et nomina *χόλος*, *χολή* plerique a *χέω* derivata censent quia ira effervescentibus bilis diffundi dicitur: *χολὴ ὑπερέβλυσεν αἰνή* Quint. V. 324. non ita multi a colore simili *τῆς χλόης* Eust. 46, 6. ac *bilis viridis* (*χλωρά*) nominatur a Celso. Tertio *ζώω* pro *ζάω* praeter scriptores doricos[41]) et ionicos Aristaenetus quoque ac Lucianus usi sunt sed in uno optativo *ζώοις*, quem Gram-

---

39) Hic perperam editum *γνώω τῆς ἕκτης συζυγίας τῶν περισπωμένων* pro *βαρυτόνων*.

40) Verbi *πλέω* duplex est amplificatio et non rarus utriusque penes eosdem usus; Aretaeus Sign. Diut. I. 14. *ἐμπλώειν* ut saepe Herodotus, sed *ἐμπλείειν* Sign. Acut. II. 8, 53. · *Πλεῖον* Orph. A. 1041. *πλώουσι* 497. *ἀναπλείοντες* 1044. *ἐπιπλώοντα* 1201. *παραπλώων* Coluth. 211. *ἐπιπλώουσα* Maneth. I. 143. *ἐπιπλείωσιν* Arat. 293. et sic saepius poetae epici in arsi thesique non sine multiplici librorum discrepantia v. Iacobs. ad Anth. p. 575. De Euripidis inconstantia v. ad Buttm. 280. Fritzsch. ad Thesmoph. v. 878.

41) Stob. Ecl. Tit. XLVIII. c. 63. p. 332, 32. et c. 65. p. 334, 40. Tit. LXXIX. c. 52. p. 460., 48.

matici aoristo *ζήσειας* praeferunt Cram. IV. 208. v. Bast. ad Aristaen. p. 733. *ζώοιμι* Apollon. Synt. III. 24, 250. Homericum *μνώοντο* affectumne sit an ab integro *μνώομαι* derivatum in deliberationem venit v. Diss. XI. §. 5. Pro *σοφὰν ἐπεβώσετο τέχναν* Bion. VII. 2. recepta est Salmasii correctio *ἐπεμώσετο* vulgati similior quam quod alii asciverunt *ἐπεμαίετο* sed dubia tamen propter cod. Flor. scripturam *ἐπεβαίνειο* et quia verbi *μώω* exempla non satis certa sunt; nam *μώεο* apud Epicharmum Ahrensius p. 349. codicum indiciis in *μῶσο* demutavit v. Meinek. Anall. 134., pro *Καταμώσας καθεὶς ἕνεκα τοῦ ζητεῖν παρὰ τὸ ματεύειν*[42]) *ὥςπερ καὶ τὸ καταματούμενος* Galen. Gloss. Foesius *καταμάσας*, Dindorfius Thes. IV. 1141. *καταμηλώσας* substituit, quorum omnium apud Hippocratem nihil legitur sed saepius *ἐςμάσασθαι, ἐςματέεσθαι* et *καταματέεσθαι* id est digitum vel speciſlum explorandi causa inserere; *μῶσθαι* in Theogn. v. 771. ex *μώεσθαι* contractum videri potest ut *Ῥῶσθαι σπουδάζειν* Phot. ex *ῥώεσθαι*[43]) sed necesse non est; nam indicativum *μῶμαι* recordantibus facile accidit ut obscurata integri *μάομαι* memoria pro *μᾶσθαι* furtim se insinuaret *μῶσθαι*. Percelebre est *ῥώομαι*, cujus activam formam ponit Moschopulus ad Hes. Opp. 99. *ζῶ κοινὸν ἀφ' οὗ ζώω παρὰ ποιηταῖς ὡς πλώω, ῥώω*, pro quo mendose *ὁρόω* scriptum est.[44]) Alii fingunt *ῥόω* ut *πλόω*, quia verbis sextae classis futurum abjudicant Eust. 49, 1. atque hujus prototypi, quod ab *ὄρω* (*ὤρετο*) potius quam a *ῥεώ* ortum videtur,[45]) lineamenta

42) Rectius scripsisset *ματεῖν*, sed germanum etymon est *μᾶν* id est *μαίεσθαι*. *Μῶ*, si Epicharmus sic scripsit, *μώμενος* et *μῶνται*, quae Ahrensius ex Tragicis et Euphorione affert, non dorica sed usitato modo contracta sunt, sed *Σῶμαι ἕρπω Δωριεῖς* Hes. pro *σόομαι σοῦμαι*.

43) *Ῥῶσται ἵστανται* Hes. vel perfectum est pro *ἐῤῥώωται* vel potius praesens *ῥῶται* pro *ῥώεται*.

44) Orph. Arg. 1208. *οὐκ ἀπίθησε νεὼς ἰθύντωρ Ἀγκαῖος, ἀνέτρεχε δ' αἶψ' ἀνορούων·* codd. *ἀνέτρεψε δ' αἶψ' ἀνορώων*, Hermannus *ἀναῤῥώων δ' αἶψ' ἀνέτρεψε*. Donec *ῥώω* inventum fuerit, praefero *ἀνέτραπε δ' αἶψ' ἀνακρούων* ut Apollon. IV. 1651. *νῆα ἀνακρούεσκον ἐρετμοῖς*. Correptio attica ante *κρ* illi non insolita est.

45) Congruit Hesychius *Ῥῶμα ὁρμημα*.

sequitur Ἀῤῥοίη ἀῤῥωστία Erotian. tanquam ab adjectivo ἄῤῥοος ut συσσοίη, ἐλαφοσσοΐη. Proxima sunt σώω, cui σώζω successit, homonymumque σώομαι, quo Apollonius pro σεύομαι usus est, et τρώω τὸ τιτρώσκω. Ζμῶσαι πατάξαι, quod Eustathius 217, 29. ex Aelio affert, pro σμῆσαι positum est ut Ψῶσαι θάλψαι Hes. pro ψῆσαι· nam ψᾷν per θάλπειν explicatur v. ad Greg. 549. non quo haec sit propria hujus verbi potestas sed quia mulcendo et fovendo amorem testificamur.

§. 8. Vocalis principalis quanta sit in his verbis inconstantia exempla hic proposita docent, nec latuit priscos magistros: νῶ τὸ νήθω καὶ ἐπὶ πρώτης συζυγίας καὶ ἐπὶ δευτέρας, quarum hac Herodotus utitur, illa Attici v. Meinek. Com. Fragm. II. 556. De altero νῶ agitur Cram. I. 291. νῶ τὸ ῥέω ὅπερ καὶ πρώτης καὶ δευτέρας ἐστὶ συζυγίας. A protoclito derivatum est νόα ἡ πηγή Hes.[46]) et νότος, νοτίς, νοτία, ab altero ναυσίποδες i. q. νηξίποδες, ab utraque verbi forma ναῦς et νεῦς v. Parall. 124. confusis nandi et navigandi notionibus.[47]) Νάω cumulo alicubi pro νέω νηέω scriptum esse testatur Photius Νῶντος σωρεύοντος. Homericum κνῆ, quod EM. ad κνῆμι refert quasi aoristum ut τλῆ, Heraclides narrat nonnullos κνέε scripsisse, fortasse ad evitandum continuos spondeos αἴγειον κνῆ τυρόν, quos perhorrescens Muellerus de Cycl. p. 144. κνάε corrigit. Cum ἔκνη et similibus conferendum est quod Herodianus in EM.

---

46) Ambigua est ejusdem adnotatio Νοῦς ποταμός utrum de proprio loquatur an de appellativo. Nam et *Rhent* nomen proprie fluvium significat et graecum Ἄναυρος torrentem a verbo ναίειν Sch. Apoll. I. 9. In Paus. VIII. 38, 7. causa nulla erat cur Νοῦς in Ῥοῦς mutaretur; nam νέω et ῥέω idem valent; νέει ἡ τοῦ αἵματος ἐπιῤῥοή Aret. Cur. Acut. II. 6, 106.

47) Νεῖ πλεῖ Hes. Et vicissem πλεῖν dicitur pro νεῖν ut inclytus ille urinator Σκύλλος ὑποπλεύσας πελάγεσσι Anth. IX. 296. quo loco Planudes ὑποπλώσας scripsit; nec solum de animantibus sed etiam de inanimatis νέκυς ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ πλώετο Nonn. VI. 281. ἔπλεε πήληξ XXXIX. 244. quo intellectu Homerus πλώειν dicit. Ἔπλεεν ὕδωρ (Alphei) pro manare dictum est Anth. IX. 536. et ἁλίπλοα τείχεα nonnulli interpretantur ὑπὸ θαλάσσης ἐπιπλεόμενα id est ἁλίῤῥυτα cf. Hecker. Comment. de Anthol. p. 21.

344, 1. memorat τοῦ νῶ παρατατικὸν ἔνων ἔνης ἔνη καὶ πλεονασμῷ ἔννη simile homerico ἔννεον. Sed pro Κνεῖ κόπτει Hes. series κνῇ poscit. Κτέομαι Herodoti codices praestant. Sed κτέω occido, quod Grammatici ex subjunctivo κτέωμεν exsculpserunt. non majoris pretii est quam βέω et φθέω, quibus eadem ratio subest. Τεῖν ζητεῖν Hes. congruit cum τῇ (τάε) tende (manum) et τητᾷν τὸ ζητεῖν, quod ab illo reduplicatum dicunt EM. Pro Χρεῖ δεῖ Hes. fortasse χρέει scribendum, nam χρέω, χρέομαι, ἀποχρέω scriptoribus ionicis doricisque usitatum est. Postremo quia Aeoles pro φησί dixerunt φατί sed pro ἠσί ἠτί ut ἵητι et τίθητι, Technici concludunt φημί secundae conjugationis esse, ἡμί primae v. Ahrens. Dial. Dor. 138.[48]) Nunc ad alias vocalium sermonem transferam. Pro δήω Alcaeus Fr. LXXXVII. δέω scripsit veterumque aliqui Homeri verbum πῶς ἂν ἐγώ σε δέοιμι Od. VIII. 352. acceperunt pro δήοιμι id est εὑρίσκοιμι, ἐπιζητοῖμι. Ac porro ἀπὸ τοῦ δήω Ἀρίσταρχος τὸ δέελον τὸ εὑρετόν Sch. Il. X. 466. hoc autem adjectivum commode refertur ad δαῆναι, cujus a significatione non multum aberrat doricum Δατέν ζητεῖν Hes. Quippe ut βάω βατέω, πάω πατέω (πατέομαι) χάω χατέω, μάω κατεμματέω et alia ante dicta v. §. 2. sic cum δάω scio consistit δατέω sciscitor, nisi forte illud δατέν pro δητεῖν positum est, hoc autem pro ζητεῖν ut δᾶλος pro ζῆλος, quod Kuesterus h. l. adhibet. Iota cum alpha et epsilo commutant ψάω et ψίω, λάω, λίω et reduplicatum λιλέω, epsilon cum ypsilo φλέω τὸ ἀναδίδωμι καὶ κατὰ τροπὴν τοῦ ε̅ φλύω Epim. Cram. I. 429. Pindaricum κέχλαδα nititur praesenti quodam χλήδω, quod ad χλάω referendum erit ut μάομαι μήδομαι. Pro χλάω autem substitutum est χλίω, quod quam arcte cum φλέω cohaereat, paullo post ostendam. Χράω et χρίω χρώννυμι quantumvis significatione discrepent, tamen unam stirpem habere cognoscitur ex compositis, ἐγχράω, ἐγχραύω, ἐγχρίω,

---

48) Φθείη φθάσῃ Hes. scriptura modo differt a φθήῃ. Etym. Gud. 576. ψωμός παρὰ τὸ ψῶ ὡς ζῶ ζωμός· τὸ δὲ ψῶ πρώτης συζυγίας ἐστί, ψῶ ψεῖς ψεῖ. Si nihil aliud argumenti habuit praeter nomina [illegible], ψεδνός, ψεκάς, plus dixit quam probare potuit.

ἐγχρίμπτω, quibus eadem est reddita impingendi notio. Sed quam promptus sit per omnes sonos vocis cursus, maxime apparet ex derivatis. Namque synonyma sunt ψακάς et ψιάς, ψιά et ψῆφος, ψιλός, ψηνός et ψεδνός, nam ψηδνός dici non potuit quia ηδ non praemittuntur consonis. Ita vocales ultro citroque commeant partim commutandae significationi, alias nulla palam causa. Quo loco non praetereunda est literae iota vel epenthesis vel exaeresis. Etenim φιαρός EM. a φάος repetit, quod hoc facilius accipimus quia Hesychius φαρῦναι, φαρῶσαι et φιαρῦναι eodem verbo λαμπρῦναι explicat. Et quod idem refert Χνιαρώτερα χνοώτερα (scr. χνοωδέστερα vel εὐχνοώτερα) certe a χνοῦς derivatum est, hoc autem a verbo κνάω, unde κόνις terra friata (ut ψαμμός a ψάω frio) et κνοῦς sive χνοῦς.[49]) Μναρός μαλακός ἡδύς Hes. nihil aliud videtur quam μνιαρός exemta vocali, quae primitivo μνίον muscus[50]) penitus infixa est, eandemque exaeresis speciem praebet Μνάριον τὸ κάλλυντρον Hes. hoc est spongia deletilis; sed eam vocalem non natura inesse apparet ex synonymo μνοῦς. Haud perinde facilis est dijudicatio adjectivorum λαρός et λιαρός, χλαρός et χλιαρός, de quorum et significatione et derivatione Grammatici incredibiliter discordant. Λαρός ἡδύς ἀπολαυστικός ἀπὸ τοῦ λάω τοῦ θέλω Sch. Apoll. I. 659. Sch. Il. XVII. 572. Λιαρὸν γλάγος τὸ λιπαρόν Sch. Opp. Hal. II. 405. οὖρος λιαρὸς ἢ χλιαρὸς ἢ ὁμαλὸς ἀπὸ τοῦ λεῖον τὸ ὁμαλόν Sch. Od. V. 268. λιαρὸς ὕπνος ἢ ὁ θερμός ἢ ὁ ἡδύς παρὰ τὸ ἰαίνω πλεονασμῷ τοῦ λ, ἢ ὁ λαρὸς πλεονάσαντος τοῦ ι κατὰ τοὺς παλαιούς Eust. 974, 27. qui hoc nomine significat Scholiastam ad Il. XIV. 164. Τὸ λιαρός οὐκ ἀπὸ τοῦ χλιαρός, ὥς τινες, ἀλλὰ παρὰ τὸ λίω τὸ προθυμοῦμαι EM. 872, 32. cui consentit Theognostus p. 147. τὸ λίω καὶ λιῶ ἀπὸ

49) Μαρίλη ὁ χνοῦς τῶν ἀνθράκων Phot. Idem sonum significat qui friando efficitur, vulgo autem de lanugine dicitur; χνοῦν καὶ μνοῦν ἐπὶ τῶν μαλακῶν εἴποις ἄν Poll. X. 38.

50) Latini, qui nullam vocem a mn ordiuntur, omiserunt graecum ny; terminatio huic sermoni propria est μυῖα musca, βρύον bruscum, φαιός fuscus. Substantivo μνίον appositum est adjectivum μνιός ὁ ἁπαλός Theogn. μνιόν τὸ μαλακόν Hes.

τοῦ λῶ γέγονεν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ λιαρόν·[51]) τὰ γὰρ προσηνῆ θελητά. Postremo Schol. Pind. Pyth. IX. 66. χλαρὸν ἀντὶ τοῦ χλιαρὸν κατὰ συναίρεσιν, qui exaeresin dicere veritus est quia χλαρός primam syllabam producit, χλιαρός saepius corripit. Quid in his sententiis falsum sit facilius est dicere quam quid verum. Si rem ad leges etymologicas revocamus, nihil quidquam obstat quominus λαρός a λάω productum statuamus ut a νάω ναρός, a χλίω vero χλιαρός ut φλύω φλυαρός v. Prolegg. 257. Sed significationis causa λαρός et quod Pindarus usurpavit χλαρός magis cum χλιαρός convenit quod a tepore transfertur ad res quae cum suavitate ad sensus affluunt. A χλιαρός oriri potuisse λιαρός demonstrant verba ab Hesychio relata Ἐλιάνθη ἐχλιάνθη, Λελίηται τεθέρμανται. Sed hic res in eum deducta est locum ut aliquid de consonantium affectionibus dicendum sit.

§. 9. Primum tropae exemplum sumam ab EM. 200, 43. βλιμάζω παρὰ τὸ θλίβω ὡς καὶ βλύω λέγεται παρὰ τὸ φλύω. Horum utrumque suos habet et proprios terminos neque tamen ita disjunctos ut alterum pro altero substitui non possit; in Anth. VII. 351. φήμην στυγερὴν ἔφλυσεν Ἀρχίλοχος, sed in proximo epigrammate 352. γλώσσῃ ἀθεμίστιον ἔβλυσεν ὕβριν, antiquiores vero, quos nominavi ad Buttm. 381. ὕβριν ἀποφλύσαι. Λαύω τὸ καίω (v. §. 2.) propter primitiva δάω (δαίω) et αὔω ambigitur utrum ad prosthesin referri oporteat an ad enallagen. Verum aperta hujus signa prae se ferunt Ζεύω τὸ γεύω καὶ ζεύσασθαι τὸ γεύσασθαι EM. non diversum fortasse a δεύω irrigo, διερός, δύη v. §. 6. quandoquidem sapor et ὀπός succus et re et voce conveniunt.[52]) Vocalis quam laxa fuerit, arguit nomen Γέσμα γεῦμα Hes. et latinum gustus, degunere, jejunus, jentare. Testatius est φλᾶν ἀττικόν, θλᾶν ἑλληνικόν

51) Quae proxime sequuntur verba ὡς καὶ τὸ χαλῶ χαλερόν removenda sunt ad finem adhibita correctione ἢ παρὰ τὸ χαλάω χαλαρόν. Sic enim Schol. Pind. P. IX. 65. χλιαρὸν φησι τὸ πολὺ καὶ κεχαλασμένον.

52) Hesychius Χυμοί γεύσεις, Χυμός σίελος, saliva autem pro sapore dicitur.

Moer. quorum illud apud Atticos non habet significationem comprimendi sed in dialecto dorica et aeolica, Suidas *Ἄπαστος ἄγευστος οἷον ἄμαστος ἀμάσητος*, illud a *πάομαι πατέομαι*, hoc a verbo unde *Μάματα βρώματα* Hes. et *μαμμᾶν ἐσθίειν* Phot. Haec scriptura modo differre confirmat Stephanus *Ἀμαζόνες ἃς νῦν Σαυροματίδας καλοῦσιν — ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Σαυροπάτιδες παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν*. Nec improbabilis est Berkelii opinio Mysos animalium esu abstinentes non *καπνοβάτας* nominatos fuisse sed *καπνοπάτας* quasi *καπνὸν σιτουμένους*, aut certe beta illius nominis valere pro pi ut Delphi *τὸ πατεῖν βατεῖν* [53]) *καὶ τὸ πικρόν βικρόν λέγουσι* Plut. Quaest. Gr. 292. E. Hinc in cogitationem incurrunt tria verba, quae supra in transcursu adspeximus, *φλέω*, *φλίω* et *χλίω*. *Παρὰ τὸ φλέω τὸ ἀναπέμπω φλόη καὶ χλόη* Suid. s. h. v. et EM. 812, 43. *τὴν χλωρότητα καὶ τὸ ἄνθος φλόον προσηγόρευσαν καὶ Διονύσῳ Φλοίῳ θύουσι* Plutarch. Symp. V. 38 [54]) *φλῖος ὁ Διόνυσος διὰ τοῦ ῑ, τινὲς δὲ διὰ τῆς ει* EM. 539, 32. ut *Φλειώ* Bacchae nomen Nonn. XXI. 80. per iota vero *Φλιοῦς παρὰ τὸ φλεῖν ὅ ἐστιν εὐκαρπεῖν* Steph. *Φλεήσιον τὸ Φλιάσιον πεδίον* EM. 796, 5. cf. Prolegg. 432. Quomodo Liber pater, sic etiam Libera appellata est *Φλοιά* v. Aglaoph. p. 402. et mater utriusque *Δημήτηρ χλόη*. His concinit Nymphae italicae nomen *Chloris eram quae Flora vocor; corrupta latino nominis est nostri litera graeca soni* Ovid. Fast. V. 195. quae corruptio, si sic appellare libet, in Graecia nata est; concinunt etiam adjectiva *Φλιαρά χλιαρά* Hes. et appellativum *Χλοδή ἡ ἔκλυσις* idem significans quod *χλιδὴ ἔκλυσις καὶ μαλακία* EM. 872, 32. atque verba *Φλύεται ὑγραίνεται, Διαφλύοντα ὑγραίνοντα* cum paragogis, quae idem Hesychius affert, *Χλοιδᾶν διέλκεσθαι καὶ τρυφᾶν, Χλοιδῶσι θρύπτονται, Φλυδᾶν διαχεῖσθαι*, quae omnia dicuntur de rebus molliter fusis et diffluentibus ritu herbarum laetius pullantium.

---

53) Hoc ex etymo *βαίνειν*, pro quo sermo plebejus *πατεῖν* recepit v. Hemsterh. ad Plut. v. 1000.

54) Metathesi differunt *φλόος* flos ac *φελλός*, et insuper prosthesi *Πολύσφελμος πολύφλοιος* Hes.

Verbi πτύω multiplex cognoscitur variatio; Theocritus enim ἐπιφθύζω dixit summutatis antistoechis; Hesychius producit Ψύττει πτύει, Ψυττόν πτύελον, cui Latini substituerunt *spuo* cf. Prolegg. 92. consonam duplicem in partes, unde coaluit, resolventes sed ordine inverso ut Aeoles σκίφος, σπέλλιον, ἀσπίνθιον, Latini pro ξέω scabo, pro ἰξός viscus sive viscum, nec diversae stirpis videntur σπαλίων testudo et ψαλίς fornix. Denique labialem prorsus praeteritam esse colligitur ex substantivo σίαλον [55]). Cum πτύω ψύττω conferri potest πτερόν ψίλον v. ad Phryn. 435. et quae Hesychius praebet exempla ψίσις ἀπώλεια id est φθίσις, ψείρω φθείρω [56]), ψινάς pro φθινάς, Ἔψίσθη ἀπέθανε i. q. ἐφθίσθη, quod nisi eodem verbo explicuisset, eum verbum ψίειν liberius interpretatum esse crederem, sicut conjugata συμψηθῆναι et συμψισθῆναι *conteri* ponuntur pro perire v. Schleusner. Thes. V. T. Tom. V. 173 sq. Psi et xi alternat Μεσόψηρον ἡμίξηρον, quibus quae subtexta sunt verba ψάω et ξέω, actiones inter se similes declarant.

CAP. II.

De verbis quorum character est labialis.

§. 1. Mirum est unde Hesychius arripuerit Ἄβεις ἔχεις, quod alii verbum latinum esse putant, alii nomen. Graecorum verborum unum duo prima literaturae elementa ante terminationem habet βλάβω obsoletum illud unoque vetere exemplo βλάβεται testatum. Epsilon duo acceperunt σέβω et φέβω Choerobosc. Cram. II. 137, 18. totidem altera iota longum θλίβω et τρίβω, nam λίβω et στίβω ex dittographia orta; nec plura ypsilon θρύβω (omiss. in Th.) Michael. Ephes. in Arist. de Memor. p. 130. a. et κρύβω v. ad Phryn.

---

55) Pro σίαι πτῆσαι Hes. non solum πτύσαι ut Salmasius jubet, sed etiam σίσαι scribendum videtur synonymon verbi ψύσαι ut σίττα ψίττα et ψύττα.

56) De hoc controversiam movet Ellendtius meus, in Lex. Soph. T. II. 976. *Hesychii,* inquit, *locum* Ψείρει φθείρει *satis bene emendavit Wakefieldus* ψεῖ ῥεῖ φθίνει· *scribendum autem* ψῇ.

317. Ceterae vocales se non sistunt. Diphthongorum unam admittit Choeroboscus Dict. III. 17. et 98. Cram. II. 203. EM. 454, 5. *τὰ εἰς βῶ λήγοντα ἐνὶ φωνήεντι παραλήγεται πλὴν τοῦ ἀμείβω, στείβω, εἴβω, λείβω.* In *βῶ* non purum exeunt *ῥέμβω, στέμβω, ἀτέμβω, φέρβω, στίλβω* triaque ab Hesychio asservata *Κάμβω παύομαι* pro *κάμπτω* positum alicubi intellectu eo quo considentes *κάμπτειν κῶλα* vel *γυῖα* dicuntur v. Hermann. ad Hec. 1052. alterum (post *Τελώρως*) *Τέλβεσθαι μεμψιμοιρεῖν ἐπικαλεῖν*, tertiumque *Ἀθέλβει διηθεῖ*, quod et *ἀθέλγω* scribitur eoque proxime accedit ad verbum *ἀμέλγειν*, quicum communem obtinet significationem sugendi colandique id est liquoris exprimendi. Cum *τέλβεσθαι* concinit *ἀτέμβειν ὅπερ οἱ νεώτεροι οὐκ ἐπὶ τοῦ στερίσκεσθαι ἤκουσαν ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μέμφεσθαι* Sch. Apoll. II. 56. sed antiquior significatio tribuitur paragogo *ἀπὸ τοῦ ἀτῶ* EM. Apud Hesychium *Ἐθάμβη ἐξεπλάγη*, unde Buttmannus II. 195. verbum *θάμβω* exsculpebat, vel *ἐθάμβει* scribendum est vel *ἐθάμβησε* vel *ἐθαμβήθη*, nec minus convenit aoristus doricus *ἐθάβη*. Nam ut a *δάω* (*δαίω*) profectum est *Ἐκδάβη ἐξεκαύθη*, sic a *θάω* (*θάπω, τάφω*) duci potuit *ἐθάβη*.

Adnotamentum. Labialis non omnibus hisce verbis nativa est; nam *θλίβω* manifesto ex *θλάω* ortum, *θρύβω* ex *θραύω, τρίβω* sic ut *τείρω* tero trivi cum *τιτρῶ* et *τρύω* cohaeret; *Τρύειν κατατρίβειν* et *Τρυπᾶν τρίβειν* Hes. Latinique *ξέω* (*ξάω*) mutarunt in scabo, *ὀρούω* Pamphylii in *ὀρούβω* Eust. 1654, 20. Ita credibile fit *στείβω* unde *στοιβή* ut culcita a calco, cum verbo *στῆναι* eo cognationis nodo contineri quo germanica *stehen* sive antique *stan, stapfen, stampfen στουμπίζειν, stopfen στουμπώνειν* stipare, neque dispari ratione conjuncta sunt *βαίνειν βατεῖν πατεῖν. Στέμβειν* veteres quidem interpretantur *κινεῖν*, adjectiva *ἀστεμφής, ἀστέμβακτος* i. q. *ἀκίνητος* a *στρέφω* composita dicentes Sch. Theocr. XIII. 36. Cram. I. 16. cui sententiae aliquantum momenti accedit ab epitheto *ἀστεμφὴς ποδάγρη* Anth. VI. 296. nam idem est *ποδοστράβη*. Sed ex eo quod *στέμβειν* pro *ὑβρίζειν, στεμβάζειν* pro *λοιδορεῖν* dici tradunt, quem intellectum *στόβος* et *ἐπιστοβεῖν* habent, alia subnascitur

conjectura a *στείβειν* natum esse *στέμβειν* proculcare, proterere et *ἀστεμφής* cum alpha pleonastico copulatum ut *ἀστεροπή* proprie significare *στιπτόν* inculcatum, spissum, compactum, denique firmum et immobile ut *στιβαρός* et *stipulum apud veteres firmum dicebatur* Fest. [1]). Pro beta autem quam facilis sit aspiratae successio cognoscitur ex synonymis *στόβος* et *στόμφος*, *στέμφυλα* et *στούππια*, sic enim posteriores appellarunt fraces v. Moschopul. in Agapet. in Fabric. Bibl. Gr. T. XII. 306. Neque conditio mutatur si quis *ἀστεμφής* sic accipiat ut *ἀστυφέλικτος* cum alpha privativo junctum. *Σέβω* unde *σεμνός* derivatum est ut ab *ἔρεβος ἐρεβεννός ἐρεμνός*, Wyttenbachius ad Plut. de Aud. poet. p. 278. ad *σεύω σοβέω* refert, cujus propago est *σοβαρός* eadem significatione qua *σεμνός*. Verbum *ἀμείβω* notum est per *ευ* scriptum esse, *Ἀμεύσασθαι περαιώσασθαι*, *Παραμεῦσαι παρελθεῖν* Hes. etc. [2]) quorum principium Coraes in imperativis novellae Graecitatis *ἄμε* (age) et *ἄμετε* (agite) sibi agnoscere videtur ad Isocr. p. 277. ad Plut. T. V. 407. sed potius in latino *meo*, *migro*, *muto*, *mutuus* *μοῖτος* delitescit. Vicissitudo significationum, quas Latini diversitate declinationis distinxerunt *fugare* et *fugere*, apud Graecos diversis notata est consonis; nam *φέβω* (*φέβομαι*) factitivum est, *φεύγω* neutrale — *ὁ δὲ Ἀρίσταρχος σεσημείωται ὅτι φόβος ἐπὶ τῆς φυγῆς* (Lehrs. Arist. p. 89.). Utroque antiquius forsitan fuerit *φάω παιφάσσω* motum trepidum significans, unde *φάψ* et *φάσσα* columba, quae prae ceteris *τρήρων* id est trepida vocatur; a *φέβω* *φοβή* coma vibrissans, alias *σοβή* dicta a *σεύω* ut vibrissae pilinarium qui spiritu moventur [3]). Sed duobus *λείβω* et *κρύβω* consona mutabilis quidem inest

1) Unde Huschkius *(Verfass. des Serv. Tull.* p. 133.) cognoverit vocalem primam hujus vocabuli longam esse non video; ex verbo *stipo* non sequitur.

2) Pro *Ἐξημεῦσαι ἀποκινῆσαι* scribendum est *ἐξήμευσαι ἀποκεκίνησαι*. Praesens *ἀμεύω* non extat nec simplex nec compositum. *Διαμέσιας ἐξαλλάκτης* jam Hemsterhusius ad *ἀμέω* revocavit.

3) Coraes ad Isocr. p. 61. *φέω* prius dictum esse quam *φεύγω* *φέβω* colligit ex eo quod hodie *στρεύγω* dicunt pro *στερῶ*, *τελευγῶ* [illegible]*λῶ* et similiter *κλέγω*, *πτέγω*, *καύγω* pro *κλαίω* etc.

(*λειμών*, *κρύφω*) nec tamen ut demonstrari possit nativam non esse. Eorum, quae terminationem non puram habent, unum *ῥέμβω* cum *στρέφω* et significatione congruit et forma, recteque Schol. Il. XIV. 413. nomini *στρόμβος* apponit tanquam synonymum *ῥόμβος* turbo, cui simillima rota magica *ῥύμβος* nuncupatur et *στρόφαλος* v. Boisson. ad Marin. p. 122. Quodsi *στρέφω* et *ῥέμβω* ab ultima stirpe *στρέω* torqueo repetimus, cujus vestigia ostendit *στόρνη* strophium et *στρεύγω* v. C. III. §. 1. literam *μ* interpositam dicamus necesse est, qua ratione nonnulli *ἀτέμβω* ex *ἀτέω* extitisse suspicantur. *Στίλβω* nescio an aliquid commercii habeat cum *στίλη* stilla, *στιλπνὴ ἔέρση* Hom. *lucida gutta* Ovid. Fast. IV, 522. *σταλαγεῖν μαρμαρύσσειν* Hes. — *Φέρβω* procul dubio pro *φέρω* receptum est, unde *φέρμα τὸ γέννημα* Sch. Aesch. Suppl. 693. *φέρσαι τὸ γεννῆσαι* Sch. Eur. Phoenn. 802. ubi Valckenarius *φέρψαι* corrigit contra regulam. Nam verba hujusmodi non declinantur ultra imperfectum nisi literam beta praecedit diphthongus *ει* ut *λείβω λείψω ἔλειψα* Macrob. de differ. verb. p. 724. *εἰφθῇ εἴβηται* Hes. *κατασταῖψαι* Sophocl. etc. sed *ἀτεμβόμενος* solum praesens habere animadvertit Sch. Apoll. II. 56. cetera imperfectum non excedere docet Herodianus in libro de Aclitis Cram. IV. 338. II. 412. Choerobosc. Epim. p. 62. et 498. quare *σεσημείωται τὸ ἐσέφθη παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ Πλάτωνι* et *ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες ἐῤῥέμφθην* p. 17. et 498. *Ῥεμφθῆναι* tamen Hesychius alicubi legit idemque *Σέψασθαι σεφθῆναι θαυμάσαι*. Sed plerumque haec tempora formantur a *σεβίζειν* et *σεβάζειν*.

§. 2. In puris secundae classis praeter ionicum *τράπω* alpha non reperio sed saepissime epsilon *ἕπω*, *ἐνέπω*, *βλέπω*, *δρέπω*, *λέπω*, *πρέπω*, *ῥέπω*, *σκέπω*, *τρέπω*. Nam Hesychii glossa *Κλέπει πορεύεται* (*πονηρεύεται*?) *ἐπιθυμεῖ ἐξαπατᾶται* quo pertineat, ex parte tantum perspicitur ex Sch. Od. XXII. *ἐπίκλοπος ὀρεκτικός*, *κλέπτειν γὰρ τὸ ἐπιθυμεῖν* (*τῶν ἀλλοτρίων*) et ex latino *clepere*. Eta duo habent *σήπω* et *Θήπει ψεύδεται*, *Θήπων κολακεύων θαυμάζων*, unde *τέθηπα* pendet. Iota unum et id soli Hesychio testatum *Σκίπει νύσσει*, *Κνιπεῖν* (*κνίπειν*) *σείειν νύσσειν*, quibus paullo post accedit *σκνίπτει*, similisque est nominis discrepantia *σκίψ* et

σκνίψ, sed σκίμπτω, quod Matthiae ad Hec. 64. cum σκίπω confert, totum diversum est. Diphthongus duobus se insinuavit λείπω et ἐρείπω, quod et ἐρίπω scribitur Apollon. Synt. III. 31, 277. ἐρίψαι καταῤῥίψαι, ἐρίψιμα πτώσιμα Hes. Ceterae vocales non emergunt. Terminationis non purae sunt θάλπω, λάμπω, ἕλπω, μέλπω, ἕρπω, τέρπω, πέμπω. Hesychius adjicit Κάρπειν πλήττειν, Κάρπεσθαι καθαίρειν, quarum significationum neutra propria et primaria videtur sed potius ea quae in latino carpere et calvere id est vellere [4]) apparet; nam decerpendo et stringendo purgantur immunda, et purgandi verbum transfertur ad verberationem Ἐκάθηρε ἔτυπτε Hes.

Adnotamentum. Etiam horum verborum multa labialem extrinsecus acceperunt. Θήπω enim a θάω ortum, de quo dixi in Parall. p. 47. Βλέπω et λεύσσω γλαύσσω, quae EM. 652, 5. recte componit, antiquum λάω cognatione attingunt. Τρέπω verto, cui vicinum est στρέφω torqueo, non adeo longe distare a τρέω tero unde Τέρεσσεν ἐτόρνωσε Hes. infra faciam clarius. Ῥέπω cum ῥέω consociasse videntur Grammatici qui περιῤῥηδής interpretantur περιῤῥυείς, [5]) nam ab hoc περιῤῥεπής vix quidquam differt et inclinata labentibus et defluentibus simillima sunt, sed alii περιεῤῥιμμένος et περιῤῥαγείς reddunt, quod aeque quadrat. Λέπω a λύω profectum esse, quia liber (λέπος) de arbore delibretur sive reluatur J. Scaligeri fuit opinio, de qua existimet quod quisque velit [6]). Ad explanandum σκέπω Schneiderus

4) Hinc calvus i. q. vulsus, cavillus, cavillari et longiore ambitu calumniari a propria significatione vellendi translata ad vexationem, obtrectationem; neque alium intellectum habet carinare.

5) Parall. p. 156. ubi addam Προσκληδής καλεσάμενος Hes. in adverbium προσκλήδην mutandum esse, et apud eundem pro Ἐπικλενύσας λάθρα ἀπελθών scribi oportere ἐπεκλινήσας ut ἐκλινῆσαι et διαλινῆσαι dicitur pro διαφυγεῖν. Adverbia saepe participiis explicari ostendi in Parall. 156. et sic pro Ἐνραβώς ἐγγράψας Hes. scribendum esse patet ἐγγράφως.

6) Erotianus Ἐκλαπήσεται ἀντὶ τοῦ ἐκγλυφήσεται καὶ ἐκγεννηθήσεται. Ἀρισιοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ (n. XVII.) φήμαις οὖν ἐγώ βροτῶν ἅπαντας ἐκλαπῆναι, quae fortasse sic scribenda φήμ' οὖν ἐγω

fingit cascum quoddam *σκέω*, unde *σκευή* [7]), *σκιά*, *σκοιός*, *σκηνή* arcessit neglecta Hesychii glossa *Κέω σκέψαι*, quae tamen, ut nunc est, nullum usum praebet. Nec multum confido Buttmanni conjecturae *πρέπω* a *πέρω* repetentis Lexil. I. 19. *Ἔπω* et *ἐνέπω* tam simplici natura constant ut nihil ulterius quaeratur. *Σκνίπω* sive *σκνίπτω* cum *κνάω κνίζω* cohaeret. Jam ut ad illa veniam, quae duabus innituntur consonis, *θάλπω* cum *θαλυκρός*, *ἀλυκρός* et cum *ἀλέα* (Parall. 12. et 127. Prolegg. 345.) tantam habet significationis similitudinem ut pro cognato haberi possit. *Μέλπω* Pindarus *παρετυμολογεῖ* quum dicit *μολπὴ μελέων* Ol. X. 99. *Λάμπω* quin a *λάω λεύσσω γλαύσσω* defluxerit, non dubium habetur, nec raro in unum confluunt utrinque derivata *λαμπρός* et *λευκός* v. Jacobs. ad Anth. 559 sq. Latini verbi *carpere*, quod graeco *κάρπω* apposui, brevior forma extat *carere* id est carminare vel, ut germanice dicitur, *kardaetschen* a cardis, quibus ad eam rem utuntur lanarii. Hinc sursum euntes ad commune his omnibus deducimur primitivum *κείρω*, cui Latini addiderunt labialem ut *κρούω* crepo, *σκάλλω* scalpo et fortasse Graeci ipsi, si *κρῶβος* et *κρωβίον* sive *κρωπίον* falx sive securis recte huc referimus. *Τέρπω* Philoxenus attigit in libro de sermone Romanorum EM. 737, 20. *οἱ ἀρχαῖοι τὰ μὲν ἀηδῆ καὶ λυπηρὰ ἀπὸ τῶν ψυχρῶν ὠνόμασαν, τὸ στυγεῖν ἀπὸ τῆς Στυγὸς ἥπερ ψυχρότατον ἔχει ὕδωρ, καὶ τὸ φόβος κρυόεις· ἀπὸ δὲ τῶν θερμῶν τὴν τέρψιν θαλπωρὴν ἔλεγον καὶ τὸ τέρπεσθαι ἰαίνεσθαι* [8]). Hic ergo non

(— —) *βροτῶν* etc. *dico igitur omnes hinc progenitos esse*, hoc est ex ovo primigenio quod in Avv. 695. celebratur. Sed quid tandem est illud apud Hesychium *Λαπῆναι λαπισθῆναι*? A *λάπτω* glutio fortasse; nam *λαπίκτρια* dicitur *ἡ θέλουσα εὐωχεῖσθαι*, *λαπίζεσθαι* autem *τὸ ἀλαζονεύεσθαι*, heluationi vero conjuncta esse solet divitiarum et potentiae ostentatio et jactantia, unde est illa Cleonis in Arist. Eqq. 354. oratio *θύννεια θερμὰ καταφαγὼν — κασαλβάσω τοὺς στρατηγούς, λάβρακας καταφαγὼν Μιλησίους κλονήσω* etc.

7) Hanc qualemcunque conjecturam stabilit quodammodo nomen *σκεοθήκη* in Inscr. Corcyr. n. 1838. b. et *σκεάζειν* in Tenia n. 2344.

8) Sch. Pind. P. IX. 65. *τὰ ἀπηνῆ τοῖς ψυχροῖς παραβάλλουσι, τὰ δὲ προσηνῆ τοῖς θερμοῖς διὰ τὴν γενομένην διάχυσιν.* Hesychius *Λῦω διαχέω θερμαίνω· τὰ γὰρ προσηνῆ τοῖς θερμοῖς παρέβαλλον.*

solum τέρπω a θάλπω sed utrumque a θέρω arcessivisse videtur, unde θάρσος repeti solet. Et quam arcte haec inter se contingant apparet ex Julian. Or. VIII. 243. θαλπωρὴ καὶ τέρψις et Christod. Ecphr. 166. ἐθάλπετο χάρματι θυμός. Alii tamen diversam ingressi sunt viam: τέρπεσθαι μετάθεσίς ἐστι παρὰ τὸ τρέπεσθαι EM. 753, 39. scilicet quia ἡ ἡδονὴ ἐκτρέπει τοῦ δέοντος Sch. Il. XIV. 314. vel quod ἀπάγει τῶν λυπηρῶν Sch. Il. XIX. 513. quod quodammodo defendi potest comparatione synonymi ἐξαλλάττειν. Hoc enim Phrynichus Ecl. 363. pro τέρψαι καὶ παραγαγεῖν εἰς εὐφροσύνην dici testis est cf. Orell. Suppl. ad Nicol. Dam. p. 7. Attamen argutius videtur. Sed etiamsi τέρπω et τρέπω natura diversa sint, tamen fieri potuit ut aliquis pro τρέπω trajectis consonis diceret τέρπω, quomodo Hesychius accepit Τερπώμεθα τρεπώμεθα, et ut contraria metathesi τέρπω verteret in τρέπω id quod ab Homero saepius factum esse statuunt Scholiographi et consentit Buttmannus. Neutrius tamen rei documenta habemus indubia; nam neque Hesychii auctoritas sat gravis et homericorum locorum sententia controversa est. [9]) Alioqui pro τρέπω dici potuisse τέρπω apparet ex derivatis ἄτραπος et ἄταρπος, Ἄτροπος et Ἀταρπώ Parca Sch. Od. VII. 197. Hinc deducor ad ultimum hujus generis ἕρπω serpo et repo, et ad similem utriusque linguae discrepantiam in *rapio* ἁρπάζω, cujus primigenia forma ἅρπω colligitur ex participio ἁρπαμένη aoristis asigmatis εἷλα, εἷπα, ἤνεγκα adnumerando et ex nominibus ἅρπη hirpus et irpex v. Scalig. ad Varr. IV. 95.

§. 3. Tertiam labialium quae in exitu habent, pleraque pura sunt, duo per alpha γλάφω et γράφω, quinque per ε quae Theognostus enumerat p. 138. δέφω, στέφω, στρέφω, τρέφω, ψέφω, tacite praetervectus ἐρέφω, fortasse quia primam vocalem praepositivam esse putavit v. Diss. de Prosthesi c. II. Praesens νέφω, quod nostri Grammatici receperunt, Herodianus in libro de Conjugationibus inscripto inusitatum

9) Nimis inepte illa conjectura transfertur ad Od. VII. 279. χῶρος ἀτερπής — ὅθεν οὐκ ἦν τραπῆναι καὶ ἐκφυγεῖν et ad τερπικέραυνος ὁ τοὺς ἐναντίους τῷ κεραυνῷ τρέπων Sch. Il. VIII. 1.

fuisse docuit sed hinc fluxisse perfectum *νένοφα* Theogn. l. c. Cram. III. 395. Eust. 127, 32. Ex penetralibus literaturae Hesychius protulit *Ψέφει δέδοικε λυπεῖ φροντίζει, Καταψέφει κατασκοτίζει· ψεφὰς γὰρ τὸ σκότος, Ἄψεφής ἀφρόντιστος, ἀμελής,* [10]) quae significationes facile inter se conciliari possunt; nam *συννεφής* et *συννενοφώς* dicitur de tristi et meditabundo v. Kayser. ad Philostr. Soph. 324. — *Τὰ διὰ τοῦ ηφω διφύλλαβα δύο, τὸ μὲν διὰ τοῦ η νήφω, τὸ δὲ διὰ τῆς ει νείφω τὸ χιονίζω* Theogn. l. c. quod quum rectius *νίφω* scribatur [11]) nec satis fidei habeat Hesychii scriptura *Λειφόμενος ψηλαφήσας*, unum relinquitur illius terminationis specimen *ἀλείφω*. Praeter *νίφω* duo leguntur sed pariter dubia *γρίφω* et *κνίφω*, illud in Hippocr. Prorrh. I. 171. T. I. *ἀλγήματα πρὸς ὑποχόνδριον γριφόμενα*, pro quo veterum nonnulli, ut Galenus refert in Comm. I. 127. T. XVI. *γριπόμενα* scripserunt, codices autem Flor. et Med. *γριφώμενα* praebent, sed barytonon *γρίφω* vel *γρίπω* confirmat Hesychius *Γεγριφώς ταῖς χερσὶν ἁλοῶν*, qui aut *ἑλών* scripsisse videtur aut *ἁλῶν*, cujus forma media *Ἅλοῦνται κρατοῦνται* ab Hesychio affertur, activam Etymologi thematis loco ponunt. Quippe capiendi significationem habent *γριπεύς* piscator, *γριπίζειν* piscari et universe capere, *γρίπισμα* captura sive lucrum, *δυσγρίπιστος* Ephraem. Caesar. 3312. in Maji Nov. Script. T. III. homo tenax vel nimius in captando lucro. His jam Salmasius de Mod. Us. p. 353. contulit germanica *greifen, griepen, to gripe,* et porro apponenda videntur herciae nomina *κράφα* et *ἀγρίφη* v. Prolegg. 295. et *ἀγγρίφιον* harpago aliudve instrumentum hamatum quod Coraes Atact. I. 8. cum praepositione compositum putavit; qui-

---

10) Diversum huic *ψέφω* Theognostus p. 13, 11. interpretatur *κτυπῶ* propter *ψόφος*, puto.

11) *Νείφω διὰ τῆς ει, ἐξ οὗ νέφος, σημαίνει τὸ βρέχω· νίφω τὸ χιονίζω διὰ τοῦ ι* Sch. A. ad Il. I. 420. sed etiam hoc saepe per *ει* scribitur v. Interpr. ad Thuc. III. 23. ad Paus. VIII. 1§. 2. Jacobs. ad Anth. p. 67. idque Bekkerus Phot. Bibl. CCXXIII. 348. (212) sine codd. edidit pro *νίφω* ut Falckenburgius Nonn. Dion. XIX. 83. fortasse ex Paraphr. IV. 175. ubi *νείφων* idem significat quod *σπείρων*.

πέτω scripsit) ad explicandum θεσπέσιος. Synonyma sunt et ejusdem stirpis Θραῦσαι θρύψαι Hes. θρύπτεσθαι εἰς θραύσματα Plut. Placc. Phil. IV. 119. Νίπτω ἀπὸ τοῦ νῶ τὸ ῥέω Epim. Cram. I. 291. hoc est a νέω, quod alibi approbavi. Synonymon ῥύπτω unde ortum ceperit, a Suida comperimus Ἀποῤῥύει ἀποῤῥύπτει ἀπονίπτει, quod si verum est ῥεῖν et ῥύπτειν sic inter se juncta sunt ut fluere et luere lavare. Verbi γρύπτειν forma principalis emergit ex aoristo ἔγρυπον et ex adjectivis γρυπός ὁ ἐπικεκαμμένην τὴν ῥῖνα ἔχων· ῥυβὸν γὰρ τὸ ἐπικαμπὲς παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι ἤτοι ῥαιβόν EM. Ex tribus autem labialibus cur modo hoc inserta sit, modo illa et quae sit cujusque verbi maxime propria et quasi originalis, res omnium involutissima est. Pro θρύπτω, κρύπτω, κάμπτω posteriores substituerunt θρύβω, κρύβω, κάμβω, Romani cambio et *campso* ἀπὸ τοῦ κάμψαι Priscian. X. 52, 510. *gamba* ἡ καμπτὴ τοῦ σκέλους Veget. sed tenuis remansit in *campus*, cujus graecam originem indicat Hesychius: κάμπος ἱπποδρόμος Σικελοί, ubi aut ἱππόδρομος scribendum aut potius καμπός id est eques, qui equum gyros variare cogit, a κάμπτειν flectere unde *flexumines* appellati sunt.[31]) lidem Romani λάπτω mutarunt in lambo, κύπτω in cubo, alias servata tenui clepo, repo, apo apiscor id est ἐφάπτομαι contingo assequor v. ad Aj. p. 313. eademque remanet in graeco ἀπάτη v. Prolegg. 370. sed aspiratae cedit in reduplicato ἤπαφον (ut ἤκαχον) et ἄφαρ ἀπὸ τοῦ ἅπτω Sch. Od. II. 169. Nec solum systoechas mutant sed etiam gutturalem substituunt πέπτω coquo, τρέπω torqueo (trapetum= torcular) λείβω liquo (limpidus liquidus) λείπω linquo, ἕπω ἐνέπω, ἕπομαι sequor, inseco, inquam v. Santen. ad Terent. Maur. p. 226. φλίβω fligo.[32]) Et hujus modi antithesis in graeco sermone exempla sunt Μάρψαι συλλαβεῖν et Βράξαι συλλαβεῖν δακεῖν καταπιεῖν, Βρακεῖν συνιέναι (animo com-

31) Ἀκαμπιόδρομοι οἱ εὐθεῖς (δρόμοι) καμποὶ δὲ ἐν οἷς ἀπεδέδειχτο καμπὴ ἣν περιέθεον Hes.

32) Ninguo fortasse a νίζω ut stinguo a στίζω. Sin a νίφω, id [illegible] mutatae in gutturalem aspiratae exemplum; plerumque mutatur: scribo, glubo, sorbeo; interdum tenuis: carpo, sculpo.

prehendere) *Βρακείς* (ut *δρακείς*) *συνείς* et cum hyperbato, quod paullo ante notavi, *Δυσβράκανον*[33]) et *Δυσβάρκανον δυσκατανόητον*, quibus omnibus communis est notio comprehendendi sive id manu fit, sive ore, sive animo, quomodo *γρικεῖν* sive *γρυκεῖν* dicitur pro intelligere v. Ducang. traductum a propria significatione capiendi, quae in *γριπεῖν* residet, ad intelligentiam ut *συναρπάζειν* et *συλλαβεῖν*. Ex eodem genere transgressionis sunt *Στύψαι στυγνάσαι*[34]) *Συνστύψαι σκυθρωπάσαι, Συνέστυβεν συνεσκυθρώπακε frontem contraxit*, et nomina *ὄπτιλος ὄκταλλος* oculus, *δρέπανον Δρέπανον Δράκανον* et alia in Parall. 124. Nonnunquam *πτ* et *σσ* commutantur *πέπτω πέσσω, ἐνίπτω ἐνίσσω, κόπτειν* et *Κοττεῖν* (*κόττειν*) *τύπτειν* Hes. quibuscum cohaerent *κόσσος, ὄτοβος, κότταβος*, quatere.

CAP. III.

De verbis quorum character est gutturalis.

§. 1. Huic operis parti praestruam tanquam fastigium illustre definitionem Herodiani *π. Μον.* 22. *οὐδὲν εἰς γω καθαρὸν δισύλλαβον πρὸ τέλους ἔχον δίχρονον συνεσταλμένον βαρύνεται· σημειῶδες ἄρα τὸ ἄγω*, quo edicto excluduntur *τάγω τὸ τείνω* Sch. Lips. ad Il. I. 591. *τράγω, θίγω* aliaque hujus moduli, quae compendiorum scriptores fabricati sunt. Idem praecipit sed angustius Arcadius 151, 5. sic ut in cod. Havn. scriptum est *τὰ εἰς γω τῷ α παραληγόμενα ὑπερδισύλλαβα περισπᾶται, σμαραγῶ, πλαταγῶ, λαλαγῶ καὶ καθόλου τὰ ἔχοντα τὸ α, ἀργῶ, παταγῶ.*[1]) *Τὸ δὲ ἄγω*

33) *Βράκανον τὸ λάχανον* videtur latinum brassica, *Βράσκη κράμβη, Κράμβη ῥάφανος καὶ ἕτερα λάχανα* Hes.

34) Idem Hesychius *Συνεστυφωμένοι συνεσκυθρωπακότες* et *Στύξαι συναγαγεῖν*, quod proprie de sapore styptico dicitur sed translatum est ad animi contractionem; *στύξαι καὶ γελάσαι* joca atque seria agere Anth. IX. 186.

1) Disyllabum opus est *σπαργῶ* vel simile. In Schol. Od. II. 67. *ἀπὸ τοῦ ἄγω γίνεται τὸ ἄγαμαι* scribi oportet *ἀπὸ τοῦ ἀγῶ* (*ἀγῶμαι*) quod Arcadius *καταπλήγομαι* interpretatur. Hinc est substantivum *ἄγημα* Suet. Gramm. c. III. ubi *ἄγασμα* corrigunt.

βαρύνεται. Idem p. 152. *τὰ εἰς γω φύσει μακρᾷ παραληγόμενα τρώγω, φάγω, τμήγω* etc. pro secundo non *φεύγω* scribere potuit ut in cod. legitur sed vel *φρύγω* vel *φύγω.* Trisyllabum *φάγομαι* Byzantii magistri una cum *ἔδομαι, πίομαι* inter futura *σεσημειωμένα* referunt. Regula autem non solum de hac terminatione valet sed in universum nulla sunt verba quae alpha breve in penultima pura habent antecedente et succedente consona simplici, perpauca crassioris structurae *βλάβω, γράφω, φθάνω,* nam plerumque assumitur consona auxiliaris *δάκνω, ἅπτω.* Ac ne longum quidem alpha reperitur; nam pro *ἄγω* frango receptum est *ἄγνυμι* et postea *κατάσσω.* Trisyllaba *ἀράγειν* et *σαλάγειν* vitio contacta esse monui in Prolegg. 304. Creber vero secundae vocalis usus *λέγω, στέγω, φλέγω, ψέγω* et syllabae prostheticae accessu aucta *ἀλέγω, ὀρέγω.* His quae sunt in confinio posita, producuntur ab Herodiano l. c. p. 45. et Theognosto p. 138. *θήγω, λήγω, τμήγω, ἀρήγω,* quibus Arcadius p. 151. addit *κεκλήγω καὶ πεπλήγω ἀπὸ τῶν παρακειμένων γεγονότα.* Nemo illorum novit *σμήγω τὸ καθαίρω,* quod Epimeristes Cram. II. 393. et Grammaticus de Quant. p. 319. [2]) ex novitia consuetudine arripuit pro *σμήχω,* neque *πήγω,* quod Passovius recepit propter *ἐνεπήγετο* Aesop. Fab. CXLIX. Schaeferus autem rectius ad *ἐνεπάγομαι* refert; nam *ἐμπήγω,* quo nunc Graeci utuntur, ne Du Cangius quidem recepit; pro *παραπλῆγον ἐκπλῆττον* Hes. Vossius literarum ordinem sequens scribendum censet *παραπλῆττον.* In *ιγω* unum *πνίγω,* nam *λίγω τὸ ὑμνῶ* EM. 565, 9. ficticium est, semibarbarum *σμίγω* quod codices Herodoti I. 127. VI. 14. VII. 40. offerunt et Grammatici, quos nominavi in Parall. 414. iota longum habere pronunciant Herodiano, ut arbitror, assensi nullum esse hujusmodi verbum brachyparalecton; quin etiam Apollinaris imperativo *θῖγε* pro trochaeo usus est *θῖγ' ὀρέων καὶ καπνὸν ἄδην σκοτοειδέα τεύξεις* Psalm. CXLIII. 13. pro verbis Psalmodi *ἅψαι τῶν ὀρέων καὶ καπνισθήσονται.* Quae

2) Quod hic addit *σεσημείωται θίγω τὸ πλησιάζω, κανθήριον θίγῃ τοῦ ὄρους λιθοβολεῖται,* sumsit ex Exod. XIX. 13. *κᾂν θηρίον — λιθο-* [illegible]*ται.*

iota excipit vocalis, ab hac terminatione segregata est Heraclidae canone regio quem postmodo praedicabo C. V. §. 1. In *υγω* unum est quod altius radices egit *φρύγω* frigo. Pseudoherodianus quidem affert *νύγω ἔννγον* Cram. III. 268. et huic succurrit Hesychius *Νύγει τῷ κέντρῳ πλήττει*, quod colorem sanum habet ut *φρύγω φρύττω*, sed testatum non est. Idem et Theognostus II. 24, 20. *τρύγει ξηραίνει* et *Ἔτρυγεν ἐξηράνθη ἐπὶ λίμνης*, quod mire congruit cum Nicandri verbis *τρύγη δ' ἐνὶ πυθμένι λίμνης* hoc est *ξηρασία* Ther. 368. ubi Schneiderus suspicatur olim scriptum fuisse *ἐτρύγη δ' ἐνὶ πυθμένι λίμνη*; Arcadius p. 81. *τρυγητός τὸ τρυγόμενον* haud dubie *τρυγώμενον* scripsit; nam p. 151. nulla proponit nisi perispomena *τρυγῶ* et *στυγῶ*, et Hesychius non *Στύγει στρέφεται* scripsisse videtur, sed *στρεύγει* vel *στυγεῖ ἀποστρέφεται*. *Ψύγω* seculis citerioribus obrepsit. — *Δύο εἰσὶν εἰς ωγω δισύλλαβα βαρύτονα τρώγω καὶ σμώγω* EM. 721, 30. Cram. I. 390. quorum postremum Theognosto l. c. reddendum pro *τμώγω*, nisi is *φώγω* posuit, quo Epicharmus usus est pro *φώγνυμι*. *Ἀνώγω* praetermittitur ut trisyllabum nec nativum sed ab *ἄνω* productum ut *ἀνάσσω* Eust. 1784, 40. Diphthongi characterem praecedunt complures *οἴγω*, *στρεύγω*, *φεύγω*, *ἐρεύγω* et *ἐπείγω*, quod Arcadio pro *σπείρω* retribuendum p. 152, 3. ubi de trisyllabis agitur; consonae vero nullae nisi liquidae et eae modo post epsilon et iota, *Γέλγει βαπτίζει χρωματίζει* Hes. quod ne cum *τέγγει* commutemus retinemur sequente *Γέλγη βάμματα*, tum *ἀμέλγω*, *ἀμέργω*, *στέργω*, *ἔργω* sive *εἴργω*, *τέγγω*, *φέγγω*, *φθέγγομαι*, *σφίγγω*, *μίσγω*, quod unum esse literae sigma mediam antecedentis exemplum adnotat Herodianus l. c. p. 22. Suspectum vero est *τέργω* v. Prolegg. 516. Alias vocales liquidae praemissas non reperio praeter infinitivos *σπάρξαι*, quod in H. Hom. legitur pro *σπαργανῶσαι*, et ignorabile *Ψόγξαι ἀκοῦσαι* Hes. Nam *ὁμόργω* Eustathius p. 1151, 8. inusitatum esse dicit; item *κλάγγω* perinde ut *λίγγω* p. 1119, 60. neque obstat latinum *clango*, quod proxime ex themate expressum ut frango, tango, pango etc. v. Diss. IV. §. 2. not. 5. *τάγγω* ranceo Schneiderus ostendit quam parum firmitudinis habeat.

Adnotamentum. In hoc numero plura sunt quae gamma in progressu formationis accepere, ac certissime quidem *τμήγω*, cujus elementa sunt *τμ*, quae dirimuntur in *τέμ—νω*, cohaerescunt vero ante longam vocalem *τμῆσις* ut *κάμνω* et *κέκμηκα* etc. *Θήγω* a *θέω θοός* natum esse Buttmannus censuit Lexil. II. 65. et multis seculis ante eum EM. 450, 17. probatque nominum *ὀξύς* et *ὠκύς*, *acutus* et *acupedius* vicinia formae et significationis. *Σμώγω* si recte se habet, certe primitivum habet *σμάω* ut *σμήχω*, *σμώχω*, cujus metaschematismus recentior videtur *σμώγω* ut *σμήγω*, *ψύγω*. *Φώγειν* veteres ad *φάω φαύω τὸ καίω* referunt, unde *φῶδες* et *φαύσιγγες τὰ ἀποκαύματα* v. Eust. 962, 42. hisque Vossius in Etym. adjungit latina focus, focillo, fomes, favilla, Favonius. *Σπάρξαι* illud homericum non ultra *σπεῖρα* sive *σπεῖρον* deduci potest (*σπειροῦν σπαργανοῦν* Eust. ad. Dion. 1153.) sed quod Hesychius indagavit *σπάρξαι σπαράξαι*, a puro *σπάω* profectum. [3]) *Φλέγω* flagro fulgo (fulgeo) cognatum videtur cum *φλεύω* aduro et *Φλασμός τῦφος* Hes. nec ita longo intervallo separatum a *φέγγω*, sic ut *βή* vox ovium et *βληχή* balatus, *πετάννυμι πατάνη* et *πλατύς* latus, *πλάστιγξ* lanx, [4]) *ὀλοφυγδών* et *φλυκτίς ὀλοφλυκτίς* nulla re magis differunt quam literae liquidae accessu et recessu; nec desunt adeo qui *φλύω*, unde *φλυκτίς* natum putatur v. Sch. Il. XXI. 361. EM. 796. et *φύω*, unde *φοά ἐξάνθημα* Hes. propinqua cognatione conjuncta dicant forte conspirante He-

3) *Σπαργῶσα σπαραττομένη* Timaeus in Lex. *Σφαραγεῦντο διετείνοντο ἐσπαράσσοντο* Schol. Od. IX. 390. uterque ex etymo interpretatus; proprie enim illa verba significant *σφυγμόν* sive pulsum et palpitationem arteriarum, quae ex spasmo sive tentigine existere solet, sed vulgo dicuntur de mammis et uberibus lacte distentis et turgentibus. Primitivi loco pono *σπᾶν*, unde *σπαργᾶν* ductum videtur, quod Pollux I. 230. cum *ὀργᾶν* conjungit tanquam synonymon. Simpliciorem formam refert *Σφριαί ὀργαί* Hes. expletam *σφριγᾶν* id est turgere *ἀκμάζειν*, quod nos dicimus *strotzen*. Ejusdem significationis sed primitivo propius est *Σφυδῶν· ἰσχυρός εὔρωστος* et *Διασφυδῶσαι αὐξῆσαι ἀπὸ τοῦ σφύζειν.*

4) Lanx quae in mensa apponitur, *πατάνη* nominatur, lanx librae *πλάστιγξ*, utrumque a latitudine, *παρὰ τὸ πλατεῖα εἶναι, πλάστιγξ δὲ ἡ μάστιξ παρὰ τὸ πλήσσειν* EM.

sychio Ἐπέφλυσε βλαστῆσαι ἐποίησε. Τρώγω παράγωγόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ τρῶ EM. 770, 40. cui Lexicographi nostri credere non abnuerunt, quia τρωκτά, τρωγάλια et τραγήματα proprie vocantur bellaria quae rodimus et conterimus. [5]) Ex Hesychii glossa Ψιῆναι ψέξαι Schneiderus cogere volebat ψέγω quoque gamma non nativum habere. Ἐρεύγειν nonnunquam idem valet quod ἐξερᾷν et Hesiodi verbum βιότοιο ἐρεύμενος Moschopulus interpretatur ἐρευγόμενος sed aliam, ut Hermanno videtur, sequutus scripturam v. ad Buttmann. p. 102. De verborum φεύγω et φέβομαι cognatione et ortu supra dixi. Παρὰ τὸ φῶ τὸ λάμπω γίνεται φέγγω καὶ φθέγγω EM. neque fide abhorret homerico φάω, cui φαίνω substitutum est, affine esse thematicum φάω quod in φημί transiit. Φρύγω torreo nescio an cum τρύγω illo componi possit quod ad θέρω referri solet. Ζεῦγος παρὰ τὸ ζεύγω ὡς τεύχω τεῦχος EM. 409, 48. sed consideratior Schol. Soph. v. 24. ζεύγω ἄχρηστον, ζεύγνυμι δὲ ἐν χρήσει, quod numerali δύο annexum videtur sicut Boeoti δυγόν dixerunt pro ζυγόν. Nec sine usu fuerit conferre Δυοχοῖ πωματίζει Hes. et ζύγαστρον operculum capsae ipsaque capsa παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι. Δύσγω ἀποδύω Hes. unde natum sit ante oculos est. His igitur verbis gutturalem non innatam sed insertam esse aut certum aut non improbabile est. Fit etiam ut gutturales et inter se permutentur et cum antistoechis; ἀρήγειν et cum verbis ἀρκεῖν, ἀλαλκεῖν et cum nomine obliterato ἄρος, quod Eustathius ὄφελος interpretatur, aliquid similitudinis habet; τέγγω tinguo ut Hermannus statuit Opusc. II. 221. cum τήκω, quod a neutrali tabeo ita prope abest ut tabes non aptius reddi possit quam τηκεδών. Pro ἀθέλδω percolo in EM. et Anecd. Bekk. Meinekius in Fragm. Com. II. 830. ἀθέλβω scribendum censet, quod Hesychius interpretatur διηθῶ eodem loco afferens Ἀθέλγειν ἀμέλγειν, quorum verborum propinquitatem prius declaravi.

5) Τρώγειν οὐ τὸ ἐσθίειν ἀλλὰ τὸ τραγήματα ἐσθίειν Anecd. Bekk. 114. Hinc derivatum τρώγλη idem significat quod τρῆμα, τρήμη, τρώμη, τρυμαλιά. Eustath. 1532, 8. ἐκ τοῦ τρῶ ὠνοματοπεποιημένου γέγονε τὸ τρώγω καὶ τρύω καὶ τρύχω. In Callim. Dian. 113. διχοστασίη τρώγει γένος Schol. exponit τρύχει atterit.

Nec diversa sunt *ἀμέργω* v. Bernhardy ad Dion. p. 590. et *ὀμόργνυμι*. His enim omnibus una subest actio mulcendi et stringendi, prout usus venerit, remissior intentiorve. Itaque ubera mulgentur (*ἀμέλγονται*) frondes stringuntur (*ἀμέργονται*) cf. Wernick. ad Tryph. p. 305. [6]) Eodemque vergit *θέλγειν* delinire, debilitare v. Nitzsch. ad Odyss. X. 213. Quo minus mirum Hippocratis interpretes verbum *ἀθέλγεσθαι* modo per *θηλάζεσθαι* sive *ἐκθλίβεσθαι* explicare, modo per *παρίεσθαι* et *ἐκλύεσθαι*, quo etiam latinum exsugere transfertur, neque disconvenit Phavorini interpretamentum *διηθεῖσθαι*. *Σφίγγω*, quod Schol. Il. XVII. 372. cum *σφήν* confert, pressius accedit ad *σφήξ* et *σφηκῶσαι*, *Ἐσφηκωμένος ἐσφιγμένος* Sch. Il. XVII. 52. Hes. Phot. *σφήκωμα τὸ ἐσφιγμένον* Phryn. App. 64. *σφιγκτῆρι σφηκώσατο* Nonn. XXV. 505. nec improbabile illud *φιμὸς ἀπὸ τοῦ σφίγγω* EM. 795, 20. *σφήν* autem cum *σχίζω* findo componendum videtur. *Στρεύγεσθαι* non ex *στραγγεύεσθαι* ut Eustathius ait p. 1441, 60. contractum sed ex *στρέφεσθαι* natum est, quo EM. illud declaravit, proprieque significat vertere sese et circumagere, tum tergiversari et cessare, id quod latine dicitur *strigare*; *στραγγεύεσθαι* vero a nomine verbali *στράγξ*, hoc a *στρέγγω στρέφω* derivatum; Didymus in Schol. Apoll. IV. 1058. *στρευγόμενος καταπονούμενος ἢ προσδιατρίβων· ὅθεν καὶ στράγξ ἡ κατὰ βραχὺ πρόεσις τοῦ ὕδατος — καὶ ἡ στραγγουρία* id est lotium substillum sive urina *tortuosa* ut Plinius vocat. [7]) Hinc vero nata verba paragoga *στραγγίζειν*, quod Hesychius exponit *πιέζειν*, et *στραγγεύομαι πιέζομαι* Sch. Arist. Nubb. 132. atque nomina *στραγγάλη*, germanicum *Strang*, Galen. de Comp. sec. Locc. II. 571. T. XII. *στραγγαλία ἡ συστροφή*, *στραγγαλίζειν συστρέφειν* Hes. *ἀστράγαλος* verticillus *ὡς*

6) In Leonidae Epigr. XCV. in Meinek. Del. p. 135. *χωρίης λειμώνιον ἄνθος ἀμέρσας τύμβον στεφέτω* Scaliger recte scribit *ἀμέρξας*. Sed in Agamestoris versu, quo vulgatam defendit Iacobsius ad Anth. P. p. 353. *πῦρ Ἀχιλλέα χείλεος ἀπάμερσε* (privavit) nullo modo ferri posset *ἀπάμερξε*.

7) *ἡ κατὰ στράγγα οὔρησις* Galen. Definn. Med. p. 425. T. XIX. cui similis menstruornm *στραγγὴ κάθαρσις* Soran. de Muliebr. p. 213. et 267.

οἷον ἀστράβαλος ἐναλλαγῇ τοῦ β Eust. 1289, 52. Labialis redit in στραβός et ἀστραπή retento alpha quod a στράφω manavit. Verbi στρεύγεσθαι formam exiliorem magisque primitivam oblivioni exemit Sch. Od. XII. 351. ubi vulgato στρεύγεσθαι (κατὰ στράγγα ἐκρεῦσαι) in cod. Harl. adscriptum est γράφεται στρέγγεσθαι, cui persimile est nomen στλεγγίς [8]) sive στελγίς strigil et verbum stringere, quod Varro LL. VI. 10, 79. a στραγγαλίσαι repetit; stringere autem et στρέφειν, quantumvis natura discrepent, tamen effectu conveniunt; nam et volvendo, constringimus laxa solutaque et ductim premendo, id quod e vocabulis perspicitur germanicis *anziehn* et *straffmachen*. Quemadmodum vero a στρέφω provenerunt στρόφος, στρόβος, στρόβιλος, sic a στρέγγω adjectivum στρογγύλος συνεστραμμένος, στρόφιον στρογγύλη ζώνη Hes. Et haec consonae finalis mobilitas suspicionem praebet prima verbi elementa fuisse στρ vel τρ vocali versatili. Nam στόρνη cingulum, cujus synonyma sunt στρόβος et στρόφιον, secundum analogiam ad στέρω referri debet et τόρνος ad τέρω, unde τέρετρον terebra; quae quum rotando perforet, facilis hinc patet aditus ad verbum τρῆσαι et τορεῖν. Non alia ratio est latinorum tores et torques (στρεπτός) torqueo, torcular [9]) quod etiam trapetum dicitur et graece τροπήιον a τρέπω, cujus verbi magna est cum στρέφω societas. De his neminem fore arbitror qui nobiscum magnopere dissentiat. Num vero etiam στύφω huic familiae inserere licebit? Obversantur quum maxime adjectiva στρυφνός, στριφνός et στιφρός. [10]) Choeroboscus Cram. II.

8) Στλαγγίς scriptum est in Schol. Plat. p. 324. ed. Bekk. στεργίδες in omnibus codd. Artemid. I. 64.

9) Στρύμοξ ξύλον ἐν ταῖς ληνοῖς πρὸς τὴν τῶν στιφυλῶν ἔκθλιψιν Hes. hoc est prelum sive tignum quo cochlea torcularis adducitur. Hodie pressuram στρίμωμα vocant, premere στριμώνειν et στύφειν i. q. στρύφειν, quod pro στρέφειν successit.

10) Quartum addit Hesychius Στυφρόν στερέμνιον, quintum Στυμνός σκληρός Arcadius, et στυφελός huc refertur ab Eustathio 845, 60. ubi στυφελίζειν interpretatur τὸ στρυφνῶς ἢ ἐστυμμένως ἐλίσσειν, cui consentiens EM. 732, 12. στυφελίζειν contendit cum στροφαλίζειν, nec tamen omittit utrumque ad στύφος sive στύπος referri posse. Vinum austerum et crucium στυγὸν στυφελή vocatur Anth. IX. 561.

258. EM. 730, 23. *στριφνόν τὸ σφιγκτὸν καὶ στερεόν διὰ τοῦ ῑ· παρὰ τὸ στύφω γέγονε τὸ στρυφνός πλεονασμῷ καὶ στριφνός κατὰ τροπήν* et graviore auctore usus Eustathius 1913, 44. *τὸ στρυφνός ἐκ τοῦ στύφω παρ' Ἡρωδιανῷ καὶ μεταθέσει στριφνός.* Hic in trivio versamur etymologiae. *Στιφρός* et *στριφνός* idem esse declarat Moeris eo quod hoc minus atticum esse judicat; nec video cur Jacobsius adversus eat ad Philostr. p. 604. nam utrumque de corporibus spissis compactisque dici constat. *Στιφρός* autem Arcadius *συνεστραμμένος* interpretatur.. Haec igitur conjecturam ad *στρέφω* inclinant. Sed animum distinet vicinia adjectivorum *στιπτός* et *στιβαρός*, quibus eadem vis, origo diversa est. Utrinque vero Photius sejungit *στρυφνός* his verbis *στιφρόν τὸ πεπηγός, στρυφνόν δὲ πρὸς τὴν γεῦσιν* hoc est de sapore aspero dici; quo ad etymon longe diversum *στύφω* revocamur;[11]) namque *αὐστηρὸν τὸ στῦφον καλεῖται, τὸ στρυφνὸν δὲ ἐπιτεταμένον ἐστὶν αὐστηρόν* Galen. de Meth. Cur. IV. 7. p. 298. T. X. Pro Herodiani tamen sententia afferri potest quod antea dixi, *στρέφω* a constringendi significatione non multum abesse et eandem habere *στύφω*, nam *τὰ στύφοντα συνάγει καὶ σφίγγει* Galen. de Simpl. I. 161. T. XII.[12]) quodque apud Romanos *pressus, strictus, adductus* fere tantumdem valent, quia corpora laxa, ut modo dicebam, nunc torquendo comprimimus, nunc manu presse superinducta aliove onere imposito. Denique concedo fieri posse ut *στρέφω, στύφω, στρυφνός, στριφνός* ab uno quodam themate profecta sint, cujus similitudo apparet in gothico *treihan* (drehen) nec procul abest a graecis *στερεός, στερέμνιος, στέριφος* id est adstrictus. Haec veri similia videri possunt; illud autem pro

11) *Στρυφνόν τὸ ῡ μακρόν ἀπὸ τοῦ στύφω, τῶν ἄλλων τῶν εἰς νος μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου συνεσταλμένον ἐχόντων τὸ δίχρονον* Draco p. 83. quod si verum est, *στριφνός* brevem penultimam habet. *Στιφρότης* in Timoclis versibus T. III. 607. a longa orditur.

12) Schol. Nic. Th. 892. *τὰ μύρτα στύφα ἐστὶ καὶ τῇ στυφότητι δεσμεῖ καὶ φιμοῖ τὸν λαιμόν. Στυφότης* pro *στρυφνότης* scriptum est in cod. Nemes. de Nat. Hom. IX. 196. *Στιφρός* et *στρυφνός* concertant in codd. Aristot. H. Ann. II. 17. p. 508, 32. *στιφρός* et *στριφνός* Probl. VIII. p. 387, 20. et saepe alibi v. Jacobs. ad Philostr. p. 263.

certo sumamus licet στρέφω et στρεύγω leni soni inclinatione res neque easdem neque valde dissimiles significare. Neque secus est sententia de λήγειν desinere et λέγειν sedare, unde compositum καταλέγειν quasi factitivum est verbi κεῖσθαι. Sed σμήχω et σμώχω, ψήχω et ψώχω si quid inter se differunt, id subtilius est quam quod a nobis perspici possit. Nunc dicam de altera gutturalium.

§. 2. In ακω exeuntia si qua protulit prisca aetas, ea omnia ad oblivionem reciderunt: ἄκω (ἀκαχμένος) δάκω, μάκω, πτάκω, nec solum trilitera, ut sic dicam, sed etiam δράκω, ἀμπλάκω. Πλάκω, unde Schol. Theocr. VII. 18. adjectivum πλακερός declinatum dicit, aut doricae dialecto proprium est ut τράφω etc. aut pro ficto habendum; alii quidem illo loco πλοκερός scribunt. Verbi διάκω unde Buttmannus Lexil. I. 218. διάκονος et διάκτορος nata putat, nec pes nec vola apparet. Ergo jure Theognostus p. 139. verborum in κω desinentium enumerationem orditur ab iis quae ε in penultima habent: πλέκω, τέκω, κρέκω, δέκω, quo omisso Arcadius p. 152. addit πέκω et sic ille fortasse scripserat pro thematico τέκω. Quanquam ne πέκω quidem in praesenti invenitur. Ἔκω et ἀέκω etymologice ficta sunt. Hyperdisyllaborum, quae Arcadius adjicit p. 152.[13]) unum ὀλέκω paragoge productum, alterum ἐρέκω τὸ σχίζω nullo teste firmatum, tertium ἐνέκω utut congruens derivatis ἐνήνοχα et ἠνεκής[14]) tamen ficti simile est; nam Κατενέκουσι ἔρχονται Hes. vel ob hanc causam in suspicione ponimus quod καταφέρειν non ita ut καταίρειν et κατάγειν dici solet pro κατέρχεσθαι. Ἁλέκω, quod Critici in Anth. effinxerunt, et illi ignotum fuit et si EM. cognitum habuisset, ab hoc potissimum ἀλέξω ortum putasset, non ab ἄλκω ἄλξω p. 59, 17. Sed revisam ad Theognostum: τὰ εἰς ηκω σπάνια, τήκω, δήκω ἐξ οὗ τὸ δαγκάνω, ἥκω ὅπερ ἐν τοῖς παθητι-

13) Eadem pagina l. 25. pro σαλκῶ scribendum est φαλκῶ, unde Ἐμφαλκωμένος περιπεπλεγμένος Suid.

14) Ἀίνεξις, ἐπένεξις, εἰσένεξις, προένεξις Anecd. Bekk. 743. 756. apud posteriores modo leguntur et ea saepe per γξ scripta.

κοῖς διὰ τοῦ ῑ γράφεται, omisso novitio στήκω Herodian. Epim. 129. et thematico λήκω, a quo Schol. Il. XV. 25. aoristum λάκε et Schol. Aesch. Sept. 169. paragogum λακάζω, Eustathius 1263, 4. participium λεληκώς repetit sed ipsum inusitatum dicit, et omnino non reperitur nisi epenthesi auctum λάσκω aut alio deflexum ληκῶ. Ac ne δήκω quidem, quod Schneidewinus (*Beitr. zur Kritik der Lyr.* 104.) Hipponacti restituit, alios auctores habet quam Grammaticos, Arcadium, Herodianum Epim. p. 20. Sch. Od. I. 351. et EM. 260, 56. v. ad Buttm. 142. In ικω unum est ἵκω, nam ἵκω non aspiratum unde nonnulli προΐξ, προΐκτης et καταπροίξομαι compositum putant, evanuit; δίκω ab Herodiano positum l. c. unde δίσκος id est jaculus manavit v. Sch. Eur. Phoenn. 640. ut a πέκω πέσκος, tantummodo ex aoristo ἔδικον relucescit. Πίκειν ξαίνειν Hes. scriptura modo differt a πείκειν, nec fide dignum Νίκειν λικμᾶν, et adjunctum huic nomen Νίκλον λίκνον. De homerico κρίκε dixi in Parall. 408. Δόκω Grammatici ponunt ad explicandum δόξω EM. Cram. II. 88. In υκω unum novimus βρύκω, nam ἐρύκω idem est atque ἐρύω cum epenthesi, μύκω hypotacticum, cujusmodi etiam Τύκω ἑτοιμάζω Hes. esse videtur ut Ἀποθυκεῖν ἀποτυγχάνειν, quod H. Stephanus reposuit pro ἀποθύκειν. In ωκω paritur unum Ῥώκομαι ὀργίζομαι Hes. quod a βρύκομαι specie modo differre apparet ex sequentibus Ῥωκῶσα βρύκουσά τοὺς ὀδόντας et Ῥώχειν βρύχειν τοῖς ὀδοῦσι. Diphthongorum duas fert haec terminatio ει et ευ. Nam quod Phavorinus affert Διαφαίκειν διαφαίνειν, sumtum est ex Hesychii loco dubio Διαφαίκωσι διαφαίνειν (sic). Arcadius affert p. 152. πείκω et δείκω τὸ δεικνύω, quorum illud non alibi legitur quam apud poetas epicos, alterius auctor nullus. Sed constat εἴκω ἐκ τοῦ παρεπομένου τὸ θέλω EM. 297, 10. hoc est ab illo ἔκω, unde plerique participiale ἑκών derivatum putant Arcad. 176. Sch. Hesiod. Scut. 354. velificante Sophocle Oed. C. 172. εἴκοντες ἃ δεῖ κοὐκ ἄκοντες, nec dubitanter Apollonius de Pron. p. 73. τὸ ἑκών δασύνεται κἂν ἀπὸ τοῦ εἴκω ἐσχηματισμένον ᾖ. Quo sumto εἴκω epsilon sic ut πείκω magis nativum habet quam iota, quod in

aeolica forma *Γῖξαι χωρῆσαι* Hes. praevalet.[15]) At homonymi verbi, unde *ἵκελος* extitit, primitiva forma videtur *ἴκω* iota brevi, cui corroborando modo sigma adhibitum est *ἴσκω* id est *εἰκάζω*, modo epsilon *εἴκω* ut *θέσκελος*, *θείκελος*. Hunc ad numerum accedunt trisyllaba *ἐρείκω* frendo, quod cum *ῥήγνυμι* frango comparatur nec minus cum *ἐρέχθω*[16]) et *ἐνείκω*, cujus unicum quod Buttmannus ex Hesiodo affert exemplum *συνενείκεται*, Goettlingius adversus Hermannum tuetur auctoritate Grammatici in EM. *τὸ ἐνείκω βοιώτιον*. Duorum vero, quae Matthiae subjecit, unum *ἐνείκῃ* prorsus inutile ad probandum, alterum *ἐνεικέμεν* Il. XIX. 194.[17]) paullo aptius est; id enim ne aoristo priori adscribamus terminatio prohibet; nam *οἰσέμεν* certe formam secundi sequitur, quodque Sch. Il. XXIII. 663. dicit *ἀξέμεν παρὰ τὸ ἄξαι*, non eam vim habet ut illud aliter accipiamus atque *ἄξετε*. Si quis autem *ἐνεικέμεν* infinitivum aoristi secundi dixerit, adversantem sibi habebit Eustathium, qui *ἐνεγκεῖν* dici affirmat neque vero *ἐνεικεῖν* p. 1145, 62. ac profecto quod unicum erat contrarium exemplum *ἐνείκοι* Il. XVIII. 147. nunc scribitur *ἐνείκαι*. Quamobrem nisi illo loco *ἐνεγκέμεν* substituimus, quod in libris aliquam multis legitur, manebit *ἐνείκω* inconcussum, neque aliunde expediri potest bajulorum nomen *προὔνεικος* Eust. 983, 48. de quo disserui in Aglaoph. 1325. nam ut ab aoristo *ἐνεῖκαι* ducatur Choerobosco Cram. II. 251. non concedimus v. Dissert. XIV. Verbum diphthongo *ευ* praefinitum cognovimus unum idque parum accurate· *Λεύκει φροντίζει* Hes. cui simile *ἐνδυκές* et *ἐνδυκέως* a Grammaticis exponitur *ἐπιμελῶς* Sch. Nic. Th. 261. Sch. Apoll. I. 883.

---

15) Herodianus ap. Stephanum s. *Οἶκος* et Choeroboscus Gaisf. T. III. 77. *οἶκος παρὰ τὸ εἴκω τὸ χωρῶ*, cujus ex sententia *οἶκος* proprie significat *χῶρον* et verbum *εἴκειν* idem quod *χωρεῖν* id est cedere, locum dare, ut Soph. Phil. 463. *ἐὰν θεὸς πλοῦν ἡμιν εἴκῃ* Schol. explicat *συγχωρῇ*. Et nos dicimus *einräumen* pro concedere.

16) Schol. Il. XIII. 441. *ἐρεικόμενος σχιζόμενος ῥησσόμενος, ὅθεν ἐρειγμός καὶ ἐρεικτόν*. Schol. Oppian. I. 714. *ἐρείκω διφθόγγως· ἀνεφάνη γὰρ τὸ ε ἐν τῷ ἐρέχθω*.

17) Schol. Vict. l. c. *ἐνεικέμεν ὡς λαβέμεν παρὰ τὴν ἐνεικών μετοχὴν καὶ ῥῆμα τὸ ἐνείκω*.

ipsumque a *κῆδος* repetitur Sch. Od. VII. 256. inepte quidem sed tamen ut pateat inter *δεύκειν* et *φροντίζειν*, *ἐπιμελεῖσθαι* aliquid intercedere commercii. *Λεύκω*, de quo EM. 260, 56. *δείκω* (*δεικνύω*) *ἐκ τοῦ δεύκω τὸ βλέπω τροπῇ τοῦ* $\overline{v}$ *εἰς τὸ* $\overline{\iota}$, Grammatici excogitasse videntur ad explicandum adjectivum *ἀδευκές*, quod alii pro *ἀγλευκές* accipiunt, alii pro *ἀφανές παρὰ τὸ δεύκω* id est *δείκω*, vel pro *ἀδόκητον ἐκ τοῦ δέκω* Sch. Od. IV. 489. VI. 273. Eust. 1506, 3. quorum nihil satis tutum est. *Δεικνύειν* cum *τίκτειν* cognatum esse nonnulli colligunt ex similitudine germanicorum *zeigen* et *zeugen*, quibus pondusculum adjicit Hesychius *Τῖξον δεῖξον*. Consonas kappa nullas sibi antecedere patitur nisi liquidas, ac ne has quidem sine aliquo delectu; lambda uni *ἕλκω* inhaeret, namque *φέλκω* Buttmannus fabricatus est ad expediendam adjectivi *φολκός* originem Lexil. I. 246. litera $\overline{\mu}$ re ipsa excluditur, neque $\overline{\nu}$ apparet nisi in *ῥέγκω* et quibusdam perreconditis: *Καγκομένη ξηρὰ τῷ φόβῳ* et *Λάγκει ἐῴκει* Hes. *Κένκει* (sic) *πεινᾷ* Phot. quorum primo Albertius *καγκαινομένη* substituit, nec tamen incredibile est quosdam pro *καίω* dixisse *κάγκω* ut *πολυκαγκής πολύξηρος* EM. alterum vix commemorassem nisi animo obversaretur *ἐναλίγκιος*, quod jam pridem miraculo fuit, et germanicum *leikan* (gleichen) v. Proll. 142. Tertio Schleusnerus apponit non minus nebulosum *κερχνεῖ πίνει*, mihi occurrebat proverbium *κίγκλου πτωχότερος*, quia mendicus et famelicus eodem loco sunt. Nec facile quis expediet Hesychii locos *Ἐπιζύγκουσα ἐπικλείουσα μύουσα*, *Ἐπιζυγκλεῖν ἐπισκαρδαμύττειν ἐπιστένειν ἐπικατακλᾶν*, *Ζυγκλεῖ μύει*, *ὁρμᾷ*, *σκυθρωπάζει*, quarum interpretationum pleraeque cum *Ζικνῶσαι σκυθρωπάσαι* et *στυγνάσαι* conveniunt. Sed haec missa facio. *Ἀλάλκω* subjunctivum esse jam veteres perspexerunt v. Schol. Il. IX. 605. quare in Quinti loco, quem attuli ad Buttm. VII. 267. *οὔπω δήια ἔργα οἶδας ἅ τ' ἀνθρώποισιν ἀλάλκουσιν κακὸν ἦμαρ* · reponendum est homericum *ἀλέξουσιν*. Liquidarum quarta in uno residet *δέρκομαι*. In $\overline{\sigma\kappa\omega}$ plurima excidunt, quorum pars maxima a puris orta per epenthesin *βάω βάσκω* (vado) *φάσκω*, *κατακικλάσκω*, *τρύσκω*, *ἐνδιδύσκω*, *τιτρώσκω* etc. v. ad Buttm. 60., alia ab obsoletis ducta *χάσκω*, *θνήσκω*,

πιπίσκω, βόσκω. Nonnullis vero kappa nativum est, a *δέκομαι δειδίσκομαι,* quod Homerus pro *δεξιοῦσθαι,* inferiores pro *δεικνύναι* usurpant, a *τυκεῖν* (*τεύχειν, τυχεῖν*) *τιτύσκομαι,* [18]) quibus simile videtur *λακεῖν λάσκειν* sive *βλάσκειν τὸ λέγειν* Hes. [19]) nisi libet utroque ponere antiquius *λάε,* quod idem interpretatur *ἐψόφησε, ἐφθέγγετο.* Sunt etiam quae dentalem stirpi insitam in sigma verterint *κλώθω — κλώσκω, βάζω — βάσκω τὸ λέγω, ἐπιβιβάζω — ἐπιβιβάσκω, εἴδω — ἴσκω,* cujus sigma Herodianus ad Il. XVI. 41. ex futuro *εἴσω* influxisse censet; qua via hodie non utimur sed olim trita fuit: *βάσκω παρὰ τὸ βῶ βήσομαι* EM. 190, 40. *ῥύσκομαι* [20]) *ἀπὸ τοῦ ῥύσω μέλλοντος ὡς θνήσω θνήσκω πλεονασμῷ* Eust. 1373, 35. De *ἴσκε,* si pro *ἔλεγε* valet, dubitatur utrum *κ* acceperit pro *π* *ἴσπε* (*ἔνισπε*) an Graeci opinandi et dicendi hoc est cogitandi et cogitata eloquendi notiones una percusserint forma, sicut *opinari de aliquo* pro loqui Sueton. Octav. LXVII. hodieque ut Coraes ait Atact. T. II. 116. *λέγω* et *εἶπω* pro *puto* dicitur, ac jam Lucianus in Lucio §. 23. et 56. haec verba ad tacitas asini sui meditationes transfert *ἄξιον θανάτου εἰπών, φανεῖσθαι λέγων,* sicut Theocritus I. 50. de vulpecula loquens *τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνήσειν φατί,* neque hoc solum sed vulgo quoque *φάσκειν* pro *οἴεσθαι* usurpatur, denique Nonnus XLII. 315. *δόλῳ δόλον ἄλλον ἐπέφραδε* dixit pro *ἐπεφράσατο,* verbumque *autumo* ambiguae esse potestatis Gellius docet XV. 3. qua in re nescio an etiam verborum *λέγω* et *ἀλέγω* ratio habenda sit, quorum alterum *λόγον ἐνδιάθετον* significat, alterum *προφορικόν*; eodemque *εἴρω* et *reor* non incommode trahemus. Eorum quae Hesychius promit, unum *Μίσκει ἄρ-*

---

18) *Λύσιν καμάτοιο τιτύσκων* Maxim. v. 278. *ἔργα τιτυσκόμεναι* i. q. *τεύχουσαι* Quint. VI. 155.

19) Eustath. 1208, 40. *τὸ λακεῖν οὐδέποτε ἐπὶ ἀνθρωπίνης κυριολεκτεῖται φωνῆς, εἰ μὴ παρὰ τοῖς τραγικοῖς.*

20) Hoc solo nititur imperfecto *ῥύσκευ,* quod Thierschius Gramm. §. 210. p. 341. minus apte cum paragogo *ζωννύσκετο* componit. Si illud a *ῥύομαι* declinatum est, unum sibi simile habet *μνάσκετο* Od. XX. 294. sed idem pro *ῥῦτο* (*ἔρυτο*) accipi potest ut *δύσκε.*

χει, pro desperato relinquendum; alterum Ἐνθύσκει ἐντυγχάνει ad τυχεῖν referendum videtur, pro quo alicubi θυκεῖν dictum esse indicium praebet supra allatum ἀποθυκεῖν, eodemque conspirant Συνθύξει συναντήσει et Τύσσει ἱκετεύει, sicut ἄντεσθαι et ἀντιβολεῖν obviam eundi et supplicandi significationes complectitur. Diphthongos huic terminationi denegat Herodianus ad Il. XI. 799. et EM. 272, 12. ἴσκοντες Ἀρίσταρχος διὰ τῆς ει, ἐπεὶ ἐν ἑτέροις ἡ διαίρεσις ὁρᾶται ἴσκω. Ἀλεξίων δὲ διὰ τοῦ ι μόνον συνεσταλμένου· κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι τὸ μὴ δύνασθαι τὰ διὰ τοῦ σκω ἔχειν δίφθογγον ἐκφωνουμένην ὅτι μὴ τὴν διὰ τοῦ υ πιφαύσκω. Ὁ δὲ λόγος παραιτεῖται τὴν αἰολίδα διάλεκτον διὰ τὸ μιμναίσκω καὶ θναίσκω. Suidas Λαίω — διδάσκω ἀποβολῇ τοῦ ι, ἐπειδὴ τὰ εἰς σκω κοινολεκτούμενα οὐ θέλουσι δίφθογγον ἔχειν, quare etiam πιφαύσκω omittitur in Epim. Cram. I. 151. epicis quidem tragicisque minime insuetum sed communi tamen usui exemtum v. Muetzell. de Theog. 220. Vocalium longarum priorem duo habent vulgo recepta θνήσκω et μιμνήσκω,[21]) praetereaque θρήσκω νοῶ et ῥήσκω λέγω, quae Photius et Hes. suppeditant, poeticumque κικλήσκω et novitia ἐκβλήσκω, ἐπιβλήσκω. In ωσκω octo κλώσκω i. q. κλώθω Hes. ῥώσκω in uno Hippocratis loco,[22]) φώσκω διαφώσκω et ἐπιφώσκω, quae interdum per αυ scribuntur v. Inttp. ad Herod. III. 86. reduplicatum γιγνώσκω et quae ex synaeresi orta sunt βρώσκω sive βιβρώσκω, θρώσκω, τρώσκω ab eodem principio unde verba perforandi τρῆσαι et τορεῖν.[23]) Inusitata sunt πλώσκω ἀπὸ τοῦ πλώω Epim. I. 343. quod fortasse ipse aliter scripsit πλώζω, et πτώσκω unde Eustathius 484, 2. πτωσκάζω repetit ut ab ἀλύσκω

---

21) Ὑπομνήσκω Orph. H. 77, 6. sed in Anacr. Fr. LXIX. pro ὅστις μνήσκεται εὐφροσύνης corrigendum est μνήσεται (sic in proecdosi scripsi; Bergkio in Poett. Lyr. n. 94. μήσεται placuit) pro μιμνήσκομαι Nonn. XVI. 159. μιμήσομαι.

22) De Cord. p. 485. T. I. ὅπως ἡ καρδία θάλληται (πάλληται?) ῥωσκομένως.

23) Ἐκτιτρώσκειν fortasse proprie significat ἐκ τρώμης sive τρύμης ἐκβάλλειν ut ἐκτρυπᾶν τὸ ἐκ τρύπης ἐξελθεῖν.

ἀλύσκάζω. Vocales ancipites ante hanc terminationem mensuram ab ea, quam primitiva habent, non diversam habere modo accentus declarat *βάσκε*, *φάσκε*, modo dialectus *ἀποδιδρήσκω*,[24]) modo utrumque *πρᾶσις*, *πιπρήσκω*, cujus primitivum *περάω* vocalem brevem habet sed producitur contractione ut in *πράσσω*. Idemque causae fuit cur suppressa vocali brevi, quae in *μολεῖν*, *τορεῖν*, *θορεῖν* et *vorare* apparet, succederet longa *βλώσκω*, *τιτρώσκω* etc.

Adnotamentum. Jam anticipata ob certas causas magna parte eorum, quae de insitione consonae characteristicae dicenda habebam, pauca restant. *Κρέκω* et *κρόκη* nemo dubitat quin verbo *κρούω* adhaereant, ex quo denominata sunt instrumenta telae et musicae *κερκίς*[25]) *κρόταλον*, *κρούπαλον*, *κρέμβαλον*, crepitaculum. *Δέρκω* (*ἐκδέρκω* libri nonnulli Il. XXIII. 447.) Apollonius de Adv. 519. repetit a *δράω τὸ βλέπω*, unde *Δρατοί οἱ ὀφθαλμοί* EM. *ὑποδρώμενος ὑφορώμενος* Orion 157, 7. *ὑποδρασία ὑποψία* Hes. adverbiumque *ὑπόδρα* expers consonae quam *ὑποδράξ* cum verbo *δρακεῖν* partitur.[26]) Qua ratione autem *δρακεῖν* cum *δράω* connexum est, eadem *δακεῖν* et *δάπτειν* copulatur cum *δάω δαίω τὸ μερίζω* Eust. 857, 54. et *καταπτακεῖν* cum *πτάω* sive *πτέω*, unde *καταπτήτην* pro *κατεπτηξάτην*, et porro *ἁπλακεῖν* cum *πλάω*, cujus vestigia infra demonstrabo. Praesens utriusque aoristi si quis secundum analogiam quaerat, non aptius inveniet quam *πτήκω* et *πλήκω* sed recepta sunt *πτήσσω* et *πλήσσω*. Kappa discretivum nonnunquam in aspiratam vertitur *δέκομαι δέχομαι*, *Ῥέγκει ἀττικῶς ῥέγχει ἑλληνικῶς*, *Βρύκειν ἀττικῶς βρύχειν ἑλληνικῶς* Moer. qui sine dubio non ignoravit mordere et frendere etsi natura conjuncta et effectu paria sint tamen non omnibus locis com-

24) Simplici uti videtur Schol. Il. XI. 799. *εἴσω εἴσκω ὡς μεθύσω μεθύσκω*, *δράσω δράσκω*, unde derivatum est *δρασκάζω* ut *λάσκω λασκάζω*.

25) *Κερκίδος κρόιοι* Lycophr. 277. *σπαθίοις πηνίσματα κρούειν* Anth. VI. 283. *Κρέκοντα κερκίζοντα*, *Κρεγμός κροῦσις* Hes.

26) Hujus tamen adverbii consona finalis ad formationem pertinere potest ut *γόνυ γνύξ*, *ἄντα ὑπαντάξ*, *σύρω ὑράξ*, *περί πέριξ*, *κουρά κουρίξ*.

mutari posse cf. Ellendt. Lex. Soph. I. 323. Et τεῦξαι τετυκεῖν τυχεῖν ab eodem principio orsa in exitu discrepant. Alias asciscit consonam expletivam, vel ν *δάκνω*, vel τ *τίκτω*, *πέκτω* pecto et ex graeco *πλέκω* plecto et plico v. Parall. 103., sed homonymum plectere, quod in passivo dici solet, Vossium recte ad *πλήγω* referre existimo. Sigma characteri antepositum veteres a futuro sumtum putant kappa per pleonasmum addito, sed eodem jure contendi poterit *θνήσκω* et alia id genus sigma pleonasticum habere et kappa a perfecto derivatum ad modum praesentium syracusanorum *πέφυκω* etc. aut etiam utramque literam impositiciam esse ut πτ in *δύπτω*, σϑ in *βιβάσϑω*, exceptis iis quae kappa nativum habere constat ut *δείκνυμι* et *δειδίσκομαι*, quanquam hujus quoque etymon vocale indicare videtur Sch. Od. VI. 242. *τὸ δέατο ἀντὶ τοῦ ἐδόκει ἀπὸ τοῦ δέω δεύω.* [27]) Hoc ut sumeret adduxit eum adjectivi *ἀδευκές* interpretatio vulgaris *ἀδόκητος*. Nobis satis est *δέω*, cui proximum ponimus *δέκω* manum protendo vel ad *δεῖξιν*, vel ad *δεξίωσιν*, vel ad *δέξιν*, unde translata sunt *δόξα*, cujus significationi homericum *δέατο* quasi prolusit, et *προσδοκία*. *Δεδίσκομαι* vero, quod plerumque *δεδίσσομαι* scribitur [28]) veri similius est a *δίομαι* extitisse. Ἔΐσκω sive ἴσκω significationis causa magis ad εἴκω (εἰκάζω) inclinat; nec tamen improbamus Schol. Od. XIX. 203. ἴσκε *ἀπὸ τοῦ εἴδω*. Nam si a capite arcessimus, *εἴσασϑαι*, *ἐοικέναι*, ἶσος, ἴκελος sive εἴκελος et quod J. Scaliger huic comparat *aequus*, quaeque hinc manarunt syntheta *ἀεικής*, *ἀειδής*, *ἀϊδνός*, *ἀείδελος*, *ἀΐδηλος*, tam simili inter se sunt colore ut unius etymi temperamenta videantur kappa et delta alternantibus. [29]) Trope vocalium

---

27) Hic in memoriam incurrunt obscurissimae Hesychii glossae *Μεταδεῦσαν μετάνοιαν*, *Μεταδήα μεταμελέτη*. Numne fuit *Μεταδεῦσαν μετανοῆσαν* (ut *μεταδόξαν* et *μεταμέλον*) *Μεταδηΐα μεταμέλεια*?

28) *Δεδίσκομαι* Arist. Lys. 564. Maltby, quia alibi non legitur, in *δεδίσσομαι* mutat; in H. H. in Merc. 163. a Criticis illatum est, nec legitur Stob. Ecl. Ph. I. 12. unde Heindorfius profert ad Plat. Phaedr. p. 245. B.

29) *Σφαίρη ἐείδομαι* pro *ἔοικα* Anth. XIV. 58. *ἰκτὸν τὸ ἐοικός* Theogn. 15, 32. ἶσος *τινὲς διὰ τῆς* ει *ἀντὶ τοῦ ὅμοιος ἐπεὶ καὶ εἰσάμενος*

partim ad significationem pertinet *μακών, ἔμυκον, μηκᾶσθαι*, miccire, qua de enallage infra dicam, partim ad vocem modo: *δύο θέματά εἰσιν ἥκω καὶ ἵκω σεσιγημένον δέ* scil. *τοῖς κοινοῖς* Sch. Od. V. 194. [30]) Verum haec mutabilitas nulla re una magis cognoscitur quum ex verbo obliterato, cujus varias species producit Hesychius omnibusque significationes reputandi, noscendi observandique et cavendi subjicit *Θράσκειν ἀναμιμνήσκειν, Θρήσκω νοῶ, Θρώσκω γνώμα* (sic) *Καλλίστρατος ἀντὶ τοῦ αἰσθάνομαι* [31]) et nomina *Θρέσκη ἡ πάντα εὐλαβουμένη, Θρῆσκος* (*θρησκός*) *εὐσεβής*, quorum illi verbum *θρέσκω* praestructum fuisse ostenditur aoristo *Ἔθρέξατο ἐφυλάξατο ἐσεβάσθη*, ut a similibus oriuntur futura et aoristi *βλώσκω ἔβλωξα, ἀλύξω, διδάξω* et *ἰλάξομαι.* [32]) Ab altero derivatum est *θρησκεία* religio hoc est proprie iterata lectio vel, ut Cicero ait, reputatio et observatio praecipue eorum quae ad cultum deorum pertinent uno nomine *εὐσέβεια* et *θρησκεία.* [33]) Thema si poscitur, ad grammaticam rationem nihil interest utrum *θέρω* ponatur an *θρέω*, nam illius vestigia manent in *θέραψ θεραπεία*, quod a *θρησκεία* perpaullum distat; alterius formae notitiam habuit Scholiographus Eur. Med. 51. qui *θρεομένη* exponit *συννοου-*

ἀντὶ τοῦ ὁμοιωθείς Sch. Il. XXIII. 132. Pro *ἀειδής* id est *ἀϊδνός* sive *ἀόρατος* Aratus posuit *ἀεικής*, quod vulgo deformis significat — *οὐκ ἀεικὴς ἀλλὰ φαεινός* v. 586.

30) *Πῖδαξ παρὰ τὸ πηδᾶν ὡς ἥκω ἵκω* EM. 671, 9. Schaeferus ad Demosth. T. I. 278. not. suspicatur *ἥκω* ex verbi *ἵημι* perfecto obsoleto *ἧκα* (*εἷκα*) reflexum esse, nec dissentit Matthiae p. 593.

31) Quod addit *τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ ὁρῶσαι κατὰ τὸ πληθυντικόν*, suspicionem affert scripturae ancipitis *ΘΡΩΣΚΟΥΣΑΙ*, quod Callistratus pro dativo accipiebat *θρωσκούσᾳ γνώμᾳ*, alii pro nominativo pluralis *θρώσκουσαι γνῶμα* vel *γνώμᾳ*.

32) Hoc ignoravit Choeroboscus Gaisf. II. 489, 26. Cram. I. 103. EM. 231, 40. *τὰ διὰ τοῦ σκω ἄκλιτα ἀπὸ παρακειμένου πλὴν δύο θνήξω καὶ ἀλύξω· τὸ γὰρ διδάξω ἀπὸ τοῦ διδάχω ὡς δῆλον ἐκ του ὀνόματος διδαχή ὡς στεναχή, ἰαχή.*

33) Ciceronis originationem confirmant graeca verba legendi *ἀναγινώσκειν, ἀνανέμειν, ἀναλέξασθαι*, quae omnia habent significationem recognoscendi et reputandi; *Ἀνελέγετο ἀνεπόλει* Suid. ipsumque *intelligere* a legendo.

μένη falso quidem sed tamen ut verbi θρέω fidem faciat; et magis etiam Hesychius Ἐνθρεῖν φυλάσσειν, cui Ruhnkenius ad Hes. Theog. 903. correctione mparum probabilem nec porro necessariam adhibet ἐνωρεῖν nemini lectum. His nescio an adjungi possit Τερθρεύειν τηρεῖν σκοπεῖν Hes. quod reduplicati simile videtur et Τερθρεία γοητεία ἢ περιπάθεια Tim. Lex. hoc est superstitio religioni, ut Cicero eodem loco declarat, vicina; postremo ab eodem θρέω producta suspicor Θραινομένη προορῶσα, quod ex serie literarum substitutum est pro θραννομένη, et Θρώσσει φοβεῖται hoc est reveretur et respectat, neque est unde nomen θρωσμός commodius derivari posset, si id locum significaret unde prospectus est, quod veterum aliqui crediderunt, ut Photius θρωσμός τόπος ἀφ' οὗ (ἔστι) θορεῖν ὅ ἐστι θεάσασθαι ubi duae sententiae colligatae sunt, una probabilior ἀπὸ τοῦ θορεῖν, altera jam pridem deserta ἀπὸ τοῦ θρεῖν hoc est καθορᾷν sive θεωρεῖν ut ab aliis dicitur. Sed gradum referre oportet.

§. 3. Epim. Cram. I. 275. τὰ εἰς χω λήγοντα δισύλλαβα βαρύτονα τῷ α καθαρῷ παραληγόμενα σπάνια εἰσι, τὸ ἄχομαι καὶ μάχομαι· καὶ ταῦτα δὲ ἄχρι τοῦ παρατατικοῦ κλίνεται, cui canoni in Etym. Gud. 382, 7. Herodiani nomen subscriptum est. Nec praesto sunt trisyllaba nisi derivata ἰάχω, στενάχω. In Theognosti parapegmate p. 139. primum locum obtinent βρέχω, δέχω, ἔχω, τρέχω, λέχω, quod fictum est propter λέχος λέξασθαι. Secundum νήχω, σμήχω, τρήχω ἐξ οὗ τετρήχει δ' ἀγορή, ψήχω p. 140. quibus Arcadius p. 153. et Epimer. Cram. I. 229. II. 325. assuunt λήχω ἀφ' οὗ τὸ ἔλαχον (καὶ λάξομαι). Nec magis usitatum est βρήχω unde Ἐβεβρήχει ἐπήχει Hes. conjugatum aoristo ἔβραχε, ut ἔλαχον εἴληχα. Prorsus incomperta sunt Ἀποσήχειν ἀποδιώκειν Hes. et Ἀπόσεσχεν (sic) τοὺς ὅρμους τοῦ μετάλλου· ἀποσέξαι τὸ διασεῖσαι καὶ κινῆσαι Anecd. Bekk. 205. quorum illud cum ἀποσεύειν, alterum cum ἀποσείειν aliquatenus congruit. In ιχω EM. 516, 12. unum memorat γλίχω [34]) et alio loco 526, 7. ἀπόστειχε (ἀπόστιχε) δεύτερος ἀόριστος προστακτικός καὶ ἀπόφασθε ἀπὸ τοῦ ἐφάμην, cavere videtur ne

34) Activa forma utitur Tzetzes Chil. VII. v. 267.

quis hoc a *φῶμαι*, illud a *στίχω* deflexum putet; nec dubium quin Arcadius p. 153. *τὰ εἰς χω παραληγόμενα μακρᾷ στίχω, τύχω, ψύχω, τρύχω, λείχω, γλίχω* scripserit *στείχω, τεύχω* ut Choeroboscus Gaisf. II. 590. *Στίχουσι βαδίζουσι* Hes. a Dindorfio editum est Soph. Ant. 1129. et legitur hoc saepe in codd. Herodoti I. 9. II. 76. IX. 11. 58. et 61. saepissime in cod. Pal. Anth. quamvis repugnante metro v. Hecker. Comment. de Anth. 174 et omnino non certius videtur quam *Ἴδονται φαίνονται, Ἴρεται ἢ εἴρεται συνάπτεται, Λίπει ἀπολείπει* Hes. *Λίχων ἀντὶ τοῦ λείχων* Lex. Albertii ad V. *Λίττον.*[35]) Pro *μηχῶ τὸ οὐρῶ* Excc. Cram. T. IV. 191. scribendum est *ὀμίχω*, cujus solus extat aoristus: *τὸ ὦμιξεν ὡς ἀπὸ βαρυτόνου τοῦ ὀμίχω ἐστί* Choerobosc. Dict. II. 590. v. ad Aj. p. 180. *Ἀπὸ τοῦ κίω γίνεται κίχω βαρύτονον καὶ κιχῶ περισπώμενον καὶ κίχημι παράγωγον* EM. sed illud thema semiperfectum est aoristi *Κίξαντες ἐλθόντες, Κίξατο εὗρεν ἔλαβεν* Hes. ut *Κιχείς καταλαβών* et venire dicitur atque invenire i. e. consequi. Trium illorum, *Ἀρίχεται, Ἀρόχεται* et *Ὀριχᾶται*, quae Hesychius eodem modo interpretatnr *γλίχεται ἐπιθυμεῖ*, indubia est cum *ὀριγνᾶσθαι* societas sed correctio difficilis. *Ψίχω* ab Eustathio 1071, 5. fingitur ex nomine *φίξ* ut *στίξ ἐκ τοῦ στείχω στίχω* Sch. Lips. ad Il. III. 266. Omicron omnino in paralexi non reperitur. Nam quod Schol. Od. IV. 222. dicit *καταβρώξειε* per *ō* longum scribendum esse si significet *καταφάγῃ*, brevi vero si *καταπίῃ ἀπὸ τοῦ βρόχω*, id ad verum redigit Eustathius 1719, 57. *βρόχω θέμα ἄχρηστον τοῦ ἀναβρόξειεν, ἐξ οὗ καὶ ὁ βρόχθος καὶ βροχθίζειν*, et pro illo nunc scribitur *καταβρόξειε* quia *βιβρώσκω* futurum facit *βρώσομαι* a themate *βόρω* quod conjunctius videtur verbo mordendi *βρύκω, καταβρύκω*, altero *βρόχω* magis ad glutiendi significationem inclinante, quam Zenodotus perfecto *ἀναβέβροχε* tribuit Il. XVII. 54. id est

35) Ex eo quod Scholio Od. IV. 277. *περίστειξας περιῆλθες ἀπὸ τοῦ στίχειν* in cod. Harl. adscriptum est *Ἀρίσταρχος βραχέως*, non apparet eum praesens *στίχω* sumsisse pro usitato sed potius a *στείχω* declinatum putavit adhibita systole ut Schol. Il. XV. 704. Cram. I. 222. *κεκλιμένοι περικλειόμενοι συνέσταλται ὡς τὸ περιστίξας.*

ἀναπέπωκε [36]). In ιχω quatuor exeunt, quae Theognostus recenset: βρύχω, σμύχω, τρύχω, ψύχω et trisyllabum ὀρύχω. Nam pro Ἀμύσχεσθαι ξέειν τὰς σάρκας Hes. et quod Stephanus huic supponit ἀμύχεσθαι, praestat ἀμύσσεσθαι scribere, nihiloque tutius Τύχουσι τεύχουσι. Totidem in ωχω: ῥώχω τὸ βρύκω τοῖς ὀδοῦσι Hes. ubi βρύκω idem significat quod βρύχω, sed in Sorani c. 88. p. 206. περὶ ῥωχμοῦ καὶ βηχός verbum ῥώχοντος τοῦ παιδίου διὰ τὸ πολὺ τὸ φλέγμα συλλέγειν non stridorem dentium significat sed graviorem et sonantiorem animae meatum, qualis pituitosis esse solet, id quod germanice dicitur *roecheln* vicinum ῥόγχῳ et ῥωχμῷ sive ῥωγμῷ, nam in utroque vacillant libri Aret. Sign. Acut. I. 6. p. 9. Sign. Diut. I. 11, 103. Cetera notiora sunt σμώχω i. q. σμήχω, [37]) ψώχω τὸ τρίβω παρὰ τὸ ψῶ Sch. Arist. Ran. 493. quod ionice dicitur σώχω. Sed Μώχεται φθονεῖ Hes. pro σμύχεται dictum videtur; nam id prōprium invidentibus, ἐξ αὐτοῦ δὲ τὸ φθόνον ὑποσμύχειν εἴληπται Eust. 781, 35. Sequitur ut diphthongorum exempla proferam: τὰ εἰς χω τῇ ει διφθόγγῳ οὐ παραλήγεται πλὴν τοῦ στείχω καὶ λείχω EM. p. 253, 20. 516, 5. Cram. I. 245. et 416. totidemque ευ habent τεύχω et εὔχομαι, nisi accipimus quod Hesychius praebet Λεύχεται κοιμᾶται. Unum οι ut ab Herodiano discimus Epim. 253. τὰ διὰ τοῦ υχω διὰ τοῦ υ γράφεται πλὴν τοῦ οἴχομαι, quare pro στοίχω Theodos. p. 70, 40. στοιχῶ scribendum. Et consonantium: ἄγχω, ῥέγχω, ἐλέγχω [38]) ἄρχω, ἔρχομαι, κέρχω, σπέρχω, πάσχω, ἴσχω.

Adnotamentum. Quatuor hujus ordinis verborum νήχω, σμήχω, ψήχω, τρύχω primitiva statum tenuerunt νέω

36) In Epigr. de naufrago, quem κῆτος ἀπέβροξεν ἀχρις ἀπ' ὀμφαλίου in Meinek. Del. 134. praefero quod Plan. scripsit ἀπέβρυξε *demordit* ut μύραινα ἁλιῆας ἐμβρύξασα Nic. Ther. 824. a βρύκω ut καταβρύκω. Ac vicissim in Anth. VII. 624. θάλασσα νῆα ἔβρυξε aptius fuerit ἔβροξε glutivit.

37) Schol. Arist. Thesm. 389. et Hesych. ἐπισμήχειν ἐπιτρίβειν. σμῶξαι γὰρ τὸ πατάξαι, ἔνθεν σμώδιξ. EM. σμώνη ἡ τοῦ ἀνέμου πληγή ἀπὸ τοῦ σμῶ.

38) Κέγχει ἐπιδάκνει Hes. praetermisi cum aliis aeque ignotis.

sive *νάω*[39]) *σμάω*, *ψάω*, *τρύω*. Eustathius p. 1635, 64. addit *τρῶ τρέχω ὡς βρῶ βρέχω*, quorum prius confirmatur quadamtenus compositis *ἐντρεχής*, *κακεντρεχής*, in quibus significatio *versatilis* inest, et latino trepidare id est festinare et discurrere. Verbi *βρέω* indicium unde sumserit nescio, sed ut Philoxenus *ἀφρός* a *φρέω* Anecd. Bekk. 877, 19. sic ille *ὄμβρος* fortasse a *βρέω* (*βρύω*, *βλύω*) deductum putavit[40]) omicro vacanter addito ut *ὄβριμος* a *βρῖ*. *Γλίχομαι* et *λίπτω* ut a Grammaticis eodem verbo *ἐπιθυμῶ* explicantur, ita unum principium habent thematicum *λίω*, unde *λελίημαι*, ac ne *λείχω* quidem hinc secludere audeam in tanta convenientia adjectivorum *λίχνος* et *λιμβός*. Cum *τρῶ τρύχω* Eustathius 1277, 8. confert *σμῶ σμύχω*, quod pro *σμήχω* positum est in Anth. V. 254. *μή με μάστιξ κατασμύξῃ* pro *κατασμήξῃ*. Plerique vero distinguunt *σμύχω τὸ καίω*, *σμήχω δὲ καθαίρω* Sch. Theocr. III. 17. neque ex eodem semine nata putant sed *τοῦ σμύξαι*, *ὃ καὶ τύφεσθαι καλεῖται*, *τὸ θέμα σμύζω ἢ σμύσσω ἢ σμύγω*[41]) Sch. Il. IX. 654. Utilius foret scire quare Aristarchus Il. XII. 411. maluerit *πυρὶ σμώχοιτο* scribere quam *σμύχοιτο*, librosne sequutus an quia diversam utrique significationem tribueret. Eundem verbo *πάσχω* originem puram *πάω* assignasse et ab hoc homericum *κακὰ πολλὰ πέπασθε* derivatum putasse suspicatus sum ad Buttm. p. 25. Hinc *πάθος* proficisci potuit ut a *μάω μάθος*, et porro *παθεῖν* novitiumque *πανθάνειν* v. Coraes ad Heliod. p. 341. qui praesens *πήθω* ponit ut Herodianus Eust. 1663, 12. et Heraclides 1832, 2. uterque perfectum *πεπαθυῖα* sequuti. Et Scholiastes Aristot. p. 85. b. 42. *πηρός παρὰ τὸ πήθω πήσω*, *ὡς ἐκ τοῦ ὀκνήσω ὀκνηρός*, pro quo rectius

---

39) Haec vulgo significant fluere, manare, *νήχομαι* natare, sed interdum miscentur *Ναίειν νήχεσθαι* Hes. *προξένηχε θάλασσα* pro *προσέῤῥει* Theocr. XXI. 18. *unda natans* Manil. III. 52. *ναύπους* et *ναυσίπους* pro *νηξίπους*.

40) Gloss. Graecol. *Βροχή pluvia, Imbricitur βρέχεται.*

41) *Ὑποσμυγεῖ ἀνιᾷ* Hes. barytonum fuisse videtur; *ἐπισμυγερῶς ἀπὸ τοῦ σμύχω* Sch. Od. IV. 672.

attulisset *νάω νηρός*.[42]) Futuro *πήσω* congruens aoristus *πήσας ἀντὶ τοῦ παθών* Sch. Agam. 1624. defenditur ab Hermanno ad Nubb. 1122. alii *πταίσας* corrigunt; *Πήσασθαι μέμψασθαι* Hes. quid sit, non exputo; sed *πῆμα* nihil aliud est quam *πάθημα* Anth. V. 236. *Ταντα λέης ἀχερόντια πήματα ποινῆς* a prototheto *πάω*, quod assumto theta (*πάθω*) duplici ratione ad usum accommodari poterat vel productione vocalis *πήθω* vel interpositione consonae *πένθω*, cujus ex similitudine ficta sunt *πείσομαι* et *πέπονθα*. Verum idem *πάω* in *πήχω* produci poterat ut *σμάω σμήχω* etc. et utramque aspiratam explendis verbis puris adhibitam esse documentum praebet aeolicum *πλήχω ἀντὶ τοῦ πλήθω* Cram. I. 149. id quod etiam in declinatione nominum observatur *ὄρνιθος ὄρνιχος*. Sed pro *πήχω* Graecis collibuit *πάσχω* dicere retento alpha primitivo additoque futurae vice sigma ut *ἔχω ἴσχω*, cujus proprium futurum est *σχήσω*, *μίγω μίσγω*, *λέγω λέχος λέσχη*. Cetera quae in §. 3. exhibui consonam penitus infixam habent sed pleraque mutabilem *βρύχω βρύκω*,[43]) *ῥέγχω ῥέγκομαι* aliaque supra dicta; quo accedit variatio vocalis praecipue in onomatopoeticis *βραχεῖν*,[44]) *βραγχᾶν*, *βεβρυχέναι*,[45]) *βρυχᾶσθαι*, *βρυχανᾶσθαι βραυκανᾶσθαι* rugire, in quibus nihil firmi et solidi praeter ρ et gutturalem; ea quasi statumina vocis. *Τεύχειν* Passovius cum *τεκεῖν* cognatum putat, ut Doederlinus Synon. III. 54. parare et parere, nec minus *τεκεῖν* cum *τέκμαρ*, quod comprobat Herodianus *π. Μον.* p. 32. *τέκμωρ* literam *μῦ* insiticiam habere

---

42) Indidem est *πωρός ὁ τυφλός* Suid. *ταλαίπωρος* i. q. *τληπαθής παρὰ τὸ πωρεῖν τὸ πενθεῖν* et *πωρητύς* v. Hemsterh. ad Plut. v. 33. Bernh. ad Suid. l. c.

43) *Ὀδόντα ὀξὺν ἐπιβρύκουσα* Anth. VII. 433. *Βρύχειν τοὺς ὀδόντας οὐ τρίζειν* Thom. v. Ellendt. Lex. Soph. T. I. 323.

44) Schol. Il. XIII. 181. *βράχε ὠνοματοπεποίηκε ἀπὸ τοῦ ἤχου τῶν ὑδάτων· ἐντεῦθεν καὶ τὸ βρέχειν ὠνόμασται.* Hoc jure impugnat Buttmannus Lex. II. 121. *Βραχεῖν* de sonitu aquae Apollonius usurpavit, non Homerus.

45) *Βεβρυχέναι κατ' ὀνοματοποιΐαν ἀπὸ τοῦ βλύζειν ἢ βρύειν* [illegible] 25.

affirmans.[46]) Id mihi assensione non indignum, illud prope certum videtur verbi *τεύχω* facio formam primigeniam ostendere nomen *τέκτων* faber. Nec diversis radicibus orta duco *τεῖχος*, *τοῖχος* et paries.

CAP. IV.

De verbis dentalibus.

§. 1. Arcadius p. 155. *πᾶν εἰς δω λῆγον ἔχον τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς φωνῆεν λήγουσαν μετὰ βραχείας οὐ βαρύνεται ἀλλὰ περισπᾶται, σταφιδῶ, ὁμαδῶ· τοῦτο καὶ ἀπὸ βαρυτόνου*, ubi post *ὁμαδῶ*, quod nunquam gravatur, excidit *κελαδῶ — τὸ γὰρ κελάδων ἑτέρῳ λόγῳ βαρύνεται* Cram. I. 21. et ante *ἀπὸ* desideratur *ὡς*, caeteroqui illud a nostra causa alienum est quippe paragogum ut *κελαρύζω*. Et distinctius paullo post *τὰ εἰς δω δισύλλαβα, εἰ ἔχει τὸ α (καθαρόν) ἐν τῇ πρὸ τέλους, περισπᾶται, φραδῶ*. Unde elucet *ἄδω τὸ κορεννύω* EM. 164, 31. *ἄδω ῥῆμα δοτικῇ* (id est *ἀνδάνω*) Suid. *βάδω* Eust. 637, 5. *χάδω* 502, 11. veterum ipsorum judicio non pro usitatis habita sed more scholae conformata esse. Duo mediae formae verba affert Hesychius *Λάδομαι γνώμην τίθεμαι* et *Ἄδεται πίμπλαται κοπιᾶται*, quorum alterum penitus ignotum, alterum aut trisyllabiae nomine excusatum ut *ᾄθομαι* aut doricum est pro *ἥδεται*, quod vulgo *delectatur*, proprie autem *satiatur* significat. Etenim ab eodem verbo *ἄω* satio manant vocabula ad speciem diversa, re sibi contigua, quoniam satietas modo voluptatem affert modo taedium atque pigrorem; *ἄδος* satietas, *ἄδμα δόγμα* (placitum) Hes. *ἥδω* oblecto, *ἀδέω* defetiscor, *ἄση* taedium, *Γάσσα ἡδονή*, quibus congenerata videntur latina *fastus*, *fastidium*. In Hesychii loco *Σχαλίδες δι' ὧν σχάδουσι τὰ δίκτυα* aut *στατίζουσι* scribendum aut *σχαλιδοῦσιν*. — *Τὰ διὰ τοῦ εδω δισύλλαβα βαρύτονα ἔδω, μέδω,*

46) *Νύμφαι ἐκ Λιὸς τετυγμέναι* Alc. Fr. LXVIII. nonnulli *τετογμέναι* scribunt; *pontus fecit Dionen* i. e. peperit Pervig. Ven. v. 11. ut *φύω* et fio; *Arabia ubi absinthium fit* Plaut. *δρύες φύοντι* Theocr. VII. 75.

πέδω, σκέδω Theognost. 140. quorum unum *ἔδω* a scriptoribus medicinae ionicis retentum, *μέδω* poeticum est, thematicum *σκέδω σκεδάννυμι*, mendosum *πέδω* pro *ῥέδω τὸ πράττω*, quod usitatis *ῥέζω* et *ἔρδω* supposuerunt, vel pro *ψέδω φροντίζω* Hes. quanquam hoc quoque dubium est et quia nusquam legitur et ob similem verbi *ψέφω* interpretationem v. C. II. §. 3. — Tria quae eta habent numerat Epim. Cram. II. 325: *κήδω, μήδω, ἤδω*, quod in EM. 372, 27. deest. — Verba in *ιδω* tacite excludit Arcadii canon in principio hujus paragraphi propositus. Pro *Ἴδονται φαίνονται* Hes. scribendum *Εἴδονται* vel *ἴδωνται*, pro *Κνίδοντες κνίδῃ μαστιγοῦντες* jam alii *κνιδοῦντες* correxerunt, quodque in Cram. I. 423. et EM. 812, 32. traditur *χλίδω βαρύτονον καὶ χλιδῶ περισπώμενον*, magistri confinxisse videntur ut thema haberent praeteriti *κεχλιδώς, κεχλιδέναι*, quod ad praesens *χλιδάω* pertinet sicut *μεμυδώς* ad *μυδάω*, et illa ab Hesychio suggesta *Πεφλοιδέναι τὸν φλοιὸν ἀποβαλεῖν* ad *φλοιδάω*, *Ἔφλιδεν διέῤῥεεν ἐῤῥήγνυεν* ad *φλιδάω*, quod idem *σήπομαι* interpretatur, et *Κέχλοιδεν διείλκετο* id est diffluxit, (*ἐθρύπτετο, ἐχαυνοῦτο*) ad *χλοιδᾶν διέλκεσθαι τρυφᾶν* et *Φλυδᾶν διαχεῖσθαι*, in quibus labialis et gutturalis eundem locum occupant. *Ψίδω τὸ λυπῶ καὶ κτυπῶ* Theognost. p. 13, 11. falso scriptum pro *ψέδω*, quod et *ψέφω* dicitur. [1]) *Λίδω* apud scriptores infimae aetatis legitur non dissimile imperfecto *ἔδιδον* in H. H. v. Buttm. Gramm. I. p. 509. *ἄϊδων* pro *ἀείδων* in Inscript. boeoticis Ahrensius de dial. aeol. p. 171. defendit dialecti proprietate. *Τὸ ἐρείδω ὁ Ἀπολλώνιος λέγει ὅτι διὰ τοῦ ι γράφεται· ἀλλ' οὖν ἡ παράδοσις διὰ τῆς ει οἶδε γεγραμμένον* Choerobosc. Dict. 571. — Quae sequitur vocalis huic terminationi derogata est: *τὰ εἰς δω παραληγόμενα τῷ ο περισπᾶται σποδῶ* etc. Arc. 155. In *νδω* unum exit obsoletum fere *ὕδω τὸ λέγω* Hes. [2]) Diphthon-

1) In nominibus quae in *δων* terminata genitivum in *ωνος* mittunt, Theognostus II. 31. refert *ψίδων* v. ad Aj. p. 169. adnot.

2) Hinc et *ὕμνος* derivatum putat Proculus Phot. CCXXXIX. 522. nec multum distant *ὕθλος*, *Ὑλλεῖν λέγειν θρυλλεῖν*, *Φυλλεῖν ἀδολεσχεῖν* Hes.

gorum tres reperiuntur *αἴδομαι*, [3]) *εἴδω*, *φείδω*, *δείδω* quod a Theognosto p. 140. in hoc recensu praeteritum est, duoque trisyllaba *ἀείδω* et *ἐρείδω*; quae sola esse testatur Choeroboscus Epim. in Psalm. 123. EM. 21, 15. *εὕδω*, *σπεύδω*, *ψεύδω*. Verum *οἴδω*, quod Matthiae profert ex Hippocr. Epid. VII. 690. T. III. *ὀδύνη ἐς κρόταφον ἐγένετο— οἴδετο ἡ κεφαλὴ ὄπισθεν* revincitur illo Arcadii testimonio: *τὰ εἰς δω παραληγόμενα τῷ ο περισπᾶται, σποδῶ, οἰδῶ, ἀοιδῶ* (*ἀοιδιῶ*) nec convenit Hippocratis ad usum qui *ᾠδεε* dicere solet, ac ne aptum quidem est sententiae quae *ὠθέετο* requirere videtur sed in codd. *εἴδεται* et *ἤδεται* scriptum est pro *ἐρείδεται* fortasse. Verborum non purorum unum ab alpha orditur *ἄρδω*, ex quo Eustathius 1318, 32. *ἄλδω* extitisse censet; unde Nicander *ἐναλδόμενος* composuit; simplex non reperi nisi quod Brunckius Arist. Nubb. 283. *χθὼν καρποὺς ἀλδομένη* substituit pro *ἀρδομένη*, et Spitznerus Observ. ad Quint. p. 226. *ἄρουρα ἀλδομένη ἀνέμοισι* pro *ἀλθομένη*, crebro autem derivata *ἀλδέω*, *ἀλδαίνω*, *ἀλδήσκω* alendi significatione praedita, quam etiam verbo *ἄρδω* attributam esse Hermannus ostendit ad Arist. l. c. Pluribus epsilon inest *ἔλδω*, *μέλδω*, quae ultra imperfectum declinari negat EM. 232, 18. *τένδω*, *σπένδω*, *μέρδω*, *ἀμέρδω*, *πέρδω*, nihil vero simile doricorum *ῥέδδω*, *πλάδδω*.

Adnotamentum. Pro illa Eustathii opinione de cognatione verborum *ἄρδω* et *ἄλδω* hoc dici potest eundem fluvium modo *Ἄρδησκον* nominari modo *Ἄλδησκον* v. Bernhard. ad Dion. p. 597. *Ἄρδω* et nomen fontis *Ἀρέθουσα* Stephanus ab *ἀρῶ* (*ἄρω*) *τὸ ποτίζω* deductum dicit v. ad Buttm. p. 62. [4]) quibus *ἔρση* adjiciunt *παραλόγως δασυνόμενον* Eust. 991, 27. et Buttmannus adeo in Lexil. II. 170. fingit verbum *ἔρδω*. Koenius vero ad Greg. 220. *alo*, *ἀλδήσκω*,

3) *Φαίδει ὄψει* Hes. a *φαίδομαι* ut videtur. Ejusmodi certe fundamentum habet *Φαίδων* proprium et *φαίδιμος*.

4) Hic pro *νεμέθω* operae dederunt *ἐμέθω*. Herodian. *π. Μον.* p. 13. *Ἀρέθουσαι πᾶσαι χρῆναι καλοῦνται ἀπὸ τοῦ ἄρδην* (*ἄρδειν*) *ἴσως σχηματισθεῖσαι*. Alpha et epsilon miscuerunt Cretenses *ἀέρσαν* dicentes *τὴν δρόσον* Hes.

ἄλσος et Ἄλτις a primitivo ἄω profecta censet, quo significat procul dubio illud unde ἄσαι *satiare* declinatum est cum adjectivis ἄατος id est insatiabilis et ἄναλτος, quod veteres varie interpretantur sed commodissime ii qui ἀπλήρωτον, ἀκόρεστον, ἀναύξητον reddunt παρὰ τὸ ἄλδω τὸ αὐξάνω EM. cui contra positum est ἀλτόν τὸ πολύ Hes. sicut a verbo synonymo τρόφι κῦμα et τροφόεντα κύματα id est adulta. Ἔλδεσθαι alii cum ἐθέλειν componunt EM. cui similem potestatem habet δήλεσθαι, alii cum ἕλεῖν Sch. Od. III. 418. Μέλδω fortasse cognationem habet cum μαλάσσω, quod ipsum dentalem recipit sed aspiratam μαλθάσσω, μάλθη, sicut Proculus ad Hes. Opp. 522. et Hesychius τένθης a τένδω arcessunt, hoc autem Eustathius ex ἔδω factum opinatur p. 773, 38. p. 1837, 42. [5]) Sed Sch. Arist. Pac. 1009. παρ' Ἡσιόδῳ τινές δοκοῦσιν ὀρθῶς γράφειν τένθει διὰ τοῦ θ̄ et sic idem ad Nubb. 1201. τένθειν τὸ ἐσθίειν. Diversum illi Μέλδειν ἐπιθυμεῖν Hes. non dubito quin pro μέλειν curare valeat, unde μεληδών et μελεδαίνω manarunt. Σπένδω παρὰ τὸ σπείω EM. quod idem a πίω repetere videtur Σπεῖσαι παρὰ τὸ πῖσαι ποτίσαι, sed de neutro persuadet; σπείδω dialecti Siciliensis proprium fuisse dicitur indeque ortum futurum σπείσω. Πέρδω cum latino pedere et graeco βδεῖν βδόλος (paedor, foetor) eam similitudinem habet ut ρ̄ insertum videatur. Verbum ἀμέρδω plerique consentiunt propriam habere significationem privandi et hinc translatum esse ad privationem lucis. Equidem sequor Moschopulum Sched. 145. ζαμερδνή· ἡ τῆς Ἀθηνᾶς ἀσπίς ἢ ἄγαν λάμπουσα· μέρδειν γὰρ παρὰ ποιηταῖς τὸ μαρμαίρειν et Schol. Eur. Hec. 1004. μέρδω τὸ παρὰ τοῖς κοινοῖς μαρμαίρω καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α̅ ἀμέρδω, nisi quod hoc alpha non privativum esse puto sed pleonasticum. Ἀμέρδειν igitur proprie significat fulgere, et quia *splendor quicunque est acer adurit saepe oculos* Lucr. IV. 3. aciemque praestringit, hinc etiam hebe-

5) Hoc loco cum τένθης ὁ λίχνος καὶ τένθη ἡ λιχνεία connectit et alia parasitorum convicia et θυράπαξ, quod nescio an θυράσπαξ scribendum sit hoc est ὃς ἄλλων θύρας ἀσπάζεται, sive ut Homerus dicit δαιτῶν ἀπολυμαντὴρ ὃς πολλῇσι φλιῇσι παρασιὰς θλίψεται ὤμους Od. XVII. 221.

tare (blenden) ὄσσε ἀμερδεν αὐγὴ χαλκείη Hom. quod Archytas dixit μαρανγίαν προστιθέναι [6]) similiterque Nonnus V. 485. ὀφθαλμοὺς ἀμάρυσσεν ἐμοὺς ἀντώπιος αἴγλη. Dehinc traducitur ad hebetationem corporum fulgentium ut καπνὸς τεύχεα ἀμέρδει, sicut latine *speculum hebetari, fulgor excaecari* dicitur et nostra in consuetudine *blindes Silber.* Atque haec notio obscurandi voce signata est propria ἀμαυρός, ἀμαυροῦν et μαυροῦν, quae contraria sunt verbis μαρμαίρειν, μαρμάρεος, μαῖρα, quamvis ab eadem stirpe progenita. Quemadmodum vero vocabula sensuum saepissime inter se permutantur, ita ἀμέρδειν dicitur etiam ἐπὶ φωνῆς λαμπρᾶς καὶ διαφανοῦς ὡς σμερδαλέον κονάβησαν Porphyr. ad Il. XIII. 341. et σμερδαλέον βοᾷν aures clamoribus exsurdare. Et postremo quidquid vel adspectu vel auditu percellit, σμερδνόν dici coeptum est et σμερδαλέον — δεινὸν γὰρ καὶ φοβερὸν τὸ ἄγαν λαμπρόν Porphyrius ait l. c. Atque his rationibus ad dubitandum adducor ne μέρδω τὸ κωλύω καὶ βλάπτω Hes. et ἀμέρδειν illud, quod de lucis ereptione dicitur, diversum sit ab ἀμέρσαι expertem reddere, cujus origo est a μείρεσθαι. Sed absolvam quod restat. Ἀείδω παρὰ τὸ δείω πλεονασμῷ τοῦ δ̄ Cram. I. 123. II. 193. Ἀείδω si quid sibi affine et conjunctum habet, id certe non est εἴδω τὸ ἐπίσταμαι Sch. Il. I. 1. sed αὐδή Schol. in Dion. Gramm. 709. cui quod vulgo affingunt thema ἄω (αὔω) idem aptum erat ad progignendum ἄδω et paragogum ἀείδω contractum in ᾄδω, ut ἀεικής αἰκής, sed iota subscripto quia alpha in schola pro longo accipitur. Ἐρείδω syllabatim crevisse Buttmannus Lexil. I. 120. ex nomine ἔρμα non sine ratione colligit; thema vero quodnam fuerit, ἔρω an quod illi placet ἔρδω, nemo definiat. Ἥδω veteres recte ad ἄω satio referunt v. §. 1. Μήδομαι, quod nonnulli ex μέδομαι mutatum volunt [7]) facilem habet cum μάομαι conciliationem.

6) Eustath. 936, 3. ἀμέρδειν τὸ ἀμαυροῦν καὶ ἀποστερεῖν τοῦ μέρδειν ὅ ἐστι τοῦ βλέπειν, οὗ ἐναντίον τὸ ζμέρδειν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὸ ἄγαν βλέπειν, quo ex loco in Thes. perperam affertur τοῖς Ἀχαιοῖς.

7) Πλεῦσαι πρὸς βάρβαρα φῦλα μέδονται Orph. Arg. 90. nihil differt a μαίονται, βουλεύονται. Μῆστο ἐβουλεύσαιο Hes. ubi μήσαιο tempori verbi magis quam ordini literarum convenit.

Εὕδω et *εὐνή* non longe distant ab *αὔω* dormio Nicand. *Σπεύδω* si Schneiderus recte judicat a *σπεῖν* productum esse, et hujus consonam insiticiam haberi oportet et synonymi *σπέρχειν*. Prisci illi *σφεδανός* et *σφοδρός* hinc orta putant Sch. Il. XVI. 372. [8]) *Ψεύδω* et *ψύθος* iidem cum *ψιθυρίζω* componunt, quod onomatopoeticum esse. Pro *ἀθέλδεται διηθεῖται*, quod in Anecd. Bekk. affertur e Dioclis fabula, Meinekius *ἀθέλβεται* scribendum suspicatur, sed eodem tamen modo est in EM. *ἀθέλδεται διηθεῖται καὶ ἀθέλγειν τὸ ἀμέλγειν*, quae sine dubio omnia idem valent hoc est mulgeo v. C. III. §. 1. *Ἔρδω* et *ἔργον* fortasse duas modo literas a natura ingeneratas habent, eas quae in *ἐρέσσω* (agito) *ὑπηρέτης ἔριθος* comparent v. Prolegg. 365.

§. 2. Terminationum, quae verbis mutis concessae sunt, feracissima est $\overline{\zeta\omega}$, adeo quidem ut complura reperiantur quae omnia eadem elementa habeant intellectu diverso, velut quae primo se offerunt aditu *ἅζω* sive *ἅζομαι* aspiratum et duo non aspirata *ἄζω* sicco et *ἄζω* anhelo nullo inter se soni differitate nisi posterius, ut ex *ἀάζω* contractum, alpha longum habet, quod ii credidisse videntur qui *ἄσθμα* scripserunt v. Parall. 75. sed repugnat vetus auctor: *Τρύφων τὸ ᾱ πρὸ τοῦ $\overline{\zeta}$ καὶ ψιλοῦσθαι καὶ βραχύνεσθαι ἀξιοῖ* Moschopul. Opusc. p. 33. *Λάζω δύο σημαίνει τὸ λαμβάνω καὶ τὸ ὑβρίζω* Schol. Hec. 65. Cetera catervatim addam sejunctis, quantum fieri potest, sonorum naturalium imitamentis, *βλάζω μωραίνω* Hes. quod mihi neque cum *βλάξ* (*μαλακός*) neque cum imitativo *blatire* quidquam commercii habere sed idem quod *πλαδᾷν* valere videtur hoc est proprie mucere, tum per similitudinem hebere, quomodo *βλαδαρός*, *βλέννα*, *μίξα* et *λέμφος* dici solent; *κλάζω τὸ διασχίζω* Hes. a *κλάω* fortasse, nisi potius verbum facticium est stridorem serrae

8) *Ἡρόδοτος τὸ θερμότερον σπεύδειν ἀσπαίρειν ἔφη* Eust. 416, 34. ad *σπάω* et *σφαδάζω* referimur. Ex Schol. Il. XI. 165. *σφεδανόν* [illegible] *σφενδόνη* retulisse.

exprimens ut *πρίων κλάζει τε πρίει τε* Oppian. Hal. V. 203. [9]) hinc ad scindendi notionem translatum; et tritiora *πλάζω*, *σκάζω*, *στάζω*, *σφάζω*, *σχάζω*, *φράζω*, *χάζομαι*. Onomatopoetica sunt *βάζω*, *βαβάζω* et *βιβάζω*, unde Hipponax *ἐμβιβάξας* pro *ἐμβοήσας* duxit, *βράζω*, *γλάζω*, *κλάζω*, *κράζω*, *ῥάζει τρώγει ἐπὶ κυνῶν ἀπὸ τοῦ ἤχου* Hes. et Cram. II. 465. (ubi perperam *ῥαΐζω* scriptum) *σπάζει σκύζει Ἀχαιοί* Hes. *ἀῤῥάζω*, *καχλάζω* et *παφλάζω*. Tertio loco promam quae Grammatici inclinamentis quibusdam verbalibus praestruunt, *κάζω τὸ κοσμῶ*, *ῥάζω τὸ ῥαίνω*, *τάζω τὸ τανύω*, *φλάζω* cui EM. 403, 47. aoristum *ἔφλαδον* ab Aeschylo positum subjicit, et *χλάζω* unde Eustathius 723, 49. *κέχλαδα* Pindaricum repetit, quod quia alpha longum habet, aptius est praesenti *χλήδω* ab analogiae norma non alieno sed derelicto praeter perfectum *κεχληδέναι ψοφεῖν* Hes. Trisyllaba vero, quae neque reduplicatione aucta neque sonis naturalibus assimilata sunt, paragogis adnumeranda videntur, *κολάζω* eadem qua *κολούω* stirpe progenitum et *λιάζω*, quod Schol. Lyc. 21. a *λύω* propagatum dicit sed probabilius est eidem fundamento superstructum esse ut *λιχάζω*, quod eandem devertendi et declinandi significationem habet activam et neutralem: *ἀλίαστος παρὰ τὸ λιάσαι εἰς φυγὴν τρέψαι* Schol. Orest. 1466. *ἐκλιχάζει ἐξορμᾷν ποιεῖ*, *ἐκσοβεῖ* Hes. *ῥιζόθεν οἷα λόφος τις ὑποτμηθεὶς ἐλιάσθη* Apollinar. Ps. CXL. 17. et pariter de abruptione saxi *ὑπαιλίχαζεν ἐκ πέτρας ὑπεχώρει* Hes. quorum propria est significatio obliquandi, *πλαγιάζειν*, *ἀποσιμοῦν* i. q. *ὑπαναχωρεῖν* v. Corais ad Heliod. 113. a *λίξ πλάγιος* v. Parall. 105. cui *λέχριος* et *λοξός* successit; sed gutturalem a prima origine abfuisse indicio est *λιάζειν*. De *διάζομαι* certatur simplexne sit an compositum. Simplicitati quidem favet augmentum *ἐνεδιάσθη*, *δεδίασται*, et ut ab *ἀμφί ἀμφιάζω*, ab *ἀντί ἀντιάζω*, ita concedi potest ut a *διά* declinatum sit *διάζεσθαι*, proprieque significet per-

9) L. III. 314. *κλάζει ὁρμιή* Schol. exponit *τρύζει* significans stridorem lineae piscatoriae cui similis chorda lyrae *ὑποτρύζειν* dicitur Anth. XI. 351.

meare, transmeare, distendere [10]) et *διάσματα* vocari fila vel staminis, quae subtemini intersita sunt, vel subteminis, quod stamini implicatur, nomenque proprium habet *trama* a trameando ut trames: sed in paucis illis locis, ubi nomen hoc legitur, significatur stamen *τὸ ἤτριον*, eodemque modo *Ἐκδιάστρα κλῶσμα ἢ στήμων* Hes. Grammatici vero compositum esse volunt: EM. 270, 22. *δίασμα — παρὰ τὸ ἄσσω γίνεται αἰολικῶς ἄζω ἄζομαι καὶ διάζομαι.* [11]) Anecd. Bekk. 452. *Σώφρων ἄττεσθαι. ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι μεταβολῇ τῶν δύο σσ εἰς τὸ ε* omisso tropae aeolicae commento, quae verbo obvio et quotidiano parum convenit. Certa ad arbitrandum documenta desunt. *Ἐμπάζομαι* curo EM. ab *ἔμπαιος* — *ἔμπειρος* repetit, de quo quid mihi videatur in Diss. I. § 1. professus sum: *κατεμπάζω* in Nicandri versu *ὁπόταν χρειώ σε κατεμπάζῃ μογέοντα*, quod Schol. interpretatur *καταλαμβάνῃ καὶ κατεπείγῃ*, inclinat ad similitudinem adjectivi a *παίω* compositi in Aesch. Agam. 180. *ἔμπαιοι τύχαι* Schol. *ἐμπεσοῦσαι* et v. 354. *πρόσπαια κακά* Schol. *προσπαίσαντα*, a quo *κατεμπάζειν* illud sola differt constructione. Tertium specie simile, significatione dispar est *Ἀμπάζονται ἀναβάλλονται καὶ τὰ ὅμοια* EM. quod Hesychius *ἀναπαύονται* interpretatus est, cf. Ahrens. dial. dor. 285. Sed transeo ad epsilon. *Τρία μόνα δισύλλαβα τῷ ε παραληγόμενα, ῥέζω, ἕζω, χέζω, οὐδὲν δὲ τρισύλλαβον· κατὰ τροπὴν οὖν γίνεται πιέζω, οἱ δὲ Δωριεῖς πιάζω* EM. 671, 24. quod idcirco Herodianus *π. Μον.* p. 44, 2. analogiae convenientius judicat; ac *πιεζῶ* quoque compare caret; nam *τραπεζῶ* tertiae est conjugationis. Quod ille praetermisit *ῥέζω τὸ βάπτω*, fortasse a *ῥέζω* facio non diversum esse credidit. Et hanc opinionem non mediocriter confirmant syntheta latina *inficere* et *sufficere* id est tingere sive *ῥέζειν*, unde *ῥεγεύς* infector,

---

10) Theocr. XVI. 97. *ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι λεπτὰ διαστήσαιντο* Schol. *διυφήνειαν.*

11) Quae his praemissa sunt *δίασμα — ἀπὸ τοῦ δαίω τὸ μερίζω δίασμα καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι δίασμα*, nullo modo cum verbo *διάζομαι* [illegible]unt, nisi quid excidit *ἢ παρὰ τὸ δαΐζω δάϊσμα καὶ ἐν* [illegible]oll. VII. 32. *προφορεῖσθαι Ἀττικοὶ ἔλεγον τὸ διάζεσθαι.*

ῥέγος et ῥέγμα, quibus Glossographi importune intermiscent ῥῆγος et ῥάκος. Neque ab alio verbo compositum arbitror καταῤῥέζω, quo proprie usus est Oppianus ἀκάνθας ἧκα καταῤῥέξειεν ἐπικλίνοι τε πιέζων Hal. IV. 611. hoc est deprimere, cui in altero sermone perfecte tanquam imago respondet *deficere*, unde vestimentum *defectum* pro detexto et desecto ut nos dicimus *heruntermachen* et *herabthun* pro detrahere καταβιβάζειν.[12]) Translati vero alia est constructio, καταῤῥέξαι τινά demulcere alicui caput Hom. et absolute de inclinatione manus τοὺς δ' ἅμ' ἕπεσθαι χειρὶ καταῤῥέξασα—ἄνωγεν Apollon. IV. 686. in quibus illa significatio ductus deorsum euntis non evanescit. Κλέζω καλῶ Hes. aeque inauditum est ac nomen Κλέθος κληδών. Verba in ηζω ne anquiramus auctor est Choeroboscus Cram. II. 185. Gaisf. T. III. 28. et Schol. Il. I. 317. τὰ διὰ τοῦ ιζω τὸ ι ἔχει βραχὺ πλὴν τοῦ δανείζω καὶ κλήζω, cui χρήζω addi poterat; nam id quoque neglectu loquentium iota amisit. Verum haec paragoga sunt; Βήζει φωνεῖ Hes. quod interpretes pro βή βή λέγει vel βληχᾶται accipiunt, si incorruptum, certe fictum est e sono vocis. Quartam vocalem sortita sunt ἴζω, βλίζω, βρίζω, δίζω, κνίζω, κτίζω, νίζω, πρίζω, στίζω, σχίζω, praeter quae Hesychius multa suppeditat auctore nullo firmata: Λίζει παίζει et Λίζουσι παίζουσι, quae Ruhnkenius ex ψιάζω corrupta putat Epist. p. 214. sed defenduntur verbo consimilis soni et significationis λᾶσθαι παίζειν et γλιᾶσθαι παίζειν. Idem Ῥίζειν τρώγειν καίειν θηλάζειν, Ψίζομαι κλαίω[13]) etc. Alia sonis naturalibus assimilata sunt: ἀῤῥίζειν hirrire, σπίζειν friguttire, τρίζειν stridere et defectiva, de quibus subtiliter disserit Zenodotus EM. 712, 33. τοῦ σίζω ἐνεστῶτος ἕτερον μὴ ζήτει χρόνον μήτε ἔγκλισιν—καὶ τοῦ λίγξε μὴ ζήτει θέμα μηδὲ ἄλλο τι· ἀφαιρήσεις γὰρ τὴν λέξιν τῆς ἐμφάσεως τῆς τοῦ ἤχου μιμήσεως· ὁ Νίκανδρος

12) Ἀποῤῥέξαντες ἀπομερίσαντες Ἰσαῖος Suid. quo mirum est oratorem atticum usum esse. Quaeritur num ἀπορέξαντες scripserit hoc est *verabgereicht habend*, ut bavarice loquar.

13) Alibi Ψίνδεσθαι κλαίειν. Pro Ἔψισεν ἤχουσε, nisi quis melius suaserit, ἔκλαυσε ponam.

ἐπιλίζοντας ὀϊστοὺς τοῦ λίγξαι τὸ θέμα θελήσας εἰπεῖν ἔφθειρε τὴν τοῦ ἠχοῦ μίμησιν. Οὐκ ἀπὸ θέματος οὖν ταῦτα ἀλλὰ ἀπὸ τῶν φωνῶν ἡ ὀνοματοποιΐα, quibuscum consentiunt alii in Cram. I. 265. Macrobius de Diff. p. 752. et Eustathius p. 1119. 60. *οὐδὲ τοῦ ἔκλαγξαν ἔστιν εὑρεῖν ἐνεστῶτα κλάγγω* [14]) *οὐδὲ τοῦ λίγξε τὸ λίγγω οὐδὲ τὸ κρίζω τοῦ κρίκε ἢ κρίγε*. Hoc praesens tamen non inusitatum fuisse testantur Glossographi et omnino monitoribus illis non tantum auctoritatis adjungo ut *ἐποκρίζων* Aelian. H. Ann. VI. 19. et boeoticum *κριόδεμεν ridere* Athen. XIV. 622. A. repudiem. quae editores pro aliis minus aptis reposuerunt conjectura probabili. Sed certe *σπίζω* Etymologorum commentum est nomina *σπιδής*, *σπίδιος* et *σπιθαμή* explicare conantium. *Θρίζω* ex *θερίζω* contractum esse pervagata est opinio, cui non adversor, etsi illud proprium significationem metendi nunquam recipit. — *Τὰ εἰς ὄζω τρία ἐστὶν ὄζω, ἁρμόζω, δεσπόζω* Theogn. p. 142. quibus addi possunt ad similitudinem soni efficta *ῥόζειν*, quod Suidas proprie de voce canum. tum etiam pro *ῥέγχειν* dici ostendit, et *τρυγόζειν ἐπὶ τρυγόνων* Herodian. in Anecd. Bekk. 1452. nisi is *τρυγονίζειν* scripsit ut *χελιδονίζειν*. — Verba in *υζω* conjuncte conserteque producam quia difficilis est naturalium et positivorum distinctio *βύζω*, *βλύζω* bullio, *βρίζω* semel lectum in Archil. Fr. V. *βρῦτον Θρῄξ ἔβρυζε* pro *βρύλλειν* potare ut videtur v. Schneidewin. Beitr. z. Krit. der Poet. Lyr. p. 88. *γρύζω*, *κλύζω*, *κνύζομαι* quod saepius et fortasse rectius *κνυζῶμαι* et *κνυζοῦμαι* scribitur, *λύζω* idem quod *λυγγάνω*, *μύζω* muttio, *ῥύζω* ringor, *τρύζω* trisso, [15]) *σκύζομαι*, *σφύζω*

14) Ex latino clango cognosci non potest quae fuerit verbi graeci conformatio; namque terminatio interdum eadem est in utroque sermone *ἄγχειν* angere, *τέγγειν* tingere et stingnere, sed saepius diversa: pango, plango, frango, tango, cingo, lingo, distinguo, ninguo, ringor, jungo, emungo. Stringo, pingo, pungo cognata sunt graecis *στλεγγίς*, *ποικίλλω*, *πικρός* v. Prolegg. 113. sed fingo, ungo et fungo quo referri possint, parum exputo.

15) *Τρύζει γέγραπται καὶ μετὰ τοῦ σίγμα καὶ χωρὶς ἀπὸ τοῦ γινομένου ψόφου πεποιημένον* Galen. Comm. II. in Progn. T. XVIII. 134.

quod Eustathius scripsisse videtur pro *σύζω* p. 1746, 22. *φθύζω*, *φλύζω τὸ ἀναβάλλω* Sch. Apoll. I. 275. Sch. Nic. Al. 214. *ὑπερφλύζει ἀναῤῥεῖ ἐκφυσᾷ* Hes. *διαφλυχθεῖσα διαχυθεῖσα* Galen. Lex. Praeterea in hoc numero Theognostus p. 142, 28. *φύζω* retulit quasi usitatum esset, fortasse propter nomen *φύζα*, cui similia *ἄζα*, *κνίζα*, *σπίζα*, *σχίζα*, *βύζα* a similibus ducuntur verbis; nam participium *πεφυζότες* negant a tali principio oriri potuisse quia perfectum medium nunquam duplicem pro charactere habeat EM. 667, 31. sed aut tropen ionicam esse ut ab *ὀλίγος ὀλίζων* aut syncopen verbi *φυζάω*, cujus participium extat *φυζηθείς* et paragoge *Φυζάναι φυγεῖν*, Hes. *φυζάω* autem Heraclides a *φύζα* repetit ut a *κίσσα κισσάω* Sch. B. ad Il. XXII. 1. Eust. 1740, 19. Arc. 157, 19. alii a *φύζω* ut ab *ἴζω ἴζηκα* Cram. I. 213. Quod vero Matthiae in Gramm. p. 638. ex Hesychio affert *Φῦξαι* (*φύξαι*) non satis est ad testandum praesens.[16]) Cum *πεφυζότες* conferri potest *Μεμυδώς ῥέων* Hes. et *μεμυδότες* ab Antimacho positum pro *μεμυδηκότες* v. ad Buttm. p. 31. cui simile principium affingit EM. 633, 40. *ἀπὸ τοῦ ῥῶ ῥώζω ῥωδῶ ὀῤῥωδῶ ὡς μύζω μυδῶ, ἐρίζω ἐριδῶ*, cujus unum reperitur exemplum *ἐριδδήσασθαι* idque in antiquis commentariis, ut Schol. tradit, aliter scriptum *ἐριζήσασθαι* sed falso, nam ab *ἐρίζω* vel *ἔρις* unum derivari potuit *ἐριδέω* ut a *κηκάζω* vel *κηκάς Κηκαδεῖ λοιδορεῖ* Hes. quod non recte attentari puto. Neque interest utrum *μυδάω* a nomine *μύδος* ducatur an a verbo illo *μύζω* ut a *σφύζω σφυδάω*, *φλύω φλύζω φλυδάω* et *φλυδέω*, unde *φλυδούμενος τῆς πρώτης συζυγίας* Cram. II. 424. Sciens praeterii *στύζω*, de quo EM. 731, 25. *ἀπέστυξαν ἀπὸ τοῦ στύζω ἢ στύγω*, quorum neutrum reperitur. In *ωζω* duo afferuntur in Epim. Cram. I. 36. *κρώζω* et *σώζω*, quorum illud ex sono naturali expressum est ut *ὤζω*, *κλώζω* glocio et *τρώζω*, quod Hesychius interpretatur *ψιθυρίζω συνουσιάζω* gannitum, ut videtur, venereum significans, alterum paragogis adnumeran-

16) In cod. adscriptum est *φύξαι φύξειν φυγεῖν*, quod sic corrigendum videtur *φύξαι φύξειν, φυγεῖν*, etymologice constructum ut *φυγὴν φεύγειν* v. Parall. 524. vel *φυγῇ φεύγειν* Job. XXVII. 22.

dum ut *χρώζω. πλώζω. φώζω.* quae Grammatici iota ineffabile habere ajunt EM. p. 667. 25. p. 803. 47. Theogn. 142. et *ἐπώζω* ex *ἐποάζω* contractum. Diphthongos hoc genus verborum admittit omnes sed plerasque raro et velut delibandi causa—*οὐδὲν εἰς ῶ λῆγον πρὸ τέλους ἔχει τὴν αι ἀλλὰ μόνον τὸ παίζω* Herodian. π. Μον. 22. 31. namque *βοραίζω, σφαδαίζω, ματαίζω* qui scribere instituerunt, tamen iota pronunciare non sunt soliti v. Eust. 1554. 25. illius vero verbi insolentiam excusant nomine syncopae *ἐκ τοῦ παιδίζω* Theogn. l. c. [17]) Item unum est *φαίζειν τὸ φρίγειν Ἀττικοὶ* Phot. et Eust. 962. 50. quod ad *φώζειν* eandem rationem habet quam *φαύσκειν* ad *φώσκειν*. *Βαΐζειν* aliquoties apud Grammaticos legitur sine punctis diacriticis sed sine ratione, quodque Brunckius in exitu senarii edidit *καταβαύξας* Anth. VII. 108. jure improbatum est v. Hecker. Comm. de Anth. 242. De tertia Theogn. l. c. et Gramm. de Quant. T. II. 312. *τὰ διὰ τοῦ ιζω ῥήματα διὰ τοῦ ι γράφεται—σεσημείωται τὸ δανείζω· γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ δανειάζω*, quod ad praesentem causam nihil attinet. Neque quartae aliud exemplum quam *φεύζω*. De verbis in *οιζω* idem ille et Herodianus Epim. p. 252. ita loquuntur ac si unum nossent *ἀθροίζω*, quod ne primitivum quidem est: *τὰ διὰ τοῦ υζω ἅπαντα διὰ τοῦ υ γράφεται τρύζω, σκύζω κ. τ. λ. πλὴν τοῦ ἀθροίζω καὶ ῥοιζῶ τὸ περισπωμένον.* [18]) Sed idem accentu gravi notatum exhibet Eustathius 1792, 22. *ῥάζειν καὶ ῥοίζειν κυρίως ὑλακτεῖν*, nisi is *ῥύζειν* scripsit, unde compositum est *ἐπιῤῥύζειν*. Ex EM. 619, 58. *Ἀπολλώνιος λέγει ὅτι ἔστιν οἴ ἐπίῤῥημα σχετλιαστικόν· ἐκ τούτου γίνεται οἴζω ὡς αἴ αἰάζω*, non clare intelligitur verbum *οἴζω*, unde Sch. Od. XIV. 415. Sch. Nubb. 657. *οἰζύς* derivatum putant, a Graecis dictum esse, quodque Lexicographi nostri hinc conflatum ajunt *δυσοίζω*, ne significationem quidem lamentandi habet sed potius mala ominandi, *κάκ' ὄσσεσθαι*, quare magis consentaneum videtur ad *οἴομαι opinor* recurrere; sin proprie

17) *Ὠράζομαι* quod Meinekius Com. Fr. I. 557. aliquot locis re-
Grammaticis illis ignotum fuisse apparet.
Addit Herodianus *ὄθεν καὶ εὕροιζον χρυσίον* id est *ὄβρυζον*.

τὸ δυσφορεῖν, ut aliqui tradunt, significavit, ad οἴω (οἴσω) referendum est quamvis diverse declinatum ἐδύσοιξα. Jam nihil restat praeter κρούζω, quod EM. 541, 47. ex κροβύζω extitisse refert exemto beta, sed testem non sistit.

Adnotamentum. Horum pleraque a puris procrevere. Primum est verbum ἄζω τὸ ἀζαίνω (asso) quod veteres ab ἄω (ἄημι, αὔω) repetunt assensu facili quia ventus siccat, duoque similia in Anecd. Bekk. 348. ἄζειν τὸ στένειν Σοφοκλῆς, τὸ διὰ τοῦ στόματος ἀθρόως ἐκπνεῖν ἄζειν λέγουσιν Ἀττικοὶ μιμούμενοι τὸν ἦχον τοῦ πνεύματος, quae Ellendtius in Lex. Soph. perspecte distinguit; nam prius illud, quod expressius ἀάζειν dicitur, ab interjectione provenit, hoc est a parte orationis significabili ut φεύζειν, ὤζειν. Ab illo epiphonemate vel, ut veteres vocitant, adverbio admirandi ἄ sive ᾶ nescio an ἄζω sive frequentius ἄζομαι natum sit et ab hoc porro ἄγη et ἄγαμαι. Ex Hesychii glossis Λάσθω χλευαζέτω, Λάσθαι (λᾶσθαι) παίζειν λοιδορεῖν, nisi quid vitii contraxerunt, apparet verbum fuisse λάω, ex quo factum est λάζω τὸ ὑβρίζω et λάσθη. Ab homonymo λάω, cui affinia sunt ληΐς et λεία sive dorice λαία *captura*, originem duxit λάζομαι, ab alio quodam λάω, quod in λάσκω transfiguratum est, λαλάζω, sive id reduplicatum dicere volumus sive a λάλος derivatum, quod ad λάω referri dixi ut φαλός ὁ λαμπρός ad φάω. Κράζω unde coeperit demonstrat Herodianus EM. 539, 4. Cram. I. 268. ἀπὸ τοῦ κρῶ κράζω καὶ κρώζω, cujus testes nominavi in Diss. I. §. 1. — Φράζω παρὰ τὸ φῶ τὸ λέγω πλεονασμῷ τοῦ ρ̄ EM. cujus in vestigia insciens incurrit Wyttenbachius ad Plut. de Aud. Poet. p. 236. Pondus sententiae addit Hesychii glossa Πιφράσκω πιφάσκω, quod EM. 673, 54. ob eundem pleonasmum adnotavit profectum fortasse a poeta, qui primam verbi πιφράσκω syllabam sine ejusmodi sustentaculo produci posse diffideret. Sed animum diversum trahit nomen φρήν, cujus dativus doricus φρασί conjunctus cum verbo φρανίζειν i. q. φρενοῦν eam habet cum φράζω similitudinem ut opinio existat utrumque ab obsoleto quodam φράω ortum esse, verbum quidem sic ut κλάζω a κλάω frango, κράζω a κράω, βιβάζω a βάω, nomen autem ea ratione qua γλήν a γλάω (λάω

γλαύσσω). Jam si ab hoc φράω derivatum est φράσσω, non mirum videri potest nomen φρενῶν proprie declarare diaphragma, quo exta ab inferiore intestinorum parte separantur quasi septo. Quomodo hinc ad intelligentiam translatum sit nescire se profitetur Hippocrates nisi quod praecordia laetantibus et dolentibus quodammodo commoveantur; sed verius Aristoteles censet ὅτι αἱ φρένες οὐ μετέχουσι μὲν τοῦ φρονεῖν, ἐγγὺς δ' εἰσὶ τῶν φρονούντων (cordis) v. Dietz. ad Hipp. Morb. Sacr. p. 183. A φρονεῖν autem nihil differt φράζεσθαι. — Σφάζω παρὰ τὸ φῶ EM. cujus aoristum fingit Hesychius Φάσγανον παρὰ τὸ φάσαι. Σχάζω et quod Atticistae praeferunt σχάω eandem habent significationem laxandi atque aperiendi et communem originem a thematico χάω, unde Χάος ἡ χώρησις καὶ τὸ κενόν Hes. *chaos unitas hians patensque* Fest. παρὰ τὸ χαδεῖν Schol. Hes. Th. 116. et Χάσις διάκρισις χώρησις sive χώρισις, multaque alia quibus subjecta est notio vacandi et vacuandi; primum verba hiandi χάσκω, χαίνω, κάπτω, tum quae capere et capacem esse significant χανδάνω et ἔχαδον, quo Nicander Alex. 307. utitur pro ἔλαβον, sicut uno germanico verbo *fassen* duo exprimuntur graeca χαδεῖν et λαβεῖν, tertio χάζω (χάζομαι) cedo, nam cedendo locum vacuefacimus sicut κενοῦν quoque dicitur pro discedere *raeumen* v. ad. Aj. v. 987. [19]) et hinc composita Προχάζω προβαίνω Phot. id est procedo, Παράχασον ἀναχώρησον, Συγχάζω συγχωρῶ (concedo) Hes. Ex latino *cedo* resonat graecum κήδω, quod non ex se cognoscitur sed ex perfecto κέκηδα i. q. ὑποκεχώρηκα atque ex aoristis κέκαδον, κεκάδοντο (v. ad Buttm. 322. et 323.) ἀπὸ τοῦ χάζω τροπῇ τοῦ δασέος εἰς ψιλόν EM. Haec autem trope per hanc totam familiam commeat; namque non solum pro κάπτω successit χάπτω, quod Eustathius 1481, 35. non ita pridem increbuisse significat, sed etiam Κήτει στερήσει et Κῆτος ἀπορία affert Hesychius, quae ne mendose, ut Stephanus censet, scripta esse putem, retinent me vasorum vocabula κήθειον sive χείτιον τὸ χωροῦν ἀστραγάλους ὃ καὶ κείθιον ἰωνικῶς λέγεται παρὰ τὸ χείω τὸ χωρῶ Eust.

19) Χάζειν pro amittere dici ostendit Du Cangius.

1259, 38. triaque illa quae Schol. Arist. Eqq. 1158. gregatim producit *κημὸς ὁ κάδος τῶν δικαστῶν καὶ ὁ χάβος* id est capistrum, quod a capiendo dictum est ut a capacitate *capis κάπετις καπίθη, κάδος* autem in EM. non intempestive ad *χάζω* refertur. In cumulum accedunt Hesychii testimonia *Ἀγκάλαον ἄνοιξον* hoc est *ἀναχάλασον*, ut Koenius docuit ad Greg. 343. et *Ἐκκαλάξαι κλῖναι τὸ ἱστίον*, unde *funes calatorii quibus antenna suspenditur* Veget. a verbo calare sive chalare, quibuscum Schneiderus ad Vitruv. T. III. 296. confert *σχαστήρια.* [20]) Horum omnium fundamentum est illud quod diximus *χάω*, cujus varia inclinamenta *κέχηδα, κέχανδα,* [21]) *ἔχαδον, χανδάνω* conferri possunt cum *ἥδω, ἄδον, ἀνδάνω*, nam his quoque thema purum *ἄω* satio affingendum videtur. Quod ultimum est hujus generis *σκάζω*, dentalem non a natura ingeneratam habere, conjicimus ex adjectivo *σκαιός, σκαμβός, σκιμβός* i. q. *χωλός*. — Ad secundum ordinem pertinent *ἔζω παρὰ τὸ ἕω* EM. cui subjectum est *ἧμαι*, et *χέζω* a *χέω* fundo ut latine dicitur *profusio* alvi. Eodem complemento ab attico *πρίω* procrevit *πρίζω*, a *κνάω κνίζω*, a *ψάω*, unde Schol. Arist. Rann. 493. *ψωμός* natum dicunt, *ψίζω* quod Hesychius s. *Ἐπιψίζει* interpretatur *ψωμίζω*. *Βλίζειν*, pro quo *βλίττειν* receptum est non ut EM. 260, 32. a *μελίζειν*, neque hoc a *μέλι* sed utrumque a *θλάω* sive *φλάω* repetimus, cujus vocalis in iota transit assumta consona variabili, *θλίβω, φλίβω, βλίμη, βλιμάζω οἱονεὶ θλιμάζω* Suid. quo modo etiam *βλίττω* exponitur. Haec generalem habent premendi significationem sed quod Virgilius dicit *pressis cogere mella favis* Georg. IV. 140. proprie nominatur *βλίττειν*, cujus forma primitiva est jam antea allata Diss. I. §. 3. *βλεῖν τὸ βλίσσειν*, aucta *Βλάσκει καπνίζει*, hoc est *βλίττει* ut ex aliis ejusdem Hesychii locis apparet

20) Cum hoc convenit *casteria locus ubi cum navigatio conquiescit, remi conquiescunt* Non. *σχάσαι κώπην* Pind. id est laxare (*χαλᾷν*) et remittere; *φρονπίδα σχάσαι* Aristoph. Schol. *παῦσαι*. Quae si vera est interpretatio, in Coluth. v. 57. pro *δολίην ἐφράσσατο βουλήν* scripserim *ἐσχάσσατο* remisit et abjecit.

21) Litera *νῦ* mobilis est in derivatis *εὐρυχανής, εὐχανδής, πολυχανδής, εὐρυχαδής, χανδόν*.

Εὕδω et *εὐνή* non longe distant ab *αὔω* dormio Nicand. *Σπεύδω* si Schneiderus recte judicat a *σπεῖν* productum esse, et hujus consonam insiticiam haberi oportet et synonymi *σπέρχειν*. Prisci illi *σφεδανός* et *σφοδρός* hinc orta putant Sch. Il. XVI. 372. [8]) *Ψεύδω* et *ψύθος* iidem cum *ψιθυρίζω* componunt, quod onomatopoeticum esse. Pro *ἀθέλδεται διηθεῖται*, quod in Anecd. Bekk. affertur e Dioclis fabula, Meinekius *ἀθέλβεται* scribendum suspicatur, sed eodem tamen modo est in EM. *ἀθέλδεται διηθεῖται καὶ ἀθέλγειν τὸ ἀμέλγειν*, quae sine dubio omnia idem valent hoc est mulgeo v. C. III. §. 1. *Ἔρδω* et *ἔργον* fortasse duas modo literas a natura ingeneratas habent, eas quae in *ἐρέσσω* (agito) *ὑπηρέτης ἔριθος* comparent v. Prolegg. 365.

§. 2. Terminationum, quae verbis mutis concessae sunt, feracissima est $\overline{\zeta\omega}$, adeo quidem ut complura reperiantur quae omnia eadem elementa habeant intellectu diverso, velut quae primo se offerunt aditu *ἄζω* sive *ἄζομαι* aspiratum et duo non aspirata *ἄζω* sicco et *ἄζω* anhelo nullo inter se soni differitate nisi posterius, ut ex *ἀάζω* contractum, alpha longum habet, quod ii credidisse videntur qui *ἄσθμα* scripserunt v. Parall. 75. sed repugnat vetus auctor: *Τρύφων τὸ* $\overline{\alpha}$ *πρὸ τοῦ* $\overline{\zeta}$ *καὶ ψιλοῦσθαι καὶ βραχύνεσθαι ἀξιοῖ* Moschopul. Opusc. p. 33. *Λάζω δύο σημαίνει τὸ λαμβάνω καὶ τὸ ὑβρίζω* Schol. Hec. 65. Cetera catervatim addam sejunctis, quantum fieri potest, sonorum naturalium imitamentis, *βλάζω μωραίνω* Hes. quod mihi neque cum *βλάξ* (*μαλακός*) neque cum imitativo *blatire* quidquam commercii habere sed idem quod *πλαδᾶν* valere videtur hoc est proprie mucere, tum per similitudinem hebere, quomodo *βλαδαρός*, *βλέννα*, *μύξα* et *λέμφος* dici solent; *κλάζω τὸ διασχίζω* Hes. a *κλάω* fortasse, nisi potius verbum facticium est stridorem serrae

8) *Ἡρόδοτος τὸ θερμότερον σπεύδειν ἀσπαίρειν ἔφη* Eust. 416, 34. quo ad *σπάω* et *σφαδάζω* referimur. Ex Schol. Il. XI. 165. *σφεδανόν οἷον σφενδονηδόν Ἀρίσταρχος*, discimus hunc etiam nomen *σφενδόνη* ad hanc stirpem retulisse.

exprimens ut *πρίων κλάζει τε πρίει τε* Oppian. Hal. V. 203. [9]) hinc ad scindendi notionem translatum; et tritiora *πλάζω*, *σκάζω*, *στάζω*, *σφάζω*, *σχάζω*, *φράζω*, *χάζομαι*. Onomatopoetica sunt *βάζω*, *βαβάζω* et *βιβάζω*, unde Hipponax *ἐμβιβάξας* pro *ἐμβοήσας* duxit, *βράζω*, *γλάζω*, *κλάζω*, *κράζω*, *ῥάζει τρώγει ἐπὶ κυνῶν ἀπὸ τοῦ ἤχου* Hes. et Cram. II. 465. (ubi perperam *ῥαΐζω* scriptum) *σπάζει σκύζει Ἀχαιοί* Hes. *ἀῤῥάζω*, *καχλάζω* et *παφλάζω*. Tertio loco promam quae Grammatici inclinamentis quibusdam verbalibus praestruunt, *κάζω τὸ κοσμῶ*, *ῥάζω τὸ ῥαίνω*, *τάζω τὸ τανύω*, *φλάζω* cui EM. 403, 47. aoristum *ἔφλαδον* ab Aeschylo positum subjicit, et *χλάζω* unde Eustathius 723, 49. *κέχλαδα* Pindaricum repetit, quod quia alpha longum habet, aptius est praesenti *χλήδω* ab analogiae norma non alieno sed derelicto praeter perfectum *κεχληδέναι ψοφεῖν* Hes. Trisyllaba vero, quae neque reduplicatione aucta neque sonis naturalibus assimilata sunt, paragogis adnumeranda videntur, *κολάζω* eadem qua *κολούω* stirpe progenitum et *λιάζω*, quod Schol. Lyc. 21. a *λύω* propagatum dicit sed probabilius est eidem fundamento superstructum esse ut *λιχάζω*, quod eandem devertendi et declinandi significationem habet activam et neutralem: *ἀλίαστος παρὰ τὸ λιάσαι εἰς φυγὴν τρέψαι* Schol. Orest. 1466. *ἐκλιχάζει ἐξορμᾷν ποιεῖ*, *ἐκσοβεῖ* Hes. *ῥιζόθεν οἷα λόφος τις ὑποτμηθεὶς ἐλιάσθη* Apollinar. Ps. CXL. 17. et pariter de abruptione saxi *ὑπαιλίχαζεν ἐκ πέτρας ὑπεχώρει* Hes. quorum propria est significatio obliquandi, *πλαγιάζειν*, *ἀποσιμοῦν* i. q. *ὑπαναχωρεῖν* v. Corais ad Heliod. 113. a *λίξ πλάγιος* v. Parall. 105. cui *λέχριος* et *λοξός* successit; sed gutturalem a prima origine abfuisse indicio est *λιάζειν*. De *δίαζομαι* certatur simplexne sit an compositum. Simplicitati quidem favet augmentum *ἐνεδιάσθη*, *δεδίασται*, et ut ab *ἀμφί ἀμφιάζω*, ab *ἀντί ἀντιάζω*, ita concedi potest ut a *διά* declinatum sit *διάζεσθαι*, proprieque significet per-

9) L. III. 314. *κλάζει ὁρμή* Schol. exponit *τρύζει* significans stridorem lineae piscatoriae cui similis chorda lyrae *ὑποτρύζειν* dicitur Anth. XI. 351.

meare, transmeare, distendere [10]) et *διάσματα* vocari fila vel staminis, quae subtemini intersita sunt, vel subteminis, quod stamini implicatur, nomenque proprium habet *trama* a trameando ut trames; sed in paucis illis locis, ubi nomen hoc legitur, significatur stamen *τὸ ἧτριον*, eodemque modo *Ἐκδιάστρα κλῶσμα ἢ στήμων* Hes. Grammatici vero compositum esse volunt; EM. 270, 22. *δίασμα — παρὰ τὸ ἄσσω γίνεται αἰολικῶς ἄζω ἄζομαι καὶ διάζομαι.* [11]) Anecd. Bekk. 452. *Σώφρων ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι μεταβολῇ τῶν δύο σσ εἰς τὸ ε* omisso tropae aeolicae commento, quae verbo obvio et quotidiano parum convenit. Certa ad arbitrandum documenta desunt. *Ἐμπάζομαι* curo EM. ab *ἔμπαιος* = *ἔμπειρος* repetit, de quo quid mihi videatur in Diss. I. §. 1. professus sum; *κατεμπάζω* in Nicandri versu *ὁπόταν χρειώ σε κατεμπάζῃ μογέοντα*, quod Schol. interpretatur *καταλαμβάνῃ καὶ κατεπείγῃ*, inclinat ad similitudinem adjectivi a *παίω* compositi in Aesch. Agam. 180. *ἔμπαιοι τύχαι* Schol. *ἐμπεσοῦσαι* et v. 354. *πρόσπαια κακά* Schol. *προσπαίσαντα*, a quo *κατεμπάζειν* illud sola differt constructione. Tertium specie simile, significatione dispar est *Ἀμπάζονται ἀναβάλλονται καὶ τὰ ὅμοια* EM. quod Hesychius *ἀναπαύονται* interpretatus est. cf. Ahrens. dial. dor. 285. Sed transeo ad epsilon. *Τρία μόνα δισύλλαβα τῷ ε παραληγόμενα, ῥέζω, ἕζω, χέζω, οὐδὲν δὲ τρισύλλαβον· κατὰ τροπὴν οὖν γίνεται πιέζω, οἱ δὲ Δωριεῖς πιάζω* EM. 671, 24. quod idcirco Herodianus *π. Μον.* p. 44, 2. analogiae convenientius judicat; ac *πιεζῶ* quoque compare caret; nam *τραπεζῶ* tertiae est conjugationis. Quod ille praetermisit *ῥέζω τὸ βάπτω*, fortasse a *ῥέζω* facio non diversum esse credidit. Et hanc opinionem non mediocriter confirmant syntheta latina *inficere* et *sufficere* id est tingere sive *ῥέζειν*, unde *ῥεγεύς* infector,

10) Theocr. XVI. 97. *ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι λεπτὰ διαστήσαιντο* Schol. *διυφήνειαν.*

11) Quae his praemissa sunt *δίασμα — ἀπὸ τοῦ δαίω τὸ μερίζω δάσμα καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι δίασμα*, nullo modo cum verbo *διάζομαι* conciliari possunt, nisi quid excidit *ἢ παρὰ τὸ δαΐζω δάϊσμα καὶ ἐν ὑπερθέσει.* Poll. VII. 32. *προφορεῖσθαι Ἀττικοὶ ἔλεγον τὸ διάζεσθαι.*

ῥέγος et ῥέγμα, quibus Glossographi importune intermiscent ῥῆγος et ῥάκος. Neque ab alio verbo compositum arbitror καταῤῥέζω, quo proprie usus est Oppianus ἀκάνθας ἧκα καταῤῥέξειεν ἐπικλίνοι τε πιέζων Hal. IV. 611. hoc est deprimere, cui in altero sermone perfecte tanquam imago respondet *deficere*, unde vestimentum *defectum* pro detexto et desecto ut nos dicimus *heruntermachen* et *herabthun* pro detrahere καταβιβάζειν.[12]) Translati vero alia est constructio, καταῤῥέξαι τινά demulcere alicui caput Hom. et absolute de inclinatione manus τοὺς δ' ἅμ' ἕπεσθαι χειρὶ καταῤῥέξασα—ἄνωγεν Apollon. IV. 686. in quibus illa significatio ductus deorsum euntis non evanescit. Κλέζω καλῶ Hes. aeque inauditum est ac nomen Κλέθος κληδών. Verba in ηζω ne anquiramus auctor est Choeroboscus Cram. II. 185. Gaisf. T. III. 28. et Schol. Il. I. 317. τὰ διὰ τοῦ ιζω τὸ ι ἔχει βραχὺ πλὴν τοῦ δανείζω καὶ κλήζω, cui χρῄζω addi poterat; nam id quoque neglectu loquentium iota amisit. Verum haec paragoga sunt; Βήζει φωνεῖ Hes. quod interpretes pro βή βή λέγει vel βληχᾶται accipiunt, si incorruptum, certe fictum est e sono vocis. Quartam vocalem sortita sunt ἴζω, βλίζω, βρίζω, δίζω, κνίζω, κτίζω, νίζω, πρίζω, στίζω, σχίζω, praeter quae Hesychius multa suppeditat auctore nullo firmata: Λίζει παίζει et Λίζουσι παίζουσι, quae Ruhnkenius ex ψιάζω corrupta putat Epist. p. 214. sed defenduntur verbo consimilis soni et significationis λᾶσθαι παίζειν et γλιᾶσθαι παίζειν. Idem Ῥίζειν τρώγειν καίειν θηλάζειν, Ψίζομαι κλαίω[13]) etc. Alia sonis naturalibus assimilata sunt: ἀῤῥίζειν hirrire, σπίζειν friguttire, τρίζειν stridere et defectiva, de quibus subtiliter disserit Zenodotus EM. 712, 33. τοῦ σίζω ἐνεστῶτος ἕτερον μὴ ζήτει χρόνον μήτε ἔγκλισιν—καὶ τοῦ λίγξε μὴ ζήτει θέμα μηδὲ ἄλλο τι· ἀφαιρήσεις γὰρ τὴν λέξιν τῆς ἐμφάσεως τῆς τοῦ ἤχου μιμήσεως· ὁ Νίκανδρος

12) Ἀποῤῥέξαντες ἀπομερίσαντες Ἰσαῖος Suid. quo mirum est oratorem atticum usum esse. Quaeritur num ἀπορέξαντες scripserit hoc est *verabgereicht habend*, ut bavarice loquar.

13) Alibi Ψίνδεσθαι κλαίειν. Pro Ἔψιδεν ἤχουσε, nisi quis melius suaserit, ἔκλαυσε ponam.

ἐπιλίζοντας ὀϊστοὺς τοῦ λίγξαι τὸ θέμα θελήσας εἰπεῖν ἔφθειρε τὴν τοῦ ἠχοῦ μίμησιν. Οὐκ ἀπὸ θέματος οὖν ταῦτα ἀλλὰ ἀπὸ τῶν φωνῶν ἡ ὀνοματοποιΐα, quibuscum consentiunt alii in Cram. I. 268. Macrobius de Diff. p. 752. et Eustathius p. 1119, 60. οὐδὲ τοῦ ἔκλαγξαν ἔστιν εὑρεῖν ἐνεστῶτα κλάγγω [14]) οὐδὲ τοῦ λίγξε τὸ λίγγω οὐδὲ τὸ κρίζω τοῦ κρίκε ἢ κρίγε. Hoc praesens tamen non inusitatum fuisse testantur Glossographi et omnino monitoribus illis non tantum auctoritatis adjungo ut ὑποκρίζων Aelian. H. Ann. VI. 19. et boeoticum κριδδέμεν ridere Athen. XIV. 622. A. repudiem, quae editores pro aliis minus aptis reposuerunt conjectura probabili. Sed certe σπίζω Etymologorum commentum est nomina σπιδής, σπίδιος et σπιθαμή explicare conantium. Θρίζω ex θερίζω contractum esse pervagata est opinio, cui non adversor, etsi illud proprium significationem metendi nunquam recipit. — Τὰ εἰς οζω τρία ἐστίν ὄζω, ἁρμόζω, δεσπόζω Theogn. p. 142. quibus addi possunt ad similitudinem soni efficta ῥόζειν, quod Suidas proprie de voce canum, tum etiam pro ῥέγχειν dici ostendit, et τρυγόζειν ἐπὶ τρυγόνων Herodian. in Anecd. Bekk. 1452. nisi is τρυγονίζειν scripsit ut χελιδονίζειν. — Verba in υζω conjuncte conserteque producam quia difficilis est naturalium et positivorum distinctio βύζω, βλύζω bullio, βρύζω semel lectum in Archil. Fr. V. βρῦτον Θρῆξ ἔβρυζε pro βρύλλειν potare ut videtur v. Schneidewin. Beitr. z. Krit. der Poet. Lyr. p. 88. γρύζω, κλύζω, κνύζομαι quod saepius et fortasse rectius κνυζῶμαι et κνυζοῦμαι scribitur, λύζω idem quod λυγγάνω, μύζω muttio, ῥύζω ringor, τρύζω trisso, [15]) σκύζομαι, σφύζω

14) Ex latino clango cognosci non potest quae fuerit verbi graeci conformatio; namque terminatio interdum eadem est in utroque sermone ἄγχειν angere, τέγγειν tingere et stinguere, sed saepius diversa: pango, plango, frango, tango, cingo, lingo, distinguo, ninguo, ringor, jungo, emungo. Stringo, pingo, pungo cognata sunt graecis στλεγγίς, ποικίλλω, πικρός v. Prolegg. 113. sed fingo, ungo et fungo quo referri possint, parum exputo.

15) Τρύζει γέγραπται καὶ μετὰ τοῦ σίγμα καὶ χωρὶς ἀπὸ τοῦ γινομένου ψόφου πεποιημένον Galen. Comm. II. in Progn. T. XVIII. P. II. 134.

quod Eustathius scripsisse videtur pro *σύζω* p. 1746, 22. *φθύζω*, *φλύζω τὸ ἀναβάλλω* Sch. Apoll. I. 275. Sch. Nic. Al. 214. *ὑπερφλύζει ἀναῤῥεῖ ἐκφυσᾷ* Hes. *διαφλυχθεῖσα διαχυθεῖσα* Galen. Lex. Praeterea in hoc numero Theognostus p. 142, 28. *φύζω* retulit quasi usitatum esset, fortasse propter nomen *φύζα*, cui similia *ἄζα*, *κνίζα*, *σπίζα*, *σχίζα*, *βύζα* a similibus ducuntur verbis; nam participium *πεφυζότες* negant a tali principio oriri potuisse quia perfectum medium nunquam duplicem pro charactere habeat EM. 667, 31. sed aut tropen ionicam esse ut ab *ὀλίγος ὀλίζων* aut syncopen verbi *φυζάω*, cujus participium extat *φυζηθείς* et paragoge *Φυζάναι φυγεῖν*, Hes. *φυζάω* autem Heraclides a *φύζα* repetit ut a *κίσσα κισσάω* Sch. B. ad Il. XXII. 1. Eust. 1740, 19. Arc. 157, 19. alii a *φύζω* ut ab *ἴζω ἴζηκα* Cram. I. 213. Quod vero Matthiae in Gramm. p. 638. ex Hesychio affert *Φῦξαι* (*φύξαι*) non satis est ad testandum praesens.[16]) Cum *πεφυζότες* conferri potest *Μεμυδώς ῥέων* Hes. et *μεμυδότες* ab Antimacho positum pro *μεμυδηκότες* v. ad Buttm. p. 31. cui simile principium affingit EM. 633, 40. *ἀπὸ τοῦ ῥῶ ῥώζω ῥωδῶ ὀῤῥωδῶ ὡς μύζω μυδῶ*, *ἐρίζω ἐριδῶ*, cujus unum reperitur exemplum *ἐριδδήσασθαι* idque in antiquis commentariis, ut Schol. tradit, aliter scriptum *ἐριζήσασθαι* sed falso, nam ab *ἐρίζω* vel *ἔρις* unum derivari potuit *ἐριδέω* ut a *κηκάζω* vel *κηκάς Κηκαδεῖ λοιδορεῖ* Hes. quod non recte attentari puto. Neque interest utrum *μυδάω* a nomine *μύδος* ducatur an a verbo illo *μύζω* ut a *σφύζω σφυδάω*, *φλύω φλύζω φλυδάω* et *φλυδέω*, unde *φλυδούμενος τῆς πρώτης συζυγίας* Cram. II. 424. Sciens praeterii *στύζω*, de quo EM. 731, 25. *ἀπέστυξαν ἀπὸ τοῦ στύζω ἢ στύγω*, quorum neutrum reperitur. In *ωζω* duo afferuntur in Epim. Cram. I. 36. *κρώζω* et *σώζω*, quorum illud ex sono naturali expressum est ut *ὤζω*, *κλώζω* glocio et *τρώζω*, quod Hesychius interpretatur *ψιθυρίζω συνουσιάζω* gannitum, ut videtur, venereum significans, alterum paragogis adnumeran-

16) In cod. adscriptum est *φύξαι φύξειν φυγεῖν*, quod sic corrigendum videtur *φύξαι φύξειν*, *φυγεῖν*, etymologice constructum ut *φυγὴν φεύγειν* v. Parall. 524. vel *φυγῇ φεύγειν* Job. XXVII. 22.

dum ut *χρῴζω, πλῴζω, φῴζω*, quae Grammatici iota ineffabile habere ajunt EM. p. 667, 25. p. 803, 47. Theogn. 142. et *ἐπῴζω* ex *ἐπωάζω* contractum. Diphthongos hoc genus verborum admittit omnes sed plerasque raro et velut delibandi causa—*οὐδὲν εἰς ζω λῆγον πρὸ τέλους ἔχει τὴν αι ἀλλὰ μόνον τὸ παίζω* Herodian. *π. Μον.* 22, 31. namque *βοραίζω, σφαδαίζω, ματαίζω* qui scribere instituerunt, tamen iota pronunciare non sunt soliti v. Eust. 1554, 25. illius vero verbi insolentiam excusant nomine syncopae *ἐκ τοῦ παιδίζω* Theogn. l. c. [17]) Item unum est *φαύζειν τὸ φρύγειν Ἀττικοὶ* Phot. et Eust. 962, 50. quod ad *φῴζειν* eandem rationem habet quam *φαύσκειν* ad *φώσκειν*. *Βαύζειν* aliquoties apud Grammaticos legitur sine punctis diacriticis sed sine ratione, quodque Brunckius in exitu senarii edidit *καταβαύξας* Anth. VII. 108. jure improbatum est v. Hecker. Comm. de Anth. 242. De tertia Theogn. l. c. et Gramm. de Quant. T. II. 312. *τὰ διὰ τοῦ ιζω ῥήματα διὰ τοῦ ι γράφεται—σεσημείωται τὸ δανείζω· γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ δανειάζω*, quod ad praesentem causam nihil attinet. Neque quartae aliud exemplum quam *φεύζω*. De verbis in *οιζω* idem ille et Herodianus Epim. p. 252. ita loquuntur ac si unum nossent *ἀθροίζω*, quod ne primitivum quidem est: *τὰ διὰ τοῦ υζω ἅπαντα διὰ τοῦ υ γράφεται τρύζω, σκύζω κ. τ. λ. πλὴν τοῦ ἀθροίζω καὶ ῥοιζῶ τὸ περισπωμένον.* [18]) Sed idem accentu gravi notatum exhibet Eustathius 1792, 22. *ῥάζειν καὶ ῥοίζειν κυρίως ὑλακτεῖν*, nisi is *ῥύζειν* scripsit, unde compositum est *ἐπιῤῥύζειν*. Ex EM. 619, 58. *Ἀπολλώνιος λέγει ὅτι ἔστιν οἴ ἐπίῤῥημα σχετλιαστικόν· ἐκ τούτου γίνεται οἴζω ὡς αἴ αἴ αἰάζω*, non clare intelligitur verbum *οἴζω*, unde Sch. Od. XIV. 415. Sch. Nubb. 657. *οἰζύς* derivatum putant, a Graecis dictum esse, quodque Lexicographi nostri hinc conflatum ajunt *δυσοίζω*, ne significationem quidem lamentandi habet sed potius mala ominandi, *κάκ' ὄσσεσθαι*, quare magis consentaneum videtur ad *οἴομαι opinor* recurrere; sin proprie

17) *Ὠράζομαι* quod Meinekius Com. Fr. I. 557. aliquot locis restituit, Grammaticis illis ignotum fuisse apparet.

18) Addit Herodianus *ὄθεν καὶ εὔροιζον χρυσίον* id est *ὄβρυζον*.

τὸ δυσφορεῖν, ut aliqui tradunt, significavit, ad οἴω (οἴσω) referendum est quamvis diverse declinatum ἐδύσοιξα. Jam nihil restat praeter κρούζω, quod EM. 541, 47. ex κροβύζω extitisse refert exemto beta, sed testem non sistit.

Adnotamentum. Horum pleraque a puris procrevere. Primum est verbum ἄζω τὸ ἀζαίνω (asso) quod veteres ab ἄω (ἄημι, αὔω) repetunt assensu facili quia ventus siccat, duoque similia in Anecd. Bekk. 348. ἄζειν τὸ στένειν Σοφοκλῆς, τὸ διὰ τοῦ στόματος ἀθρόως ἐκπνεῖν ἄζειν λέγουσιν Ἀττικοὶ μιμούμενοι τὸν ἦχον τοῦ πνεύματος, quae Ellendtius in Lex. Soph. perspecte distinguit; nam prius illud, quod expressius ἀάζειν dicitur, ab interjectione provenit, hoc est a parte orationis significabili ut φεύζειν, ὤζειν. Ab illo epiphonemate vel, ut veteres vocitant, adverbio admirandi ἄ sive ἆ nescio an ἄζω sive frequentius ἄζομαι natum sit et ab hoc porro ἄγη et ἄγαμαι. Ex Hesychii glossis Λάσθω χλευαζέτω, Λάσθαι (λᾶσθαι) παίζειν λοιδορεῖν, nisi quid vitii contraxerunt, apparet verbum fuisse λάω, ex quo factum est λάζω τὸ ὑβρίζω et λάσθη. Ab homonymo λάω, cui affinia sunt λῃΐς et λεία sive dorice λαία *captura*, originem duxit λάζομαι, ab alio quodam λάω, quod in λάσκω transfiguratum est, λαλάζω, sive id reduplicatum dicere volumus sive a λάλος derivatum, quod ad λάω referri dixi ut φαλός ὁ λαμπρός ad φάω. Κράζω unde coeperit demonstrat Herodianus EM. 539, 4. Cram. I. 268. ἀπὸ τοῦ κρῶ κράζω καὶ κρώζω, cujus testes nominavi in Diss. I. §. 1. — Φράζω παρὰ τὸ φῶ τὸ λέγω πλεονασμῷ τοῦ ϱ EM. cujus in vestigia insciens incurrit Wyttenbachius ad Plut. de Aud. Poet. p. 236. Pondus sententiae addit Hesychii glossa Πιφραύσκω πιφάσκω, quod EM. 673, 54. ob eundem pleonasmum adnotavit profectum fortasse a poeta, qui primam verbi πιφαύσκω syllabam sine ejusmodi sustentaculo produci posse diffideret. Sed animum diversum trahit nomen φρήν, cujus dativus doricus φρασί conjunctus cum verbo φρανίζειν i. q. φρενοῦν eam habet cum φράζω similitudinem ut opinio existat utrumque ab obsoleto quodam φράω ortum esse, verbum quidem sic ut κλάζω a κλάω frango, κράζω a κράω, βιβάζω a βάω, nomen autem ea ratione qua γλήν a γλάω (λάω

γλαύσσω). Jam si ab hoc φράω derivatum est φράσσω, non mirum videri potest nomen φρενῶν proprie declarare diaphragma, quo exta ab inferiore intestinorum parte separantur quasi septo. Quomodo hinc ad intelligentiam translatum sit nescire se profitetur Hippocrates nisi quod praecordia laetantibus et dolentibus quodammodo commoveantur; sed verius Aristoteles censet ὅτι αἱ φρένες οὐ μετέχουσι μὲν τοῦ φρονεῖν, ἐγγὺς δ' εἰσὶ τῶν φρονούντων (cordis) v. Dietz. ad Hipp. Morb. Sacr. p. 183. A φρονεῖν autem nihil differt φράζεσθαι. — Σφάζω παρὰ τὸ φῶ EM. cujus aoristum fingit Hesychius Φάσγανον παρὰ τὸ φάσαι. Σχάζω et quod Atticistae praeferunt σχάω eandem habent significationem laxandi atque aperiendi et communem originem a thematico χάω, unde Χάος ἡ χώρησις καὶ τὸ κενόν Hes. *chaos unitas hians patensque* Fest. παρὰ τὸ χαδεῖν Schol. Hes. Th. 116. et Χάσις διάκρισις χώρησις sive χώρισις, multaque alia quibus subjecta est notio vacandi et vacuandi; primum verba hiandi χάσκω, χαίνω, κάπτω, tum quae capere et capacem esse significant χανδάνω et ἔχαδον, quo Nicander Alex. 307. utitur pro ἔλαβον, sicut uno germanico verbo *fassen* duo exprimuntur graeca χαδεῖν et λαβεῖν, tertio χάζω (χάζομαι) cedo, nam cedendo locum vacuefacimus sicut κενοῦν quoque dicitur pro discedere *raeumen* v. ad. Aj. v. 987. [19]) et hinc composita Προχάζω προβαίνω Phot. id est procedo, Παράχασον ἀναχώρησον, Συγχάζω συγχωρῶ (concedo) Hes. Ex latino *cedo* resonat graecum κήδω, quod non ex se cognoscitur sed ex perfecto κέκηδα i. q. ὑποκεχώρηκα atque ex aoristis κέκαδον, κεκάδοντο (v. ad Buttm. 322. et 323.) ἀπὸ τοῦ χάζω τροπῇ τοῦ δασέος εἰς ψιλόν EM. Haec autem trope per hanc totam familiam commeat; namque non solum pro κάπτω successit χάπτω, quod Eustathius 1481, 35. non ita pridem increbuisse significat, sed etiam Κήτει στερήσει et Κῆτος ἀπορία affert Hesychius, quae ne mendose, ut Stephanus censet, scripta esse putem, retinent me vasorum vocabula κήθειον sive χείτιον τὸ χωροῦν ἀστραγάλους ὃ καὶ κείθιον ἰωνικῶς λέγεται παρὰ τὸ χείω τὸ χωρῶ Eust.

19) Χάζειν pro amittere dici ostendit Du Cangius.

1259, 38. triaque illa quae Schol. Arist. Eqq. 1158. gregatim producit *κημὸς ὁ κάδος τῶν δικαστῶν καὶ ὁ χάβος* id est capistrum, quod a capiendo dictum est ut a capacitate *capis κάπετις καπίθη*, *κάδος* autem in EM. non intempestive ad *χάζω* refertur. In cumulum accedunt Hesychii testimonia *Ἀγκάλαον ἄνοιξον* hoc est *ἀναχάλασον*, ut Koenius docuit ad Greg. 343. et *Ἐκκαλάξαι κλῖναι τὸ ἱστίον*, unde *funes calatorii quibus antenna suspenditur* Veget. a verbo calare sive chalare, quibuscum Schneiderus ad Vitruv. T. III. 296. confert *σχαστήρια*. [20]) Horum omnium fundamentum est illud quod diximus *χάω*, cujus varia inclinamenta *κέκηδα*, *κέχανδα*, [21]) *ἔχαδον*, *χανδάνω* conferri possunt cum *ἤδω*, *ἄδον*, *ἀνδάνω*, nam his quoque thema purum *ἄω* satio affingendum videtur. Quod ultimum est hujus generis *σκάζω*, dentalem non a natura ingeneratam habere, conjicimus ex adjectivo *σκαιός*, *σκαμβός*, *σκιμβός* i. q. *χωλός*. — Ad secundum ordinem pertinent *ἕζω παρὰ τὸ ἕω* EM. cui subjectum est *ἧμαι*, et *χέζω* a *χέω* fundo ut latine dicitur *profusio* alvi. Eodem complemento ab attico *πρίω* procrevit *πρίζω*, a *κνάω κνίζω*, a *ψάω*, unde Schol. Arist. Rann. 493. *ψωμός* natum dicunt, *ψίζω* quod Hesychius s. *Ἐπιψίζει* interpretatur *ψωμίζω*. *Βλίζειν*, pro quo *βλίττειν* receptum est non ut EM. 260, 32. a *μελίζειν*, neque hoc a *μέλι* sed utrumque a *θλάω* sive *φλάω* repetimus, cujus vocalis in iota transit assumta consona variabili, *θλίβω*, *φλίβω*, *βλίμη*, *βλιμάζω οἱονεὶ θλιμάζω* Suid. quo modo etiam *βλίττω* exponitur. Haec generalem habent premendi significationem sed quod Virgilius dicit *pressis cogere mella favis* Georg. IV. 140. proprie nominatur *βλίττειν*, cujus forma primitiva est jam antea allata Diss. I. §. 3. *βλεῖν τὸ βλίσσειν*, aucta *Βλάσκει καπνίζει*, hoc est *βλίττει* ut ex aliis ejusdem Hesychii locis apparet

20) Cum hoc convenit *casteria locus ubi cum navigatio conquiescit, remi conquiescunt* Non. *σχάσαι κώπην* Pind. id est laxare (*χαλᾷν*) et remittere; *φροντίδα σχάσαι* Aristoph. Schol. *παῦσαι*. Quae si vera est interpretatio, in Coluth. v. 57. pro *δολίην ἐφράσσατο βουλήν* scripserim *ἐσχάσσατο* remisit et abjecit.

21) Litera *νῦ* mobilis est in derivatis *εὐρυχανής*, *εὐχανδής*, *πολυχανδής*, *εἰρυχαδής*, *χανδόν*.

Βλίσαι καπνίσαι μελίσσας, Ἐκβλίσαι ἐκθλίψαι· βλίζειν γὰρ τὸ τὰ κηρία θλίβειν, quibus omnibus convenit prototypon *βλίω*. *Βρίζειν* a *βρί βαρύ* derivatum proprie gravedinem somnulentam, ut Apulejus loquitur, significare Nitzschius censet ad Odyss. IX. 149. *Δίζω* sive *δίζημαι, δήω, δεδάομαι* confines sciscendi, sciscitandi et sciendi complectuntur notiones a *ζίω ζητέω* non alienas. Nec *κτίζω* a *κτάομαι* tam longe discedit ut cognatio non appareat. *Νίζειν* et *νίψαι* grammaticus Cram. I. 291. *ἀπὸ τοῦ νῶ τοῦ ῥέω*, nec dissimilem illi potestatem habet *νοτίζω*, cui quae praemissa sunt nomina *νότος, νοτίς* et *νοτία* ad idem *νέω* revocari possunt. *Σίζειν*, quod Eustathius 1241, 15. cum *ζεῖν* contendit, certe tam nativum est quam germanicum sibili nomen. Verbi *σχίζω* prototypon Salmasius ponit *χίω*, unde nomen literae *χῖ* ductum esse; nostra sententia magis ad *κέω* sive *κείω* inclinat, unde *κεάζω* et *σκεδάζω* repetimus v. C. I. §. 3. — *Ὄζω* simile est verbis halandi *ἄω* et *ἄζω*. De proximo genere *Ἡρωδιανὸς πείθεται Φιλοξένῳ εἰπόντι ὡς τὸ κνυζῶ· παρὰ τὸ κνύζω, τοῦτο δὲ παρὰ τὸ κνύω γίνεται ὥσπερ μύω μύζω, τρύω τρύζω* Eust. 1746, 4. quo non affirmatur *κνύζω* aliquando in usu fuisse hoc intellectu. Sed usitatum est *μύζειν* significatione duplici mussitandi et sugendi. Schol. Arist. Thesm. 231. *παρὰ τὸ μῦ παρῆκται τὸ μύζειν πολλοῖς ἄλλοις ὁμοίως*, nempe ut *γρῦ γρύζω, φεῦ φεύζω* etc. Cum eadem vero interjectione colligatum est *μύειν χείλη ἢ ὀφθαλμούς* et *μύζειν*, quod Photius interpretatur *θηλάζειν λείχειν ἐκπιέζειν*, arctioribus quam *μύειν* finibus terminatum; nam de labris modo dicitur vel proprie pro sugere ut *μυζᾶν* v. ad Aj. p. 179. et novitium *βυζάνειν, βυζάστρια*, vel figurate *Μύζοντος μυκτηριζομένου* et *Μυκτηρίζει χλευάζει ἀπὸ τοῦ μύζειν τοῖς μυκτῆρσιν* Hesych. Interjectioni non absimilis est vox bubonis, qui graece *βύζα* dicitur *ἀπὸ τοῦ βύζειν*. Diversum vero *βύζειν*, quod pro *βύειν* valet, unde perfectum *Ζέβυται νένακται* Hes. id est *βέβυσται*. Nec *βλύζειν* et *φλύζειν* discrepant a *βλύειν* et *φλύειν*. *Τρύζειν*, cui synonymon est *γογγύζειν*, et *Θριμμός γογγυσμός* Hes. si a *τρύειν* ortum habent, proprie sonum significant qui fit terendo [redacted]*τερετίζειν*, non dissimilem susurri, de quo *θρεῖν* dicitur.

Verum hic nos obturbat vocalium similitudo ad distinguendum difficilis. Quemadmodum enim in Ev. Marc. IX. 18. pro *τρίζει τοὺς ὀδόντας* in codd. nonnullis scriptum est *τρύζει*, sic inter haec verba scriptura fluctuat saepissime v. Jacobs. ad Philostr. p. 232. et est ubi nihil referat: *ὁ τρυσμός ἢ τρισμός, ἑκατέρως γὰρ αὐτὸν ὀνομάζουσιν, ἐπὶ φυσώδει πνεύματι γίγνεται* Galen. de Sympt. Caus. III. 6, 242. T. VII. Ex hoc tamen non sequitur ut ubique inter se commutari possint, quod non permittit Eustathius p. 229, 25. *τρίζειν ἔστι τὸ λεπτὸν ἠχεῖν κατὰ τὰς νυκτερίδας, τὸ μέντοι τρύζειν, ἀφ' οὗ ἡ τρυγών, τραχυφωνότερόν ἐστι*, quo duce Jacobsius ad Anth. XI. 352. vulgato *χορδὴ ὑποτρύζουσα* praefert Planudeum *ὑποτρίζουσα*, quod magis cum *τερετίζω* convenit cf. Wernick. ad Tryph. p. 285. Ac mihi quoque *τρύζειν* a *τρίζειν* tantum differre videtur quantum gravis sonus ab acuto et iccirco iis locis ubi mures, serpentes, cicadae et hirundines Anth. V. 327. *τρύζειν* dicuntur, aptius judico *τρίζειν*, rectum vero *ὀλολυγὼν ὑποτρύζεσκε* Theocr. VII. 139. quanquam confundit Hesychius *Τριγός τρυγών*. Et in universum si quis caetera hujus generis facticia mediocriter modo consideraverit ut *κράζω, κρίζω* [22]) *κρώζω, κλάζω, κλώζω, φλάζω παφλάζω λέξις ἦχου μιμητικὴ παρὰ τὸ φλέω ὃ καὶ φλύω λέγεται* EM. 756, 48. *φλύζω, χλάζω, καχλάζω, κιχλίζω*, non dubium fore puto has vocalium vicissitudines dedita opera variis sonorum modulamentis accommodatas esse. *Λύζειν* nihil ulterius habet, sed *κλύζειν* et latinum *cluere* id est purgare, simile est graeco *λόω*. *Σφύζειν* ad *σπᾶν, σφαδάζειν, σφαραγεῖν* referri oportet, de quibus supra exposui. *Στίζω* a *στάζω* ortum esse hariolatio est Herodiano vix digna in EM. 539, 5. *Σχάζω* et *σχίζω* interdum commutari possunt v. ad Phryn. 219. sed natura tamen diversa videntur, cognata vero *ἕζομαι ἵζω, κεχλαδώς κεχλιδώς* v. ad Buttm. 326. Jam breve quiddam restat de mutatione consonae finalis. *Λάσθω κακόλογῶ* patet idem esse ac *λάζω ὑβρίζω*, sed *βιβάσθων* plurimum differt a

22) *Γαλῆ κρίξασα* Aelian. H. Ann. IX. 41. cod. *τρίξασα*. *Τρισμὸς μυός* Plutarch. cf. Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 415.

βιβάζων. Saepius commutantur ζ et ττ. De *ἄττεσθαι* et *διάζεσθαι* quid sit dubitationis alio loco declaravi. *Αὐχάττειν ἀναχωρῆσαι καὶ τὸ ἐμμένειν χάττειν* Hes. qui fortasse pro hoc *ἐγχάττειν* scripsit hoc est *ἐγχωριάζειν* locum tenere. De *βράζω* et *βράττω*, unde fluxit verbum mediae aetatis *braxare*, v. ad Buttm. 132. et Friedemann. ad Strab. 577. Sed *δάζω ἢ δάσσω* ab EM. 249, 39. et *διαδάζομαι* in Thes. sine idonea ratione ficta sunt propter *δάσασθαι*. Ab aeolico *πλάζω τὸ πλήσσω* Aristarchus distinxit commune *πλάζω* longitudine syllabae prioris *ἐκτείνων τὸ α* Sch. Od. V. 389. Hujus tamen viri respectus non praepedit quominus utrumque idem esse putemus et ab eodem primitivo *πέλω* (pello, *πελεμίζω*) derivatum, unde *τειχεσιπλήτης* dictus videtur qui muros impellit. Sed *πλήσσειν* perstitit in significatione pulsandi, *πλάζειν* autem dicitur pro *ἐκπλήσσειν τινὰ τῆς ὁδοῦ* vel *τοῦ κατ' ὀρθὸν λογισμοῦ* Lucian. de Laps. c. 16. uno verbo *πλανᾶν* vel *πλαγιάζειν* detrudere *recta regione viai* et medium *πλάζεσθαι* pro delinquere hoc est viam rectam relinquere v. Doederlein. Syn. T. II. 140. quibus applicui *ἁπλακεῖν* sive *ἀμπλακεῖν deerrare, peccare* ad Aj. v. 598.[23]) Huic similis est aoristus *ἔπτακον*, qui sive ad *πτάζω* refertur, quod Grammatici cum macroparalecto *πλάζω* (*πλήσσω*) componunt v. Parall. 405. et 408.[24]) sive ad *πτήσσω*, aequabilitatem declinationis pariter transit; nam verba in ζω et σσω exeuntia non faciunt *κον* aoristo; quare in numero *τῶν ἡμαρτημένων ἀορίστων* habendum erit ut *κρίκε*, quod Herodianus admiratus est *πῶς ἀπὸ τοῦ κρίζω ὢν ὁ δεύτερος ἀόριστος οὐδὲ διὰ τοῦ γ ἐστὶν ὡς ἔστιγον* (vel *ἔστυγον*) *οὐδὲ διὰ τοῦ δ ὡς ἔφραδον* EM. 538, 51. alii *κρίγε* vel

23) Hic dictis adde *Πλαγκτός παραπλήξ* Sch. Od. XXI. 363. et rupium nomen *Πλαγκταί* et *Πληγάδες—ὅτι πλάζονται ἢ ἀπὸ τοῦ προσπλήσσεσθαι αὐτοῖς τὰ κύματα* Sch. Od. XII. 61. Hesychii glossa *Παγγάς πλάνος* alieno loco posita videtur pro *πλαγκτάς πλάνους*. Schol. Pind. Ol. VII. 56. *ἀπὸ τοῦ πλάζω, ὃ σημαίνει τὸ πλανῶ, ποιεῖται ὁ μέλλων πλάξω*, haud dubie *πλάγξω* scripsit. Nicander *ἐμπλάζω, ἐπιπλάζω* et *παραπλάζω* usurpavit pro medio.

24) In Herodiani loco scribendum erat *σημειῶδες οὖν τὸ σύνηθες πᾶσι κράζω — εἰ μὴ ἄρα τῷ κρώζω ἰσοχρονῆσαι ἠθέλησαν.*

τρίγε scribere, alii soni proprietate excusare maluerunt. Aoristo πτακών thema reddendum est πτάκω authypotactum illud ut δάκω, λάκω. Σφάζω communis dialecti censetur, σφάττω atticae. Praeter βλίζω in usu fuit βλίττω et βλίσσω Cram. Anecd. Paris. T. I. 169, 28. quod Buttmannus olim repudiavit; φρίζειν Hesychius affert pro φρίττειν. Pro βλύειν sive βλύζειν Graecos etiam βλύττειν dixisse Schneiderus ad Plat. Civ. T. III. p. 90. sq. non persuadet. Γρύττειν nonnullos pro γρύζειν pronunciare Lucianus indicat. Λύττω ex uno Pollucis loco enotatum, λύζω frequentissimum est; Thomas Λύζω τὸ τῷ κοινῶς λεγομένῳ κλώξῳ κατέχομαι, cui quae proxima cognatione conjuncta sunt κλωγμός et κλωσμός, κλώζω et κλώσσω glocio, significatione differunt. Ὀλολύττω οὐκ ὀλολύζω Phot. Pro ποιφύσσων in Schol. Nic. Th. 179. scriptum est ποιφύζω, aliunde non constat. Ἐπιφθύσδοισα in duobus Theocriti locis Scholiographus duplici ratione explicat ἢ πτύουσα ἢ ψιθυρίζουσα, quorum illud confirmat synonymia verborum πτύω et ψύττω spuo et permutatio literarum $\overline{\psi}$ et $\overline{\varphi\vartheta}$, Ψατᾶσθαι προκαταλαμβάνειν (φθάνειν) Λιψάρα διφθέρα Hes. v. C. I. §. 9.

§. 3. Τὰ εἰς $\overline{\vartheta\omega}$ δισύλλαβα ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς φωνῆεν λήγουσαν μετὰ βραχείας πλὴν τοῦ $\overline{\varepsilon}$ περισπᾶται τιθῶ, ποθῶ. Τὸ μέντοι σχέθω βαρύτονον. Σεσημείωται τὸ ὄθω Arcad. 156, 21. Verum σχέθειν, unde Herodianus nomen σκιά derivatum esse credidit Schol. in Aristot. Categ. p. 85. b. 42. inusitatum esse veteres ipsi non diffitentur v. Parall. 46. pariterque πρέθω ab EM. 687, 40. fictum est ob aoristum ἔπρεσε ab Hesiodo positum, σπέθω et μέθω Theognost. p. 141. corrupta ex σπερέθω, νεμέθω ut dixi ad Buttm. 62. καταβλέθει καταπίνει Hes. eo loco scriptum ut facile corrigi possit καταβλέει sic ut ante legitur Καβλέει καταπίνει et Βλεῖ βλίσσει. Participii ἔθων deest prima positio, desunt cetera praeter perfectum εἴωθα.[25] Πείσονται πάθουσι Hes. consuetus est error pro πάθωσι.

25) Infinitivus Εἰθεῖν μαθεῖν Hes. si recte circumducitur, aoristo attribui debet; μεμαθηκός pro εἰωθός et μάθος pro ἦθος Hippocrati familiaria sunt.

Ὄθομαι Homerum habet auctorem, sed forma activa non reperitur nisi alio declinata Ὀθέων φροντίζων et Ὄθεσαν ἐπεστράφησαν, Ὀθεύω φροντίζω, Ὠθύλλετο διενοεῖτο Hes. nec convenit illa Heraclidae canoni verba barytona, quorum in penultima sit ο breve, aut in duas inniti consonas ut κόπτω, aut in duplicem ὄζω, δεσπόζω Eust. 1854, 58. Prorsus ementitum est ὄθω τὸ κινῶ καὶ μετὰ τῆς προθέσεως ἐνόθω ὅθεν τὸ ἐνήνοθα Epim. Cram. I. 135. quod Eustathius p. 77, 22. cum ὄθομαι et ὠθέω connectit atque nomini ἔνοσις praestructum putat p. 307, 15. Itaque consideratis omnibus res huc redigitur, nullum esse verbum in θω bisyllabum quin penultimam habeat vel natura longam vel positione vel utrinque. Vocalium tamen longarum prima non reperitur nisi in verbo πλάθω, hoc autem non nativum esse constat sed affectum ut περάω πρήσσω. Compluribus commune est eta, quae referunt Theognostus p. 141. et Theodosius Gramm. p. 72. γήθω, κνήθω, λήθω, νήθω, πλήθω, πρήθω, admixtis ficticiis δήθω ἀφ' οὗ παράγωγον τὸ δηθύνω, πήθω τὸ πάσχω et μήθω, quod ab Heraclide ponitur propter προμηθής, et ex μήδω conversum dicitur ut οὐθέν, θάσος, ψύθος Eust. 773, 33. Philem. §. 185. quasi a primitivo μάω non aeque proclivis fuerit decursus ad μάθος quam ad μῆδος. Quod Herodianus Epim. 245. et Epim. Cram. II. 231. adjiciunt ἀλήθω, paragogum est; δρήθω confictum ex aoristo δραθεῖν, sed injuria ab omnibus praeteritur σήθω. Praesens ἤθω nullo testimonio comprobare possum sed hinc certe natum est ἠθμός et aoristus in Galeni Exegetico Διῆσαι διασεῖσαι—δηλοῖ δὲ καὶ τὸ διηθῆσαι et Ἧσας διηθήσας, quanquam ἦσαι apud Hippocratem ipsum non legitur sed solum σῆσαι tum alibi tum in ipso, quem Galenus designat, Muliebrium secundo p. 766. 768. 769. 777. 817. ubique cribrare (κοσκινίσαι) significans non colare (σακελλίσαι) quod διηθῆσαι dicitur de Morb. IV. 332. In ιθω unum esse testificatur Grammaticus Cram. II. 403. et Theodos. l. c. τὰ διὰ τοῦ ηθω ῥήματα μὴ ἐν κινήσεσι γεννῶντα τὸ ο (πείθω πέποιθα) διὰ τοῦ η γράφεται χωρὶς τοῦ βρίθω, neque utimur mantissa Etymologi Gudiani p. 121, 37. πλὴν τοῦ βρίθω καὶ πρίθω καὶ θρίδω, quae nescio utrum librariorum errori

deleganda sint an technis scholae; *πρίθω* quidem ponitur ab EM. 637, 40. ubi verbi *πρήθω* stemma texit: *πρίω πρίθω πρέθω πρήθω* — alterum ex *φθίθω* corruptum esse potest quod a Choerobosco Dict. II. 636. fingitur contra usum: *φθίθω ἐνεστὼς οὐκ ἐν χρήσει, ἐπειδὴ οὐδέποτε εὑρίσκεται διαύλλαβος ἀρχομένη ἀπὸ δύο δασέων* Schol. Oppian. I. 54. cf. Parall. l. c. Aut ille scripsit *πρήθω καὶ δρήθω* solumque *βρίθω* ex regula excepit, librarii autem ordinem perturbaverunt. — In *υθω* unum est prisci usus[26]) verbum *πύθω* putrefacio, sed *Ἔψυθεν ἐψεύσατο* Hes. cui nomina *ψύθος* et *ψυθών* assistunt, aoristus videtur verbi intermortui *ψεύθω* et pro *Πύθομαι ἀκούω* eidem reddi potest *πύθωμαι*. — *Τὰ διὰ τοῦ ωθω διὰ τοῦ ω γράφεται κλώθω, γνώθω, ἀφ' οὗ τὸ ἐγνώσθη, βρώθω ἀφ' οὗ τὸ βέβρωθα, πρώθω, ὥθω· τοῦτο δὲ κλίνεται καὶ ὡς ἀπὸ περισπωμένου* Theogn. 141, 26. *Γνώθω* legitur in Glossis graecobarbaris Du Cangii sed ille confinxit propter sigma aoristi passivi, quod quia in *ἐβρώθην* et *ἐτρώθην* non comparet, a diverso his themate repetendum credidit, eamque ob causam etiam *ἐπρήσθην, ἐπλήσθην* etc. a *πρήθω, πλήθω* arcessunt potius quam a praesentibus iis, quae publice comprobata sunt. Quod e vestigio sequitur verbum, non legitur nisi semel in optativo *βεβρώθοις*, quem ille perfecti esse putat, alii praesentis syracusani. Jam sicut hoc a *βόρω voro* propagatum est, ita *πρώθω*, cujus ceteri quoque mentionem habent Theodos. p. 73. Herod. p. 251. ex *πόρω* ortum videtur, hodie vero non reperitur amplius nisi aoristus *Ἔπρωσεν ἐμοίρασεν* Hes. isque ambiguus quippe qui ad *πρώσκω* referri possit ut *τρῶσαι* ad *τρώσκω*, et verbale *πρωτός ὁ πεπρωμένος* Arcad. p. 78. Sed opinor utrumque dictum esse *πρώθω* et *πρώσκω* ut *κλώθω* et *κλώσκω* Hes. Nymphae nomen *Πρωτώ* Hes. Opp. 243. Ioannes Diaconus per theta scriptum invenit *ἀπὸ τοῦ πρώθειν τὰς νῆας*, pro quo Muetzellius de Theog. p. 440. tacite *πρωθεῖν* substituit unde est aoristus *πρῶσαι* Hippocr. de Nat. Mul. 531. T. II. et al. sed a perispomeno nomen in *ω* terminatum derivari non potuit neque opus est, nam Suidas

26) *Πύθεσθαι τὸ σηπόμενα οἱ τότε ἔλεγον* Paus. X. 6, 3.

quoque barytono utitur Ὤθω τὸ προώθω, ὠθῶ δὲ περισπωμένως, et Thomas quoque ὤθω—γράφεται δὲ καὶ ὠθῶ, quo tamen non evincitur ὤθω usitatum fuisse; neque mihi persuaderi potest Grammaticos, quos ante nominavi, quum de simplicibus agerent, verbum compositum πρώθω immiscuisse.— Diphthongum in paralexi habent αἴθω, πείθω, κεύθω, ἐρεύθω, Ἐλεύθω ἔρχομαι Hes. πεύθομαι, κλεύθομαι, unde Κλεύσομαι κελεύσω ὀδεύσω Hes. veterumque nonnulli Il. XVIII. 244. vulgato εἰσόκεν ἄϊδι κεύθωμαι praetulerunt κλεύθωμαι ex κελεύθωμαι i. e. παραγένωμαι ὀδεύω contractum. Hujus autem verbi vestigium nullum praeter Hesychii Κελευθείοντες ὁδεύοντες, quod ad κελευθέω referri potest, ut ab aliis circumflexorum ἀπειλείω, καπνείω, νεικείω, οἰνοβαρείω, τελείω, ἀκείομαι etc. sed ut idem ad κελεύθω revocemus permittit θρειόμενος Nicandri et futurum τεξείεσθε Arat., eodemque valet θαλπείω, quod Herodianus EM. 620, 43. disparibus miscet: ὡς παρὰ τὸ θάλπω γίνεται θαλπείω, ῥιγῶ ῥιγείω, οὕτως ὀκνῶ ὀκνείω v. ad Aj. v. 325.[27]) Jam tempus est de verbis non puris dicere. Arcadius p. 157. τὰ εἰς θω εἰ ἔχει πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς ἀμετάβολον λήγουσαν ὑπεσταλμένης τῆς ερ περισπᾶται πορθῶ, πενθῶ· σεσημείωται τὸ ἄλθω. Exceptio illa pertinet ad πέρθω et τέρθω.[28]) Λέρθω aoristi est thema commenticium Cram. I. 195. neque barytonesis infinitivi καταδάρθειν v. ad Buttm. p. 143. certum praebet praesentis δάρθω indicium, quod et illa regula excludit et si Grammatici cognitum habuissent, non ad δέρθω et δρήθω revoluti essent. Deest praeceptum de altero genere αἴσθομαι, ἄχθομαι, ἔσθω, ἔχθομαι, ἐρέχθω.[29])

Adnotamentum. Verbis tenuissimi fili ἔθω et ὄθω aliquid simplicius et magis principale quaerere nimis curio-

27) In Hippocratis loco pro ἰσχυριείω nunc non dubito quin futurum ionicum ἰσχυριέω ponendum sit.

28) Hesychii Ἔρθει φθέγγεται ante ἔρβως positum conjectoribus relinquendum est.

29) De declinatione agit Epim. Cram. I. 355. πάσχω μέλλοντα οὐκ ἔχει· καὶ τὰ εἰς σχω (scr. θω) λήγοντα μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου ἄχρι τοῦ παρατατικοῦ οἷον ἐρέχθω, ἄχθω.

sum fuerit. Verum de macroparalectis justior est suspicio, quorum plerisque sermo emendatus anteposuit primitiva: *οἱ Ἀττικοὶ τὸ νήθειν νεῖν φασί* Poll. VII. 32. *κνῆν ἀττικῶς, κνήθειν ἑλληνικῶς* Moer. Verborum *πλήθω* et *πρήθω* elementa continentur in reduplicatis *πιμπλῶ* et *πιμπρῶ*, eorumque vicariis atticis *πίμπλημι*, *πίμπρημι*. *Ἐκ τοῦ σῶ ὃ δηλοῖ τὸ σείω, ἕτερον παράγωγον σήθω* EM. 710, 39. additque Herodotum pro *σήθουσι* dixisse *σῶσι*. Hinc pendet nomen *σῆστρον τὸ κόσκινον* Hes. ut *μνῆστρον*, *ποδόψηστρον*, a conjugato *σεῖστρον* separatum significationis discrimine non minore quam verba *σήθω* et *σείω*. Re autem ipsa cribrandi et quatiendi actio eadem et vocabula quoque saepe conjuncta: *ἐν σείσματι κοσκίνου* Sirac. XXVII. 4. *cribro decussa farina* Pers. III. 112. ipsumque nomen cribri *σινίον* proximum est verbo *σίω* quod Anacreontem pro *σείω* scripsisse testatur EM. 714, 38.[30]) Itaque pro *Σινιάσαι σεῖσαι κοσκινίσαι* Phot. et Hes. vix audeam supponere *σῆσαι*, nec pro *ἡ ὑσσώπου ῥίζα κόπτεται καὶ σείεται* Medd. Mosq. p. 274. id quod usus postulat *σήθεται*. Ad *σέω* illud, quo Etymologi utuntur, specie convenit *σεῖν τὸ λεγόμενον τοῖς παιδίοις ὑπὸ τῶν τροφῶν ὅταν αὐτὰ βούλωνται οὐρῆσαι* Phot. et germanicum praefandi humoris vocabulum *seigen*; nec dissimilis est significatio, *τὸ γὰρ οὖρον ἔστι τὸ ἀπήθημα τοῦ αἵματος* Theophil. de Urin. I. 68. *Ἠθεῖν* autem et *σήθειν* etsi tam diversum valent quam nostra vernacula *seihen* et *sieben*, quorum alterum ad liquida pertinet, alterum ad sicca, tamen communem habent mundandi effectum et copulantur quasi synonyma a Polluce VII. 97. *τὴν χρυσῖτιν γῆν διασήθοντες, διηθοῦντες, διακρίνοντες* hoc est cernentes, quo ex verbo ducta sunt nomina cribri et incerniculi, ipsaque instrumenta colandi et cribrandi formam similem habent. Ad ultimum attico *διαττᾷν* Glossographi interpretandi causa modo *διηθεῖν* modo *σήθειν* apponunt ut possimus existimare quanta sit utriusque vicinitas; et *κρησέρα* colum significat cribrumque pollinarium. Haec si minus probabuntur, suppetit alia ratio. Schol. Apoll.

30) *Σάλαγξ* sive *σάλαξ τὸ τῶν μεταλλέων κόσκινον* Poll. a *σάλλω*, *σαλάσσω* i. q. *σείω*.

quoque barytono utitur Ὤθω τὸ προώθω, ὠθῶ δὲ περισπωμένως, et Thomas quoque ὤθω—γράφεται δὲ καὶ ὠθῶ, quo tamen non evincitur ὤθω usitatum fuisse; neque mihi persuaderi potest Grammaticos, quos ante nominavi, quum de simplicibus agerent, verbum compositum πρώθω immiscuisse.— Diphthongum in paralexi habent αἴθω, πείθω, κεύθω, ἐρεύθω, Ἐλεύθω ἔρχομαι Hes. πεύθομαι, κλεύθομαι, unde Κλεύσομαι κελεύσω ὁδεύσω Hes. veterumque nonnulli Il. XVIII. 244. vulgato εἰςόκεν ἄϊδι κεύθωμαι praetulerunt κλεύθωμαι ex κελεύθωμαι i. e. παραγένωμαι ὁδεύω contractum. Hujus autem verbi vestigium nullum praeter Hesychii Κελευθείοντες ὁδεύοντες, quod ad κελευθέω referri potest, ut ab aliis circumflexorum ἀπειλείω, καπνείω, νεικείω, οἰνοβαρείω, τελείω, ἀκείομαι etc. sed ut idem ad κελεύθω revocemus permittit θερειόμενος Nicandri et futurum τεξείεσθε Arat., eodemque valet θαλπείω, quod Herodianus EM. 620, 43. disparibus miscet: ὡς παρὰ τὸ θάλπω γίνεται θαλπείω, ῥιγῶ ῥιγείω, οὕτως ὀκνῶ ὀκνείω v. ad Aj. v. 325.[27]) Jam tempus est de verbis non puris dicere. Arcadius p. 157. τὰ εἰς θω εἰ ἔχει πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς ἀμετάβολον λήγουσαν ὑπεσταλμένης τῆς ερ περισπᾶται ποῤθῶ, πενθῶ· σεσημείωται τὸ ἄλθω. Exceptio illa pertinet ad πέῤθω et τέῤθω.[28]) Ἀέῤθω aoristi est thema commenticium Cram. I. 195. neque barytonesis infinitivi καταδάῤθειν v. ad Buttm. p. 143. certum praebet praesentis δάῤθω indicium, quod et illa regula excludit et si Grammatici cognitum habuissent, non ad δέῤθω et ῥήθω revoluti essent. Deest praeceptum de altero genere αἴσθομαι, ἄχθομαι, ἔσθω, ἔχθομαι, ἐρέχθω.[29])

Adnotamentum. Verbis tenuissimi fili ἔθω et ὄθω aliquid simplicius et magis principale quaerere nimis curio-

27) In Hippocratis loco pro ἰσχυριείω nunc non dubito quin futurum ionicum ἰσχυριέω ponendum sit.

28) Hesychii Ἔῤθει φθέγγεται ante ἔρβως positum conjectoribus relinquendum est.

29) De declinatione agit Epim. Cram. I. 355. πάσχω μέλλοντα οὐκ ἔχει· καὶ τὰ εἰς σχω (scr. θω) λήγοντα μει' ἐπιπλοκῆς συμφώνου ἄχρι τοῦ παρατατικοῦ οἷον ἐρέχθω, ἄχθω.

sum fuerit. Verum de macroparalectis justior est suspicio, quorum plerisque sermo emendatus anteposuit primitiva: *οἱ Ἀττικοὶ τὸ νήθειν νεῖν φασί* Poll. VII. 32. *κνῆν ἀττικῶς, κνήθειν ἑλληνικῶς* Moer. Verborum *πλήθω* et *πρήθω* elementa continentur in reduplicatis *πιμπλῶ* et *πιμπρῶ*, eorumque vicariis atticis *πίμπλημι, πίμπρημι. Ἐκ τοῦ σῶ ὃ δηλοῖ τὸ σείω, ἕτερον παράγωγον σήθω* EM. 710, 39. additque Herodotum pro *σήθουσι* dixisse *σῶσι*. Hinc pendet nomen *σῆστρον τὸ κόσκινον* Hes. ut *μνῆστρον, ποδόψηστρον*, a conjugato *σεῖστρον* separatum significationis discrimine non minore quam verba *σήθω* et *σείω*. Re autem ipsa cribrandi et quatiendi actio eadem et vocabula quoque saepe conjuncta: *ἐν σείσματι κοσκίνου* Sirac. XXVII. 4. *cribro decussa farina* Pers. III. 112. ipsumque nomen cribri *σινίον* proximum est verbo *σίω* quod Anacreontem pro *σείω* scripsisse testatur EM. 714, 38.[30]) Itaque pro *Σινιάσαι σεῖσαι κοσκινίσαι* Phot. et Hes. vix audeam supponere *σῆσαι*, nec pro *ἡ ὑσσώπου ῥίζα κόπτεται καὶ σείεται* Medd. Mosq. p. 274. id quod usus postulat *σήθεται*. Ad *σέω* illud, quo Etymologi utuntur, specie convenit *σεῖν τὸ λεγόμενον τοῖς παιδίοις ὑπὸ τῶν τροφῶν ὅταν αὐτὰ βούλωνται οὐρῆσαι* Phot. et germanicum praefandi humoris vocabulum *seigen*; nec dissimilis est significatio, *τὸ γὰρ οὖρον ἔστι τὸ ἀπήθημα τοῦ αἵματος* Theophil. de Urin. I. 68. *Ἠθεῖν* autem et *σήθειν* etsi tam diversum valent quam nostra vernacula *seihen* et *sieben*, quorum alterum ad liquida pertinet, alterum ad sicca, tamen communem habent mundandi effectum et copulantur quasi synonyma a Polluce VII. 97. *τὴν χρυσῖτιν γῆν διασήθοντες, διηθοῦντες, διακρίνοντες* hoc est cernentes, quo ex verbo ducta sunt nomina cribri et incerniculi, ipsaque instrumenta colandi et cribrandi formam similem habent. Ad ultimum attico *διαττᾷν* Glossographi interpretandi causa modo *διηθεῖν* modo *σήθειν* apponunt ut possimus existimare quanta sit utriusque vicinitas; et *κρησέρα* colum significat cribrumque pollinarium. Haec si minus probabuntur, suppetit alia ratio. Schol. Apoll.

30) *Σάλαγξ* sive *σάλαξ τὸ τῶν μεταλλέων κόσκινον* Poll. a *σάλλω, σαλάσσω* i. q. *σείω*.

I. 1294. *τὸ ἡθμός καίπερ τὸ η ἔχον πρὸ τοῦ θ δασύνεται τῇ ἐννοίᾳ τοῦ μέλλοντος ἥσω δασυνομένου*, quem non dubito de futuro verbi *ἵημι* loqui, etsi non hoc pro percolare dici solet sed compositum modo: *τὸ λεπτὸν διίησιν ὥςπερ ἠθμός* Theophr. Caus. VI. 19, 3. ubi spiritus detractus est, et *Διείεται* (*διίεται*) *διυλίζει διηθεῖ* Hes. Sed sive diversa fuit verborum *ἧσαι* et *σῆσαι* origo, sive, ut mihi quidem videtur, eadem, illud maneat fixumque sit utrumque thema purum habere. Itaque si omnia perlustraveris, vix unum reperies cui theta non sit foras additum. Nam et *γήθω*, quod saepius legitur in hymnis Orphicis, confessum est a *γαίω* provenisse [31]) et de *λήθω* suspicionem praebet Hesychii glossa *Λάωμεν λάθωμεν*, ambigua sane quia *λάβωμεν* substitui potest [32]) sed adjuta alio loco *Λῆτο ἐλέληστο*. *Βρίθω* a *βρῖ* ductum est ut *κρῖ* a *κριθή*. Verbi *πύθω* quae fuerit prima conformatio ex nomine *πύος* conjectare licet, eamque fortasse intuens Callimachus *πύσαι* dixit ut *κύσαι*· nam quae Muetzellius de Theog. 48. ad probandam systolen affert *ξύσε* et *ἔπρεσε*, eorum alterum dissimile, alterum incertum est. *Κλώθω* Schneiderus in Ind. R. R. p. 360. a *κλάω* natum censet, cui favet participium *κλῶσα* in cod. Herod. V. 12. pro *κλώθουσα* scriptum; Eustathius 442, 19. cum *βεβρώθω* comparat et ut hoc a *βρῶ* sic illud a *κλῶ* extitisse sumit, quae ut ad amussim congruant, thematis loco ponendum est *κόλω*, *κλόω*, cujus similitudinem quandam gerunt latina *colus*, *globus*, *glomus* id est *κλῶσμα*, *συστροφή* ut in Gloss. Graecol. exponitur. *Στρέφειν* autem et *κλώθειν* vulgo synonymorum instar sunt ut Lucian. Jov. refut. §. 11. primum *στρέφουσα τὸν ἄτρακτον* dixit deinde vero §. 19. *κλώθουσα τὸν ἄτρακτον*, [33]) nec solum de fuso, quem netrix versat, quique ipse *κλωστήρ* vocatur, sed etiam de filo quod colo deductum

31) *Gaii dicti a gaudio parentum* Valer. Max. in Fragm. de Nominn. p. 631.

32) Idem *Λελάσθαι λαθέσθαι λαβέσθαι*, quae interpretamenta aoristo *ἐλάσμην λέλασθαι* magis conveniunt quam perfecto.

33) *Στρεψίμαλλος κλωσιόμαλλος* Eustath. 1608, 17. *εὐστρεφής εὔκλωστος* p. 1025, 32.

fuso se circumvolvit ut in homerico versu *γυνὴ στρωφῶσα ἠλάκατα* [34]) id est fila, quae Seneca Herc. Oet. 668. colos vocat — *colos quas indoctae nevere manus*, nam colus quae proprie ita dicitur [35]) non netur neque vertitur. De eodem vero negotio etiam *νήθειν* dici apparet ex Nicol. Dam. p. 120. ed. Orell. *νήθουσα ἐκ τῆς ἠλακάτης τὸν ἄτρακτον*, pro quo ap. Herodotum l. c. *στρέφουσα τὸν ἄτρακτον* legitur, et quod hic dixit *κλώθουσα λίνον*, Aelianus H. Ann. VII. 12. hunc locum exprimens mutavit in *νῶσι λίνον*. *Νεῖν* autem hocce, quod plenius *νήθειν* dicitur, Eustathius 1448, 63. non diversum censet a *νεῖν* cumulare et eandem significationem cumulandi etiam verbo *κλώθειν* tribuit Hesychius *Κλώθει βλαστάνει, καλῶς αὔξεται*, et Schol. Nic. Th. 237. *κατὰ τὸ πλέον τίθεται τὸ κλώθειν ἐπὶ τῆς αὐξήσεως* [36]) sicut *glomerare* pro cumulare quia corpora augescunt si multa *conveniunt glomeramen in unum*; neque aliter dicitur de nentibus; nam *κλώθειν* proprie significat stamen e filis duobus

---

34) Scholiasta *ἠλάκατα* interpretatur *ἔρια περιειλούμενα τῇ ἠλακάτῃ*, in universum recte, sed hoc loco non hapsus lanae significatur colo circumvolutus; is enim non torquetur, sed filum hinc deductum *τὸ κάταγμα* sive *κατάσπασμα*. Accuratius Hesychius *Λέπτ᾽ ἠλάκατα στρωφῶσα, μηρύματα ἀπὸ τῆς ἠλακάτης νήθουσα* hoc est junctim deducens ut alibi dicit *Κλώθει κατασπᾷ* etc.

35) Paus. VII. 5, 4. *ἠλακάτην ἐν ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν ἔχει* significare videtur *τῇ μὲν ἠλακάτην, τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἄτρακτον*. Plutarch. V. Anton. c. 86. *ἠλακάτῃ χρυσῇ διαγριαίνουσα τὴν ἀσπίδα* non fusum ut Coraes putat T. VI. 383. sed colum significat, cujus pars summa in mucronem deficit. In Plat. Civ. X. 616. C. *ἀνάγκης ἄτρακτος, οὗ ἡ ἠλακάτη ἐξ ἀδάμαντος, ὁ δὲ σφόνδυλος μικτός*, illo nomine totum instrumentum declarari puto, sed de sequentibus — *σφονδύλου, περὶ τὴν ἠλακάτην* non habeo quid statuam nisi *ἠλακάτη* pro *ἄτρακτος* positum esse; nam verticillus ambit fusum *τὸν δακτυλότριπτον ἄτρακτον σφονδυλοδινήτῳ νάματι νηχόμενον* Anth. VI. 247. cui similis est Nonni locus XXXIII. 272. *κύκλον ἐς αὐτοέλικτον ἰὼν ἄτρακτος — ὀρχηστῆρι τιταίνετο νήματος ὁλκῷ*.

36) Illam Hesychii notationem ad hunc Nicandri locum pertinere intelligitur e Schol. *ἀντὶ τοῦ χλοάουσα γράφεται κλώθουσα ἀντὶ τοῦ χλωρά* (hoc ad *χλοάουσα* spectat). *Διογενιανὸς δὲ χλοάειν (κλώθειν) καλῶς αὔξεσθαι καὶ βλαστάνειν*. In accurata Ranckii commentatione de Lexico Hesych. p. 42. de hoc loco nihil dictum invenio.

aut pluribus contorquere v. Schneider. ad Orph. Arg. v. 509. p. 136. Sed qui *κλώθειν* et *νήθειν τὸν ἄτρακτον* usurparunt, improprie loquuti sunt. — Eorum quae diphthongum in penultima habent, primum est *αἴθω* ab *αὔω* non longe remotum; alterum *ἐρεύθω* Schneiderus et Matthiae Gramm. 584. ab *ἐρύω* vel *ἐρεύω* arcessunt inaudito quidem illo, sed theta tamen non altas radices egisse colligi licet ex congeneribus rubeus, robus, rufus, russus, rosa *ῥόδον*, *ῥόδεον ἐρυθρόν* Hes. Vocali altera caret *ἱλαρὰν ἐρύθοισα παρειάν* H. in Isin v. 57. quod alibi non legimus. A duobus illis quae ultra imperfectum non moventur, differunt declinabilia *πείθω*, *κεύθω*, *πεύθομαι*, quae epsilon quidem in aoristo secundo et in affinibus, *κυθηγενής*, *κυθώνυμος* amittunt sed theta per omnia retinent nec ullam thematis puri suspicionem relinquunt praeter quod de verborum *κεύθω* et *κύω* contagione injicitur in EM. *ἄκυθος ἡ ἄτοκος*[37] *παρὰ τὸ κύω ἢ παρὰ τὸ κύθω τὸ κρύπτω ἢ τὸ κύθος τὸ σπέρμα*, pro quo ap. Hesychium scriptum est *κυθνόν τὸ σπέρμα—καὶ πολύκυθνον πολύσπερμον*, et *κύσθος* quoque utroque referunt, ac si quis haec ita conciliare conetur ut *κύαρ*, *κύος*, *κύτος*, *Κεύθεα κοῖλα* Hes.[38] ad communem notionem *τοῦ κοίλου* revocet, non diffitebor mihi quoque cavi, caveae, latibuli seminisque et foetus in alvo latentis similitudinem quandam esse videri. Quae penultimam non puram habent, haec sunt: *ἄχθομαι* non diversum ab *ἄχομαι* ut *Τέρθω ξηραίνω καίω* Hes. nihil aliud significat quam *θέρω*. *Ἀλθαίνω παρὰ τὸ ἄλθω*, *τὸ δὲ ἄλθω θεραπεύω ἐκ τοῦ ἄλδω τὸ αὐξάνω* EM. 63, 10. *ἀπαλθήσεσθαι ἀπὸ τοῦ ἄλδω κατὰ τὴν συγγένειαν τοῦ δ̄ πρὸς τὸ θ̄ ὡς ἐκ τοῦ τένδω ὁ προτένθης* Eust. 720, 18. Utrumque altius repetit Ruhnkenius ad Longin. III. 4. *ab ἄω* spiro *est ἄλω* vel *ἅλω latinum* halo *et ἀλέα vapor calidus; ab*

37) Sic etiam *γῆ ἀκύμων sterilis* in Moschionis versu, non ut Mitscherlich. accepit ad H. H. in Cer. v. 451.

38) Idem *Ὑποκεύθεα ὑποκοίλια* h. e. subventrile, et *Ὑποκυδές ὑποῤῥύδιον*, quod *ὑποκυλίς* scribendum videtur. Adjectivum *ὑποκυδής* alii *δίυγρος* interpretantur, alii *κοῖλος* magis ex etymo; nam loca subcava eadem humida esse solent.

ἄλω etiam derivatur ἄλθω. Haec praeter vim sanandi habent etiam vicinam augendi potestatem, quam satis ostendit latinum alere. Mihi haec non nimis certa videntur.[39]) Πέρθω ἐκ τοῦ πρήθω μεταθέσει καὶ τροπῇ Eust. 70, 35. sive potius utrumque a πρέω πίμπρημι. Τέλθει τέρπει ἐν ᾠδῇ Hes. viri docti pro θέλγει accipiunt. Ἔχθομαι Buttmannus praepositioni ἐκ annectere connititur acumine abusus. Ἐρέχθειν Schol. A. ad Il. XXIII. 317. pro ἐρέθειν dici affirmat, alii opportunius cum ἐρείκειν componunt Sch. Od. V. 83. EM. 372, 15. hoc autem cum ῥήγνυμι Sch. Il. XIII. 441. cujus stirps monosyllaba. Tria hujus generis Herodianus una ratione explanat ad Il. XIII. 809. βιβάσθω βαρυτονητέον εἴτε ἀπὸ τοῦ βιβάθω γέγονε πλεονάσαντος τοῦ σ, ὡς φησι Φιλόξενος, εἴτε (ὅπερ καὶ βέλτιον) ἀπὸ τοῦ βιβαστός ὡς ἀϊστός ἄϊσθω, ἐγερτός ἐγέρθω, ἐρεκτός ἐρέχθω. Haec iterat EM. 43, 22. ἀπὸ τοῦ ἄϊω παράγωγον ἀϊστός, ἐκ τούτου ἄϊσθω ὡς ἐγερτός ἐγέρθω. Verum hoc finxerunt illi homericum ἠγερέθοντο explicare conati, quod pro ἠγέρθοντο dici sumunt EM. 418, 30. Cetera testata sunt satis sed vix ista ratione derivata; ἄϊσθω quidem ab ἀΐω, cujus imperfectum est φίλον ἄϊον ἦτορ eodem intellectu quo θυμὸν ἄϊσθεν et ψυχὴν ἐκάπυσσε apud Homerum et θυμὸν ἀναπνείων Apollon. IV. 472. Βιβάσθω si a βιβαστός derivatum esset, sine dubio perispomenon esset ut ab ὀρέγομαι ὀρεκτός ὀρεχθέω Sch. Apoll. I. 275. ab ἀλύω ἀλυκτός ἀλυκτέω, quare potius cum βιβάζω et βάσκω conferendum duxi quorum consonae finales non ex ullo verbi inclinamento translatae sed formativae sunt ut κλείω κληίζω κληίσκω etc. EM. 383, 3. addit παρὰ τὸ ἔδω ἐστός ἔσθω ὡς ἐγέρθω, sed minore ambage Heraclides Eust. 773, 32. ἐκ τοῦ ἔδω φησὶ γενέσθαι κατὰ Δωριεῖς τὸ ἔθω, τοῦτο δὲ πρωτότυπον εἶναι τοῦ ἔσθω ἡμαρτημένου· ἐχρῆν γὰρ ἴσθω ὡς ἴσχω, ἐνίσπω. Ὀλίσθω hypotacticum esse veteres docent hunc unum aoristum in σθον terminari declarantes Cram. I. 176. nam qui βιβασθών scri-

39) In Heliodori carmine, quod Meinekius tractavit in Anall. 382. pro ῥέα δ' ἔκθειται ὕδατι νοῦσος scribendum est ἄλθεται potius quam quod vir doctissimus posuit εἴκαθε.

bant [40]) audiendos non esse Sch. Il. XVI. 468. Et hoc quoque consonas illas non a principio habuisse colligitur ex altera forma Ὀλιβράξαι ὀλισθεῖν Hes. et adjectivo Ὀλιβρός ὀλισθηρός λεῖος, quo vulgatius est γλίσχρος, sed labialis tenuit in latino lubricus, omnibus autem ortus communis est γλία, γλοιός, glus.

§. 4. Hoc loco literas τ et σ conserte tractare constitui. Ἡρωδιανὸς λέγει ὡς διὰ τοῦ τ οὐ πολλὰ ὤπται ἀλλὰ τὸ λίτω καὶ πέτω, καὶ ἔνια ἃ ἤδη ὡς περισπώμενα ἐκλίθη ὥσπερ τὸ κέντω καὶ ἄντω. Τὸ δὲ ἀνύτω φησὶ καὶ ἀρύτω τῷ τ ἐπλεύνασεν. Ὁ δὲ Ἡρακλείδης ἀμφότερον ἀσυνήθως ἔχειν λέγει ὡς μηδενὸς εἰς ω λήγοντος ἔχοντος τὸ τ ἀρκτικὸν τῆς τελευταίας Eust. 764, 26. Hujus formae quae perdurarunt verba primitiva, mediae sunt formae omnia λίτομαι, πέτομαι, ἄντομαι, quod Tyrannio rejecit ἀντέσθαι scribens tanquam verum aoristum Sch. Il. XV. 698. non ob characterem, quo ducti nonnulli λιτέσθαι scripserunt ut ἱκέσθαι Choerobosc. Dict. II. 732. Verbi κέντω usus nullus est; aoristus κένσαι et verbalia κέντωρ (ut Μέντωρ, Μέντης) βουκέντης, κοντός quod EM. 529, 5. a κέντω repetit, et κέστρα ad primitivum κένω referri possunt. Ceterum ex illa Heraclidae disputatione manifestum fit praesentia ἀλίτω EM. 67, 1. sive ἀλείτω Sch. Od. IV. 807. ἀμάρτω EM. 78, 14. (ubi vitiose ἁμαρτῶ editum v. Hermann. de Emend. p. 269.) synonymumque ἀβρότω Eust. 548, 12. a Grammaticis tantummodo etymi reddendi causa proferri non quo usitata essent. Βλάστω, quod Buttmannus Aeschylo arrogat, jure rejicitur. Duo literam tau fulcri loco receperunt τίκτω καὶ πέκτω Arc. 153. — Praeter illa, quae veteres a futuro reclinata dicunt οἰσέμεν, δύσεο, ἀείσεο, nullum est verbum sigma puro terminatum, οὐδέποτε ἐνεστὼς ἓν σ ἔχει Sch. Arat. 21. Herodian. in Anecd. Paris. Cram. T. IV. 237. ac ne aoristus quidem excepto uno ἔπεσον Herod. Μον. p. 24. Choerobosc. Dict. II. 631. Cram. Oxon. I. 176. Sed longe plurima quae

40) Hi praesens posuisse videntur βιβασθέω verbali βιβαστός convenientius. Et quod Sch. Od. V. 83. admonet ἐρέχθων ὡς κατέσθων, contra eos dictum est qui ἐρεχθῶν scriberent ut ὀρεχθῶν.

geminato; primum ἄσσω *κατάσσω*, quod sermoni vulgari obhaesit pro ἄγνυμι, et hoc antiquiora *βράσσω*, *δράσσω*, *θάσσω*, *θράσσω*, *μάσσω*, *νάσσω*, *πλάσσω*, *πράσσω*, *ῥάσσω* et *ἀράσσω*, *σάσσω*, *τάσσω*, *φράσσω*. In ξσσω unum *πέσσω*, quod Grammatici aeolicum dicunt ut *νίσσω* et ὄσσω, etsi usitatius est quam *πέπτω* et propius primitivo *πέπω*, unde omnia fluunt *ἀρτοπόπος*, *πόπανον*, coquo, popa, popina id est coquina, *πεπαίνω*. *Βλέσσω* excogitarunt Technici quo clarior fieret verborum *βλέπω* et *λεύσσω* cognatio v. Ahrens. Aeol. 67. Praesentis *Θέσσεσθαι αἰτεῖν καθῆσθαι*, *Θεσσόμενος δεόμενος*, unum sponsorem habemus Hesychium, qui et futurum activae formae affert *Θήσω αἰτήσω*, quo ad thema *θέω* deducimur; aoristus *θέσσασθαι* sive a *θέω θέσω* derivatus est, ut *τρέσσαι*, sive a *θέσσομαι* sic ut a *κορύσσομαι κορύσσασθαι*, sigma geminatum habet. *Τέττω* Eustathius 490, 40. commentus est explicando epiphonemati *τέττα*. *Ἐρέσσω* et *πυρέσσω* paragoga sunt. In *ησσω βήσσω*, *δρήσσω* (*ὑποδρήσσω*), *πήσσω*, *πλήσσω*, *πτήσσω*, *ῥήσσω*. In *ισσω* quae exeunt enumerant Theognostus p. 143. et Theodos. p. 72. *τὰ ἀπὸ μέλλοντος μετηγμένα ἐκ διπλασιασμοῦ τοῦ σ, ἴω τὸ προτείνω, ἴσω ὁ μέλλων, ἴσσω ὁ ἐνεστώς· λίτω λίσω λίσσω, πτίω πτίσω πτίσσω, οἷς ἀκόλουθον τὸ φρίσσω.* Quorum primum non reperitur nisi conjunctum *προΐσσομαι* et in futuro *καταπροΐξομαι*, v. Schneidewin. Beitr. z. Krit. d. Poet. Lyr. 9. quod et Herodianus in Schol. Arist. Eqq. 436. ab *ἴσσω* ducit, nomenque *προΐκτης* Schol. Od. XVII. 352. si hinc ortum sit, leni spiritu signandum esse disputat, sin ab *ἱκέτης* aspirandum; alii ad *προΐκω* referunt Eust. 1823, 34. Secundi meminit Hesychius *Λίσσει παρακαλεῖ* pro *λίσσεται*. His accedunt *πλίσσω* et reduplicatum a *δίω δέδια δεδίσσομαι*. *Σίττειν*, quod Albertius Hesychium scripsisse putat pro circumflexo *Ἐπισιττεῖν κυνηγετικῶς παρορμᾷν*, sola nititur similitudine verbi *σίζειν*. *Ἄΐσσω* non raro scribitur ἄσσω et ἄττω iota non addito sed minus recte si ab ἄω, ut Eustathius censet 592, 33. derivatum est v. ad Aj. p. 97. *Ῥίσσουσα λυπουμένη* Hes. Guietus comparatione latini *ringor* tuetur, ceteri corruptum putant ex *φρίσσουσα*. Verba in *οσσω* circumscribit Theognostus p. 145. *τὰ διὰ τοῦ ωσσω*

πάντα διὰ τοῦ ω̄ γράφεται, quodque Herodianus addit Epim. 252. *πλὴν τοῦ ὄσσω*, ab illo de industria omissum esse colligitur ex EM. 14, 5. et Suida s. *Δεδίσσω — τὰ διὰ δύο σσ̄ τὰ ἐξ λαμβάνουσι φωνήεντα, τὸ δὲ ο̄ οὐ λαμβάνουσι — τὸ γὰρ ὄσσω ἀπὸ τοῦ ὄπτω γέγονεν*, quae aeolica ab illis dicitur conversio ut *ἐνίπτω ἐνίσσω, λίπτω λίσσω, πέπτω πέσσω*. Activae formae testis non certissimus est Hesychius *Ὄσσει* (sic cod.) *βλέψοι ἴδοι, Ὄσσοις βλέψεις.*[41]) Pindarica *ἐπέτοσσε* et *τόσσας*, si sigma poetice geminatum est, pari jure ad praesens *τόσσω* et *τόω* referri possunt. Hesychiano *Ἀνόσσουσι διακόψουσι κακοπαθήσουσι* quid faciendum sit, non reperio. Verborum in *υσσω* tria in communi usu versantur *μύσσω*, quod plerumque praepositiones asciscit,[42]) *νύσσω, πτύσσω*. His addi potest *ἀμύσσω* et si *ὀρύσσω* stirpem monosyllabam habet ut *ῥύγχος* fodiendi instrumentum, id quoque etiam; Eustathius tamen paragogis infert p. 924, 4 *πτῶ πτύσσω, ἀμῶ ἀμύσσω, ὄρω ὀρύσσω*, quorum illa auctori reddimus ac remittimus; tertio ponderis aliquid accedit a nomine *οὐρός*, quod Sch. Il. II. 153. *ταφροειδὲς ὄρυγμα* interpretatur, omnes autem ad *ὄρσαι* referunt; fodiendo enim terra ruitur et cietur. Praeterea *ἐγγλύσσω* legitur apud Herodotum. Ceterorum non aequa existimatio est. *Βύκτης ὡς ἀπὸ ἀῤῥήτου ῥήματος τοῦ βύσσω* Sch. Od. X. 20.[43]) pro quo in EM. *βύζω* ponitur a *βύω τὸ πληρῶ* derivatum, Didymus vero Cram. I. 38. ventos *βύκτας* dici putabat mutatis antistoechis pro *φύκτας παρὰ τὸ φυσᾶν*. Quod quum a *φῦσα* propagatum sit, res eo deducitur ut duplicem verbi

41) Pro *Διόσκειν διαβλέπειν* Kuesterus *διόσσειν*, Dindorfius *διοσκεῖν* reponit; pro *Μετουσῶ περιβλέπω* Faber *μετόσσω*, Vossius vero *μετοσσῶ* corrigit.

42) *Αἱ ῥῖνες δοκέουσι μὲν πλήρεες εἶναι, μύσσονται δὲ οὐδὲν* Hippocr. Diaet. III. 717. T. I. 716. et paullo post *μύσσονται καὶ πτύουσι* p. 717. sed *πτύουσι καὶ ἀπομύσσονται* de Nat. Hom. p. 357. T. I. Latini *emungere* simplici amisso. Diversum huic *Μύσσει κάρφεται* Hes. Guietus pro *ἀμύσσει* accipit.

43) Hesychius *Διαβύσσει διακαμύσσει*, cui Kuesterus *διαμύσσει* substituit, idemque in Heronis Spiritt. *λύχνος ἑαυτὸν προμύσσων* emendat *προβύσσων*.

formam sumamus *βύω* et *φύω* significationes efferciendi et inflandi complexam, quarum similitudo apparet ex nominibus *φῦσα*, *φύσκη* vesica, bucca, buccina, *βυλλός* i. e. *βεβυσμένος*, fullo. *Βλύσσω*, quod Lexicographi ex Nonni Paraphr. 96, 9. (hoc est c. VII. 38.) *ποταμοὶ βλύσσουσιν ἔνθεον ὕδωρ*, non praesens esse sed futurum ostendunt verba Johannis *ποταμοὶ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος*. *Βρύττω* frendo, sive de mandentibus dicitur sive de febricitantibus, cognationem cum *βρύκω*, *βρύχω*, *βρυχετός* non exuit. Participium *θύσσων* pro *θύων* id est *ὁρμῶν* scriptum est in cod. Reg. Oppian. Cyn. IV. 186. ejusque verbi crebra apud Grammaticos mentio: *Διόνυσος θυστήριος λέγεται ἀπὸ τοῦ θύσσειν ὃ ἔστιν ὁρμᾷν* Cram. II. 449. *θύσανοι ἀπὸ τοῦ θύσσεσθαι* Schol. Pind. IV. 407. v. Prolegg. 170. 177. quibus non multum auctoritatis adjungerem nisi subscriptor esset Hesychius *Θύσσων ὁρμῶν*, *Θύσσεται τινάσσεται*, *Θυσσόμεναι τινασσόμεναι*, quae omnia ex *αἰθύσσω* depravata esse Ruhnkenio assentiri non possum. Cetera in eodem penario recondita sunt *Λύσσεται μαίνεται*, *Τύσσει ἱκετεύει*, *Φλύσσει ἐρυγγάνει*, *Ψύττει πτύει*, quorum primo adhaeret nomen *λύσσα*,[44]) alterum non dissimile est pindarico *ἐπέτοσσε* et prius propositis *ἐνθύσκω ἐντυγχάνω* etc. v. C. III. §. 2. nam adeundi et obviam eundi verba *ἱκνεῖσθαι*, *ἀντιάζειν*, *ἀντιβολεῖν*, de supplicantibus dicuntur; de tertio Eustathius 1241, 1. *ὥςπερ ἀλύω καὶ παραγώγως ἀλύσσω, οὕτω φλύω καὶ φλύσσω, ἐξ οὗ τὸ φλύξω, φλυκτίς καὶ οἰνόφλυξ*, quanquam haec ad *φλύζω* revocari possunt, unde Schol. Apoll. I. 275. infinitivum *ἐκφλύξαι* repetit v. C. IV. §. 2. *Ποιφύσσω* veteres a *φυσάω* repetunt et cum *παιφάσσω* comparant v. Bachmann. ad Lyc. 198. Ita a litera ad literam euntes pervenimus ad verba in *ωσσω* exeuntia, quae numero pauca sunt et in usu rara. Theognost. 143. *τὰ διὰ τοῦ ωσσω πάντα διὰ τοῦ ω γράφεται, πτώσσω, ῥώσσω·* pro quo *κνώσσω* reponendum. *Θρώσσει γεννᾷ φοβεῖται* Hes. quod non suo loco sed ante *θρώσκει* legitur,

---

44) Schol. Il. XX. 70. *ἀλύσσοντες ἄγαν λυσσῶντες, οἱ δὲ παρὰ τὴν ἀλύν.* Hoc certissimum est; ad illam opinionem fortasse aliquos perduxit verbum *λύσσεσθαι*.

duorum verborum *θρώσκειν* et *θροεῖσθαι* id est *θορυβεῖσθαι* perturbari significationes complexum habet. Aliud ejusdem auctoris *Πλώσσειν φθείρεσθαι* in memoriam redigit Eur. Bacch. 223. *πτώσσουσαν εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν*, quod illi substituendum videtur. *Τιθαιβώσσω* simplex sit an compositum quaestio est impenetrabilis. *Κλώσσω* pro *κλώζω* dictum ante attuli. Diphthongos paene omnes ab hoc genere segregat Herodianus *π. Μον.* p. 40. *οὐδέποτε πρὸ τῶν δύο σσ εὑρίσκεται δίφθογγος πλὴν τοῦ κρείσσων καὶ λεύσσω καὶ γλαύσσω.* Eodem modo Schol. Arat. v. 20. *νίσσομαι ἀπὸ τοῦ νέομαι οὗ ὁ μέλλων νήσομαι* [45]) *παράγεται διπλασιασθέντος τοῦ σ· καὶ ἐπειδὴ πρὸ τῶν δύο σσ οὔτε ει εὑρίσκεται οὔτε η εἰ μὴ τὸ κρεῖσσον καὶ τὸ ἧσσον·* [46]) *διὰ τοῦτο μεταβέβληται τὸ η εἰς ι ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ ἑλῶ ἑλήσω ἑλίσσω.* Consonae nullae hanc terminationem antecedere possunt praeter duas liquidas. Sed lambda reperitur in uno verbo *Ἀθέλσεται παρηθεῖται διεκλύεται* Suid. cui merito praefertur quod alii Glossographi praebent *ἀθέλγεται* vel *ἀθέλβεται* v. C. III. §. 1. Alteram liquidarum duo ostendunt verba *τέρσω* et *ἔρσομαι*, quo Nicander bis usus est pro *δροσίζομαι* sive *ἄρδομαι*. *Ἄρσει μέμφεται* et *Ὄρσω τολμῶ* Hes. [47]) quid verbi sit, incassum quaeritur. Mutae vero nullae nisi quae cum sigma in unam literam corrumpuntur: *αὖξω* sive *ἀέξω*, *ἀλέξω*, *ὀδάξω*, *ἕψω* et *δέψω*, quanquam Theodosius p. 151. duo modo probat: *τὸ ξ καὶ ψ ἐπὶ ἐνεστῶτος οὐχ εὑρίσκεται πλὴν τοῦ ἀλέξω καὶ ἕψω*, neque plura septimae syzygiae adnumerat Dionysius Gramm. 639. Sed *ὀδάξω* saepius legitur quam ut attentari possit, et in numero ver-

45) Scrib. *νέσομαι καὶ νείσομαι*. Schol. Od. IV. 701. *τοῦ νέω ὁ μέλλων νέσω καὶ ἐπενθέσει νείσω καὶ ἐκβολῇ τοῦ ε νίσω. Θεματοποιεῖται δὲ οὗτος ὁ μέλλων ποτὲ μὲν διφθογγογραφούμενος, ποτὲ δὲ ἰωταγραφούμενος.* Diphthongum probat Moschopulus ad Hes. Opp. 234. *νείσονται διὰ διφθόγγου καὶ δύο σσ, τὸ μὲν ὅτι ἀπὸ τοῦ νέομαι, τὸ δὲ ὅτι τετάρτης ἐστὶ συζυγίας ὡς φοινίσσω.* Cum *νέομαι νείσομαι* Eustathius recte confert *κέομαι κείσομαι* et thematicum *χῶ* (*χειά*) *χείσομαι* p. 1615, 36.

46) Hujus generis multo plura reperiuntur v. Parall. 37.

47) *Ὀρσομένη διεγειρομένη* ad antichronismum referri potest.

borum, quae non ultra imperfectum declinantur, EM. 232, 17. refert *τὰ ἀττικὰ βαρύτονα ἀλέξω, αὔξω, ἔψω*, pariter juncta in Epim. Cram. I. 86. *ἔψω, αὔξω (καὶ ἀλέξω) περισπῶνται ἐπεὶ οἱ μέλλοντες ἐψήσω κ. τ. λ. Οἱ δὲ ἀττικοὶ βαρύνουσι ὅτι πᾶν ῥῆμα περισπώμενον διὰ διπλοῦ ἐκφερόμενον ἢ δευτέρας ἢ τρίτης ἐστὶ συζυγίας.* Auget numerum Hesychius ignotorum largitor: *Λαύξει κρατεῖ δαίνυται εὐφραίνει*, quarum interpretationum prima convenit verbo *λάζω, λάζυμαι*, ceteras Kuesterus recte cum *λαύω* (*ἀπολαύω*), Doederlinus in Synon. cum latino *lurcor* componit.

Adnotamentum. Verborum sigmaticorum multa sic ut comparativi *μάσσων, γλύσσων, πάσσων*, stirpem habere gutturali finitam perspicitur ex affinibus *πλήσσω πλήγνυμι* plango plaga, plecto, *ῥήσσω ῥήγνυμι* frango, *πήσσω πήγνυμι πάγος* pango,[48]) *φράσσω φράγνυμι* farcio. Quemadmodum vero pro *θλάω* degener aetas substituit pinguius *θλάσσω*, ita dubitari non potest quin *δρήσσω τὸ ὑπηρετῶ* profectum sit a *δρᾶν τὸ πράττειν*, unde nomina *δρηστήρ διάκονος, δρηστοσύνη διακονία* et verbum *ὑποδρῶ*. Ac si quis graecorum vocabulorum *χείρ* et *χειρίζειν* et germanicorum *Hand* et *handeln* cognationem attenderit, haud cunctabitur *δράξ (Griff, Hand)* et *δράσσομαι* ad idem *δρᾶν τὸ πράττειν* referre cum EM. 284, 43. Sedere et quod a sedendo maxime discrepat celerare Graeci uno verbo expresserunt *θάσσω* sive *θαάσσω* et *Θάσσουσα σπεύδουσα* Hes. unaque paragoge *θοάζω*. Sed alterum quod currere significat, proxime ad *θέω θοός* accedit, alteri vicinius est *Σάσαι καθίσαι Πάφιοι* Hes. quod hoc accentu notatum ad *σάσσω* pertinet; si *σᾶσαι* scribitur ad praesens purum ut synonyma *εἶσαι* et *ἧσθαι*.[49]) *Θράσσω* plerique ex *ταράσσω* concisum putant v. Parall. 403. Wyttenbachius ad Plut. de Profect. Virt. p. 569. utrique *θραύω* praeponit; ac nomen *θραγμός* hoc est *θρανσμός* fragor proxime

48) *Πηγεσίμαλλος* nihil aliud est quam *παχύμαλλος. Παχύνων καὶ πηγνύς* Theophr. Caus. III. 42. nec multum differunt *πάχνη* et *πάγος*.

49) Sophronis verbum *τουτῶ θάμεθα* Blomfieldius in Mus. Cantabr. T. II. 347. callide sic reddidit *huc spectatum sedeamus* seu quia sedere et spectare idem esse putaret seu ambigens utrum *θάμεθα* pro *θάσσωμεν* positum sit an pro *θεώμεθα*.

quidem cum θράσσω convenit, sed idem a θραύω derivatum esse potest inserta gutturali ut ab αὔω αὐχμός. Koenius ad Greg. 571. eodem traxit Erotiani verbum θράσσειν μαίνεσθαι, θρίσσειν δὲ τὸ κατὰ ψυχὴν ἐξίστασθαι, quorum alterum (θρίσσειν) vel a Grammaticis fictum vel a librariis corruptum censet; mihi hoc loco diversa ejusdem verbi scriptura indicari videtur θράσσειν et θρήσσειν hoc est θροεῖσθαι ταράττεσθαι pertubari, idemque esse θρώσσειν, cujus modo mentio fuit. Μάσσειν sive μάττειν tergere, subigere, unde μάζα, μάγειρος et μαγεύς pendent, quasi frequentativum dici potest verbi μαίεσθαι, quod non solum animi intentionem significat sed etiam manuum, nec modo intendere sed et contingere, attrectare. Νάσσω a νάω, νέω, νήω, νηέω productum esse affirmat Schol. Arist. Nubb. 1205. et persuadet fere parilitas verbalium; nam et Ναστός Hesychius exponit μεστός et Νῆτος (νητός) σεσωρευμένος, Νῆττον πλῆρες μεστόν. [50]) Cum νάσσω tam arcte conjunctum est σάσσω ut Glossographi alterum altero explicent Ἔναξεν ἔσαξεν et Σάξαι νάξαι, sed origo diversa a σείω conquasso corruo v. Proleg. p. 87. Verbi πάσσω solutio nulla nisi quam Hesychius commonstrat: Πῇ καὶ πῆν ἀντὶ τοῦ καταπάσσει καὶ καταπάσσειν, ubi πῇ scribendum videtur ut τῇ et deinde κατάπασσε. A πάω igitur primum processit πάσσω, tum παλάσσω et παλύνω, quorum alterum de liquidis dici solet, alterum de siccis [51]) et nomina πάσκος et πηλός id est ad-

50) Stephanus: Νάξος Εὐφορίων παρὰ τὸ νάξαι ὃ φασι θῦσαι τινές, ubi Salmasius βῦσαι scribit; Meinekius Anall. p. 138. rem injudicatam relinquit. Mihi non credibile videtur quod ille sumit Stephanum *nonnullis* tribuisse quod omnibus consuetum est, sed potius νάξαι fuisse verbum sacrificale ut latinum *cumulare altaria donis, honore, thure*, et *adolere*, quod verbum est proprium sacra reddentium, ut Nonius dicit, *augere* significans; hisque simile αὔξομεν ἔμπυρα Pind. Isthm. IV. 108. *mactare* et *magmentum*.

51) Neglexit discrimen Apollonius III. 1246. φάρμακα μυδήνας σάκος ἀμφεπάλυνε et Dionys. v. 1049. κάρην ἱδρῶτι παλῦναι. Πασάτω ῥανάτω Hes. Ad eandem catachresin pertinent αἷμα ἐπαμῆσαι Nonn. XLIV. 274. et contrarium ῥαίνειν χθόνα καρπῷ II. 65. φύλλα ἀφύσσειν Homerus usurpavit pro ἐπαμᾶν; Nonnus XXV. 444. κρητὴρ βεβυσμένος νέκταρος.

spergo v. Prolegg. 87. quaeque hujus ultimam orditur litera liquida, eandem mihi agnoscere videor in *πλάσσω*. Proprie igitur dicitur *πλάσματα πηλοῦ* Arist. Avv. 686. et fictores ipsi *πηλοπλάθοι*. Liquidam autem interdum labiali accedere exemplis iis demonstratur quae C. I. §. 5. protuli. Aliud ejusdem formae suggerunt Suidas et Hesychius *Πάσσω γεύομαι*, *Πάσσεται ἐσθίει*, a *πάομαι* ortum, si hoc praesens unquam in usu fuit. *Πράσσω* a *περάω* ortum habere assentimur antiquis sed remoto anadromae artificio v. Parall. 401.[52]) *Ῥάσσω* sive *ἀράσσω* proxime accedit ad *ῥαίω*, unde *ῥαιστήρ* tudes, hoc autem a principali *ῥῶ* arcessitur EM. 736, 34. quibus conveniunt *ἄῤῥατος ὁ ἄφθαρτος παρὰ τὸ ῥῶ* v. Ruhnken. ad Tim. 50. et *ἄῤῥαιστος ὁ ἄφθαρτος* Suid. Huc loci progressos circumsistit caterva verborum ita contextorum ut stamina aegre agnoscantur. Unum poeticum est *παρὰ τὸ φῶ τὸ φαίνω φάσσω καὶ ἀναδιπλασιασμῷ παιφάσσω* Schol. Il. V. 803. quo minus probabilis est Hesychii opinio *Παιφάσσουσα παντὶ φαινομένη*, sed verbum ipsum non dubito quin cum *φάω* cohaereat proprieque celeres luminis motus et scintillationes significet. *Φάσσω* simplex non legitur sed adjunctum aliis: *Παραιφάσσει τινάσσει παρακινεῖ πηδᾷ* Hes. *Παραφάσσειν παραφρονεῖν ὡς καὶ ἀλλοφάσσειν· ψιλῶς δ' ἀναγνωστέον οὐχ ὥσπερ τὸ παραφάσαι τὸ παράψασθαι ᾧ ἔγκειται τὸ τῆς ἀφῆς ὄνομα* Galen. Gloss. quem apparet illa verba ad *φάω* retulisse sed non apparet quo intellectu, videndine an dicendi. Scholiasta quidem Hippocr. T. I. 202. *ἀλλοφάσσειν* interpretatur *τὸ ἄλλο ἀντ' ἄλλου φθέγγεσθαι*, eodemque modo Erotianus sed ita ut originem quoque declaret *τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο φάσσειν ἤγουν φωνεῖν* hoc est a primigenio *φάειν*. Pro *φάσσειν* Eustathius substituit verbum usitatum *ἀλλοφάσσειν τὸ ἄλλοτε ἄλλα φράζειν* p. 1324, 7. hoc autem vel a thematico *φράω* duxit vel a *φάω* (*φάσκω*) literam rho per pleonasmum ut veterum aliqui (v. C. IV. 2. Adn.) additam putans. Neque alia fuit

52) *Πρήσσω ἀπὸ τοῦ περῶ περάσω πράσω καὶ πρήσω· ἐπεὶ δὲ ὁ μέλλων θεματοποιεῖται, προσλαμβάνει καὶ ἕτερον σ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ μέλλοντος* Sch. Od. II. 213. Sch. Il. XIV. 282. Cram. A. 355.

πτωκα, πτῶσις, ἐπτώθην.[54]) Ῥήσσω ῥήγνυμι Buttmannus Lex. I. 130. a ῥαίω ortum censet, cui proximum est ῥάσσω, nec diversa potestas; Photius Ῥάξας, τὸ δὲ ῥήξας οὐκ ἀττικόν, nimirum si *prosternere* valet. Etiam πήσσω, si propriam habet impingendi significationem, non longe abest a παίω. Τμῆξαι Sylburgius ad Clenard. p. 554, 3. et posteriores ad τμήσσω referunt, cujus fides dubia v. ad Buttm. 298.[55]) antiqui a τμήγω et ulterius a τέμω τμῶ deducunt EM. ut πέτω πτῶ πτήσσω. Aeolicis, quae dicuntur, πέσσω πέπτω, ὄσσω ὄπτω Eustathius 1398, 34. subnectit ἴσως καὶ τὸ λίσσω ἐκ τοῦ λίπτω ἤγουν ἐπιθυμῶ γέγονε, quod illi non dissimile sed propius est dorico λάω. Νίσσομαι idem per solitas ambages a futuro verbi νέομαι repetit 1288, 58. Πλίσσειν a πλέκειν natum esse probatur adverbio ἀμφιπλίξ, quo Sophocles usus est de serpente lignum circumplicante pro περιπλέγδην, non abusive, ut Polluci visum, sed maxime proprie. Ὄσσω et ὄπτομαι ut inter se ita cum οἴομαι *opinor*, *ominor* cognata sunt perinde ac nomina ὄσσα, ὀμφή osmen sive omen; nam promiscue dicitur κακὸν ὀΐεσθαι et ὄσσεσθαι (προτιόσσεσθαι) sed hoc etiam de eo qui alteri malum inferre cogitat idque etiam vultu prae se fert; unde traducitur ad res, quarum adspectu praenoscimus futura: πέλαγος ὀσσόμενον ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα Hom. αἷμα μέλαν κέχυται προϊδὸν κακότητος ἀνάγκην *portendens calamitatem* Orac. Herod. VII. 140. Ἀρύσσω si mirabili codicum consensu Herod. VI. 119. satis sustentatum putamus, certe nihil aliud est quam αρύω, cujus generis compluria a Suida s. Ἀπινύσσω collecta sunt: ὃν τρόπον ἀπὸ τοῦ ἀφύω ἀφύσσω, ὀδύω ὀδύσσω, οὕτως πνύω ἀπινύσσω. Θώσσω H. Stephanus assumsit ex temporibus obliquis Θῶξαι μεθύσαι πληρῶσαι, Θωχθείς θωρηχθείς etc. quorum thema θόω nomini θοίνη praestruit EM. et hinc aptus est aoristus Θώσασθαι εὐωχηθῆναι μεθυσθῆναι Hes. qui iisdem verbis interpretatur θήσασθαι.

54) Dindorfius in Thes. IV. 1177. novitios scriptores, qui καταπιωθῆναι protulerunt, verbi καταποθῆναι similitudine in errorem inductos esse statuit. Mihi haec injusta videtur suspicio.

55) Allatis adde τμήσαιο Andromachi Galen. de Antid. p. 37.

Κνώσσω num quid commercii habeat cum *Κνῶς ἡσυχία πάντων* cumque *νωθής* et *νῶκαρ*, decernat qui velit. Inter ea quae futuro carent EM. 232, 15. refert poeticum *λεύσσω ἐκ τοῦ βλέπω*, quod utrumque a *λάω* extitisse videtur; nec displicet Porphyrii sententia *λέων ἀπὸ τοῦ λεύσσειν* Sch. Il. XIII. 340. nam leoni proprie tribuitur *τὸ γλαυκιᾷν*. Quae in *σω* non purum exeunt, sigma asciticium habent, *τέρσεσθαι παρὰ τὸν θέρσω μέλλοντα αἰολικὸν τροπῇ τοῦ θ* EM. 753, 38. sed Eustathius 1074, 15. *ἐκ τοῦ τείρω τέρσω αἰολικοῦ ἀναδραμόντος εἰς θέμα γίνεται τέρσω*, quarum notationum alteri fidem affert homericum illud *ἠελίου τερσήμεναι αὐγῇ* et vulgare *εἰληθερεῖν ἐν ἡλίῳ θέρεσθαι*, pro altera facit quod poeta *Ἀπόλλων αἷμα τέρσηνε* dixit pro abstersit, latina autem abstergeo, detergeo, tergeo sive tergo a *τείρω* tero propius absunt quam a *θέρω* torreo. [56]) *Τέῤῥομαι ξηραίνομαι* attuli ad Buttm. p. 300. Verbi *αὔξω* forma nativae similior apparet in latino *augeo* et novitio *αὔγω*, cui Coraes in Atact. II. 134. componit *δέφω* et *δέψω*, nec multum abhorret *δεύω*, nam et humectando rigida emolliuntur et subigendo. Quod in EM. 16, 35. dicitur *δέψω* ex *ἕψω* ortum esse, minus credibile est quam *ἕψειν* et *εὖειν* eam inter se et vocis et significationis similitudinem habere ut pro cognatis haberi possint v. Coraes ad Xenocr. p. 122. Idem videtur de *ἀλέξειν, ἀλαλκεῖν, ἀλεῦσαι. Ἀδάξω* sive *ὀδάξω* nemini dubium videri potest unde creverit. Ceterorum, quae in hac dissertatione attigi, origo aut altior est quam ut inveniri possit aut ita in promtu posita ut explicatione non egeat.

---

56) Schol. Il. XI. 621. *ψύχειν μὲν λέγεται πρὸς ἄνεμον, τέρσεσθαι δὲ ἐν ἡλίῳ.* Hinc patet in Sch. Od. VI. 98. *τὸ ἐν ἡλίῳ ξηρᾶναι λέγει, τὸ ἐν ἀνέμῳ ψύξαι*, post *ξηρᾶναι* inserendum esse *τερσῆναι*, quod Buttmanno non succurrebat. Veteres qui *πενθήμεναι* ad *πενθαίνω* referre non sunt reveriti, nescio an *τερσήμεναι* maluerint aoristum activum dicere significationis neutralis participem ut *ἀλεαίνειν* et similia v. ad Aj. p. 383. quam ut pro passivo acciperent, cujus legitima forma foret *ἐτάρσην* vel *ἐτράσην*.

CAP. V.

De verbis quintae conjugationis.

§. 1. Verborum liquidorum descriptio auspicanda est ab iis, quorum terminationem lambda praecedit simplex; quae et numero pauca sunt et non ultra imperfectum progressa— *οὐδέποτε ἐνεστὼς βαρύτονος δι' ἑνὸς λ ὀφείλει ἐκφέρεσθαι καὶ διὰ τοῦτο τὰ φθάσαντα γενέσθαι βαρύτονα ἄχρι τοῦ παρατατικοῦ κλίνεται* EM. 576, 47. Latini *alere* sermo graecus nihil simile habet; nam paragogi *ἀλδαίνω*, quod Koenius cum illo comparat, stirps evanuit; pro *σάλουσα φροντίζουσα* Hes. aut *σαλοῦσα* scribendum ut Photius, aut *σαλοῦσσα* (*σαλόεσσα*). Secunda vero vocalium, quae verbis latinis deest, ex quatuor recinit graecis *κέλω, μέλω, θέλω, πέλω* EM. 444, 49. quibus Theognostus 143, 7. addit *ελω τό τε ψιλὸν καὶ τὸ δασυνόμενον*; psili nomine designans *ἕλω τὸ ἑλαύμω*, cui *ἕλσαι* et *ἑελμένος* supponuntur, aspirati *ἕλω τὸ φονεύω* EM. 525, 55. et *ἕλω τὸ λαμβάνω* 332, 57. Lex. de Spirit. 216. unde *ἕλωρ* et *γέντο* repetunt. Sed inusitatum esse significat Arcadius p. 158. *τὰ εἰς ελω δισύλλαβα βαρύνεται ἀρχόμενα ἀπὸ συμφώνου μὴ μέσου, κέλω, πέλω, θέλω· τὸ μέντοι ἑλῶ περισπᾶται*, qui de media quod dicit indicio est pro ficticio haberi *δέλω τὸ δελεάζω* EM. 254, 5. licet hoc multarum vocum semen et causa fuerit *δόλος, δεῖλαρ, δεντή δέλεαρ* Hes. (ut *γέντο*) nec meliore conditione esse *βέλω*, unde nonnulli *βέλτερον, βόλεσθαι, velle*, derivata putant. Trisyllabum unum est *ἐθέλω*, quare *θέλω* analogiae convenientius habetur EM. 518, 32. Ordine proximum (nam iota cessat) ionicum *βόλομαι* ab usu communi longe remotum; omninoque nullum reperiri verbum in ω barytonum, quod ο in penultima habeat, nisi sequente consona duplici ut *ὄζω* et *κόπτω*, ab Heraclide observatum est Eust. 1854, 60. quo uno velut ictu profligantur *μόλω, θόρω, πόρω* aliaque veterum compendiorum phantasmata, quae diu creditum est nostro demum seculo debellata esse, neque destitimus gloriari ut Sthenelus ille—*ἡμεῖς γὰρ πατέρων μέγ' ἀμείνονες*. Verum *enim vero* quod Pythagoras questus est, a discipulis suis saepe

sinistra accipi quae tradidisset dextra, idem fere antiquis Grammaticae auctoribus usu venit ut quae *κατὰ τέχνην* finxissent, sumerentur pro usitatis inprimisque praesentia imaginaria, quae illi proportionem sequentes temporibus modisque praetexuissent acephalis, in schola superstitiose proponerentur tanquam usu comprobata, novissime autem errore agnito architectis suis opprobrio verterentur quasi patrii sermonis ignaris. Quos contra subtilissimos graecae consuetudinis aestimatores fuisse clarum faciunt tum alii canones huic sermoni intexti, tum illa Heraclidae Grammatici non admodum clari adnotatio forte fortuna ad nostram servata notitiam, inque dies magis clarescet si veterum magistrorum theorematia et fictiones scholasticas ab articulis, ut ita loquar, fundamentalibus, ipsosque principes artis et decumanos a schedographis gregariis discernere didicerimus. — Ypsilon huic terminationi inconcessum, quo redarguitur codicum nonnullorum scriptura *σκύλεσθαι* Lucian. Lexiph. §. 21. a Jacobitzio recepta pro *σκύλλεσθαι*. Vocalem longam habet unum *δήλομαι*. Nam pro *σφήλω* Anecd. Bekk. 171, 25. scribi oportet *σφῆλαι* verbis *ἀντὶ τοῦ σφαλῆναι ἐποίησε* ad ultimum remotis. Diphthongorum duae reperiuntur; *ει* in *εἴλω*, ut nonnulli scripserunt pro *ἴλλω*, tum in *δείλετο*, quod Aristarchus recepit pro *δύσετο*, atque in *ὀφείλω* — altera vero in duobus *βούλω καὶ οὔλω* EM. 208, 27. Cram. I. 91. quod impugnat nescio qui p. 315. *οὐδὲν διὰ τοῦ ουλω βαρύνεται πλὴν τοῦ βούλω* fastidito, ut videtur, imperativo *οὖλε*, qui fortasse ne imperativus quidem est sed vocativus *ὄλβιε* imperativi loco positus ut *macte*. [1]) De non puris Arcadius p. 158. *τὰ εἰς λω μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου περισπᾶται· εἰ δέ τι βεβαρυτόνηται, πάθος ἔχει ἐξ ἐντελεστέρου εἰς ω λήγοντος καθαρεῦον, ὄφλω ἐκ τοῦ ὀφείλω ὥςπερ καὶ τὸ κέλω κέκλω καὶ μέλω μέλπω*, hoc est *ὥςπερ καὶ τὸ κέκλω ἐκ τοῦ κεκέλω καὶ μέμβλω ἐκ τοῦ μεμέλω*, sic enim vaticinatur Eustathius *κέλω ἐν διπλασιασμῷ κεκέλω καὶ ἐν συγκοπῇ κέκλω*

1) *Ὀλβάχνιον* doricum dicitur pro *οὐλοχοεῖον*. — Hesychius *Ὀλοεῖται ὑγιαίνει* scripsisse videtur *ὁλοῦται*. Idem *Οὐλὴ ἕλκος εἰς ὑγείαν ἧκον*.

p. 1306, 12. quod Hesychio reddidi pro *Κεκλεῖ κελεύει* Parall. 557. cf. Diss. I. §. 3. et *μέλω κατ' ἀναδιπλασιασμὸν μέμλω καὶ παρενθέσει μέμβλω ὡς μίμνω γίγνω* 1722, 63. [2]) Ergo nullum est praesens, cujus characterem praecedat consona nativa praeter devium illud *ὅπλεσθαι*, quod ex *ὁπλέεσθαι* concisum dicunt v. Sch. Il. XIX. 172. nam quod in EM. 534, 25. scriptum est *κοχλίας παρὰ τὸ κόχλω τὸ γυρίζω*, id quilibet videt quo loco habendum sit. Haec autem omnia sermo maturior dereliquit et deposuit. Sed vigent et vivunt quae lambda duplici fulta sunt: *ἄλλομαι, βάλλω, βδάλλω, θάλλω, πάλλω, σκάλλω, σφάλλω, ψάλλω*, ac duo ab Hesychio memoriae prodita *Ἀάλλει κακουργεῖ*, quo notius est *δηλεῖσθαι*, et *Σήλατο ἔσεισε*, quomodo veterum aliqui homericum *Σαρπηδὼν ἐςήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν* interpretati sunt *ἐσάλευσε*. Sed pro *Σμῆλαι ῥῖψαι* Salmasius vidit scribendum esse *σμῆσαι* (vel *σμῆξαι*) *ῥύψαι*. Pro *Ἀπάλλεις ἀποπέμπεις* Suid. reponitur *ἀπιάλλεις*. [3]) Eorum quae epsilo praefiniuntur, notissima sunt *κέλλω, μέλλω, σκέλλω, στέλλω*, minus nota *ἔλλω τὸ συστρέφω* EM. 116, 63. *ἐλλόμενα περικνώμενα* Hes. *βδέλλειν τρέμειν ἢ βδεῖν* et *βδέλεσθαι (βδέλλεσθαι) κοιλιολυτεῖν* Hes. qui eodem fere modo *βδελύσσεσθαι* explicat; et prorsus inaudita *Ἀέλλει καλεῖ, Διαδέλλειν διασπᾷν* alieno loco scriptum post *Διαδοχίς*, fictique simile *τὸ σέλμα παρὰ τὸ σέλλω τὸ ὁρμῶ καὶ σόλος ὁ δίσκος* Schol. Il. XVI. 1. Eust. 1041, 30. [4]) quanquam non incredibile est a *σέω* (*σείω*) non solum *σάλλω σάλος* et *σάλαξ* i. q. *σεῖστρον* sed etiam *σέλλω* derivatum esse. Iota uni insitum est *τίλλω*, nam *ἴλλω* scriptura

---

2) Quod ad Buttm. adnotavi *ἐπιμέλεσθαι* non saepius quam semel legi, de hoc ipso infinitivo intelligi volui, cujus insolentia jam H. Wolfium adverterat. Poppo vero in Indice Thucyd. p. 413. mihi sex opponit locos, *quorum in nullo infinitivus legitur*. Hoc est *ἀκονιτὶ νικᾷν*.

3) *Ἐπιλίημι ἐπιτρέπω* Hes. scribendum videtur *ἐπιάλλημι* verbum aeolicum pro *ἐπιάλλω*.

4) Alii *σέλμα* cum *σελίς* et *σανίς* conferunt v. Sch. Apoll. I. 528. et Parall. 426. nec dissonant glossae laconicae *ἑλλά ἡ καθέδρα* et *κασελατίσαι καθίσαι* Hes. quae magis ad verbum *ἕω ἕζω* sedeo convenire videntur. A *σέλμα* derivatum est *σελμίς τὸ ἰκρίον* Hes.

modo discrepat ab ἔλλω vello. Aoristo ἐφίλατο Hermannus Opusc. T. VI. P. I. 160. praesens φίλω, veteres analogiam pressius sequentes φίλλω praescribunt EM. 793, 39. [5]) iidemque ad explicandum ὀλλύω non ὄλω proponunt sed ὄλλω Herodian. Epim. p. 99. et 210. [6]) cujus nullum simile verbum suscepit consuetudo Graecorum sed quatuor ypsilo insignita βδύλλω, βρύλλω, μύλλω, σκύλλω, [7]) nam Hesychius pro Ἐβύλλων ἔβρυον ἐπλήθυον non ἔβυλλον, ut Salmasius voluit, scripsisse videtur sed ἔβρυλλον frequentativum verbi βρύω, quod idem s. Ἔβρυεν interpretatur πληθύειν. Longae vocales verbis non magis aptae sunt quam nominibus, de quibus antiquitus constitutum est τὰ διὰ δύο λλ ὀνόματα τὸ ω̄ καὶ τὸ η̄ παρητήσατο ὑπὲρ τοῦ μὴ μακρὰ ἐπὶ μακροῖς γενέσθαι Cram. I. 60. Eadem fere est diphthongorum insolentia, primum in nominibus; nam quod in EM. traditur Παῖλλος ἀπὸ τοῦ παίσω μέλλοντος παῖλος καὶ κατ' ἀναδιπλασιασμὸν παῖλλος, nescimus utrum proprium sit an appellativum, graecum an exoticum. Tum in verbis unicum est εἴλλω, quod series literarum in Hesychii lexico tuetur, nec aliunde declinatum est praesens aeolicum ἀπέλλω et aoristus Γέλλαι τεῖλαι id est εἶλαι, sed in nostris libris vix unquam legitur sine diversitate scripturae εἴλω, εἰλῶ, ἴλλω. Pro ἀείλλω θωπεύω EM. Hesychius ἀϊλῶ praebet, quorum utrique forsitan praestet ἀείλω i. q. εἴλω cum alpha prosthetico, idque a canibus ceventibus traductum censeo ad homines sicut σαίνω [8]) et *adulor*, quod Nonius scribit proprie de motu caudae dici, ac, si graece reddendum sit, convenientissimum erit προσίλλειν vel ὑπίλλειν. Hinc ad alia deducimur trisyllaba, quo-

5) Perfectum πέφιλμαι usurparunt Ephraem in Caesar. v. 35. in Maji Nov. Collect. T. III. et Tzetzes Exeg. Il. p. 21. quem locum indicavit Hoelscherus.

6) In Cram. Anecd. I. 316. additur ἢ παρὰ τὸ ἕλω τὸ φονεύω ὁλῶ ὡς πέλω ἀπολῶ (scr. πολῶ) μένω μονῶ (scr. πένω πονῶ).

7) Ignota sunt Διέφυλλε διέτιλλε et Φυλλόμενοι τιλλόμενοι Δωριεῖς Hes. (post φουλίδερ).

8) Σαννίον τὸ αἰδοῖον ἀντὶ τοῦ κερκίον παρὰ τὸ τῇ κέρκῳ σαίνειν. Hinc σαίνουρος et αἴλουρος. Ἐσαθνύριζεν ἤχαλλεν Hes. ἐσαννύριζεν scribendum ut Σαννυρίων cf. Prolegg. 271.

rum ea quae nominibus verbisque conjugata sunt, *ἀγάλλω*, *ἀσχάλλω*, *ἀέλλομαι πνέω* Hes. *ποικίλλω*, *αἰόλλω*, *σαπύλλω* i. q. *σαίνω*, alio loco tractavi; item quae reduplicatione creverunt *παιπάλλω*, *μοιμύλλω*, cui numero Grammatici adscribunt *κοικύλλω τὸ περιβλέπω παρὰ τὰ κύλα*, etsi nec verbi significatio constat, nec *κύλα* dicuntur oculi. *Αἰκάλλω*, *ἀγγέλλω*, *δενδίλλω*, cujus synonymum est *δανδαίνω*, etyma alte abstrusa habent. *Σκερβόλλω* stirpem monosyllabam habere videtur, quae ex *σκέραφος ἡ λοιδορία* et *κερτομεῖν* quodammodo conjectari potest. *Ὀφέλλω* augeo et synonymum *ὀμφύνω* non multum absunt a similitudine latini nominis *ops*, *opimus*, neque aliter habendum de *ὀφέλλειν* verrere v. C. I. §. 3. et *ὀφείλειν* debere et oportere. [9])

Adnotamentum. Horum verborum multa lambda non a stirpe generis et seminis sed afficticium habent *ψάω ψάλλω*, *βδέω βδύλλω*, *βρύλλειν τὸ ὑποπίνειν ἐκ μιμήσεως τῆς τῶν παίδων φωνῆς* (*βρῦν*) Sch. Arist. Eqq. 1134. sed hoc incertius, nam in Comici loco *βρύλλων τὸ καθ' ἡμέραν* positum videtur pro *βρυάζων*, quod Glossographi *εὐφραίνεσθαι εὐωχεῖσθαι* interpretantur. Si verum est quod Suidas tradit *Μυᾶν ἔστι τὸ τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν, ὃ καὶ μύλλειν λέγεται,* [10]) Theocritus, qui hoc de concubitu dixit IV. 59. illam comprimendi notionem, quae verbis *μύειν*, *μύζειν*, *μυᾶν* subjecta est, a labris oculisque eo deduxit quo latinum *comprimere* convenit. Sed Sch. illud multo aliter interpretatur *ἐλαύνει*, *ὠθεῖ*, *ἀπὸ τῶν ἁλούντων*, quorum munus est *versare molam*, *περιστρέφειν τὴν μύλην καὶ περιελαύνειν* Poll. VII. 180. et fortasse nomen *μύλη* a *μύλλω* ductum putavit eique verbo significationem torquendi tribuit, etsi proprie *ora torquere* significat ut adjectivum *μυλλός διεστραμμένος τὴν ὄψιν*. Sed haec transeo et relinquo ut parum comprehensibilia. *Σκύλλειν τὸ τοῖς ὄνυξι σπᾶν* Hes. veri simile est

---

9) Eust. 1472, 30. *χρεῖος ὀφέλλεται ἀντὶ τοῦ ὀφείλεται καὶ ἀντὶ τοῦ αὔξεται ὅπερ ἐστὶ τοῦ τόκου ἀφορμή.* Cum *ὀφλισκάνειν γέλωτα* et similibus convenit aliud augendi verbum *ἀλφάνειν φθόνον* Eurip.

10) Schol. Arist. Lys. 126. *μυᾶτε σκαρδαμύττετε ἢ μύλλετε ἢ μυκτηρίζετε. Μυᾶν γὰρ τὸ τὰ χείλη συνάγειν.*

ab hoc ipso verbo originem habere, cujus labialem servat *spolium* σκῦλον v. Parall. p. 80. Non eadem sed similis actio subjecta est verbis ξέω, ξύω, ξαίνω, σκάλλω scabo, scalpo, parique utriusque consonae vicissitudine σπάλευθρον et σκάλευθρον v. Prolegg. 263. σπάλαξ talpa et σκάλοψ. Θάλλω τὸ αὔξω παρὰ τὸ θῶ τὸ τρέφω EM. 441. v. C. I. §. 1. ex quo θηλή, τήθη, τιθήνη, a Romanis uno vocabulo *mamma* comprehensa et verbum Θήλαντο ἐθήλασαν Hes. quod in Thes. non ad θηλαίνω referri debebat sed ad θάλλω. Cum θηλάζω autem Vossius recte contulit fello, cujus synonyma sunt βδάλλω, ἀθέλβω sive ἀμέλγω [11]) mulgeo, unde compositum nomen caprimulgi, quem Graeci αἰγοθήλαν et αἰγίθαλλον ac nonnunquam (nisi exemplaria fallunt) αἴγιθον vocant. His ubi adjecero στέλλω a στάω (ἵστημι) natum videri, ad ea procedam, quorum liquida in ipsa stirpe inest. Buttmannus quidem Gramm. II. 305. non dubitat τέλλειν conferre cum ταλάσαι, τλῆναι, tollere, cujus perfectum tetuli ad tello pertinet ut pepuli, perculi; ex quo concludimus τέλλειν habere significationem tollendi, levandi, et ἐπιτέλλειν sublatum onus imponendi. [12]) Transmutationis illius simulacrum quoddam praebet κέλω unde κέλαδος et κέλωρ ἡ φωνή Hes. et κλέω καλέω. Sed ex βλείς et βλεῖο, quod Sch. Arist. Ach. 236. cum ἐμπλείμην contendit, non sequitur aliquando in usu fuisse praesens βλέω vel βλάω, neque Hemsterhusio assentior Καβλέει καταπίνει pro καταβάλλει valere v. Diss. I. §. 3. Citius βλαστός et βλάστη huc accommodari possunt; nam βλαστεῖν simile est latino *trudere gemmas, exigere uvas, radices,* eaque translatione et nos utimur *schiessen, schossen, treiben,* et alii recentiorum *pousser, jette de l'arbre,* Graecique ipsi: ὁ κρόκος ὠθεῖ τὰ φύλλα Theophr. Hist. VI. 6, 10. v. ad Aj. p. 90. Lambda duplex aliquando in locum simplicis

11) Βδέλλα ἀμελγομένη χροὸς αἷμα Nic. Al. 507. quo loco supra usus sum.

12) Τολμᾶν est suscipere et sustinere sive *tolerare* declinatum a τόλμη, quod accurate refert speciem verbi τέλλω ut στέλλω στολμός, ἔλλω ὄλμος. Hesychius Τελάσσαι τολμῆσαι τλῆναι, cui convenit nomen τελαμών telamo id est lator; cetera alpha servant τάλας, ταλαός, τάλαρος.

successisse nihil est quo demonstrari possit nisi probamus eorum sententiam qui *μέλλειν*, quod saepe verbo *μελετᾶν* explicatur v. Sch. Pind. Ol. VII. 110. etc. cum *μέλειν* cognatum putant ac proprie quidem dici *μέλλω ποιεῖν* meditor facere sed minus proprie *μέλλω θανεῖν*; quo modo *novi Graeci*, ut Reiskius ait ad Constant. Cerem. p. 96. *saepe βούλεσθαι et θέλειν ponunt pro μέλλειν*, et ad ultimum *θέλω* ad periphrasin futuri transtulerunt. [13]) Lambda cum antistoecho ϱ commutatum esse non satis probatur Hesychii glossa *Ἀμερεῖν ἀμελεῖν*, quae non suo loco posita est sed ante *ἀμείρεσθαι* ideoque dubitatur, sed congruunt *μέλος* membrum et *μέρος* pars ac magis etiam *μέλος* cura et *μέριμνα*, dividia, *μερμήρα, Μείρεται βουλεύεται* Suid. *Θέλω* Apollonius Synt. I. 2, 11. a *λῶ* extitisse opinatur detracta syllaba; alii cum *ἐλεῖν* et *ἔλδεσθαι* cognatum putaverunt EM. 317. nec longe distat *δήλομαι*, quod Schol. Nic. Th. 93. ex *βούλομαι* conversum censet *ὡς ὀδελός ἀντὶ τοῦ ὀβελός*. Horum nihil satis confirmatum est, sed quod de *μέλειν* et *μέλλειν* dixi, quodammodo corroboratur Hesychii auctoritate *Βέλλειν μέλλειν, Βέβλεσθαι μέλλειν, φροντίζειν ἢ μέμβλεσθαι* hoc est *μέλεσθαι*. Vocalis autem characteri praemissa quanta sit mutabilitas ex multis cognoscitur exemplis. Primum *ζέλλω τὸ βάλλω* EM. *Ἔζελον* (sic) *ἔβαλον* Hes. Verbi *σκέλλω* aoristum *ἔσκηλα* Eustathius recte ad *σκάλλω* refert v. ad Buttm. 291. Sch. Theocr. XI. 34. *βδέλλω τὸ ἐκπιέζω ὅθεν καὶ βδέλλα ἡ ἐκμυζῶσα τὸ αἷμα· ἀττικῶς δὲ βδάλλω*, quod solum reperitur, sed a *πάλλω* non solum *καταπάλτης* sed etiam *καταπέλτης* et *καταπελταφέτης* et ut plerisque videtur etiam latinum *pello*; eodemque revocant *πέλω, πελεμίζω* [14]) et *κέλλω*, quia *ναῦν κέλσαι* sive *ὀκεῖλαι* et navem appellere eundem intel-

13) Plaut. Amphitr. I. 1, 207. *vide sis quam mox vapulare vis* pro vapulaturus sis.

14) Hesychii *Καλίς ἀξίνη* et *Κελεῖς σκέπαρνον*, pro quo *κελλίς* scribendum videtur, idem fere significant quod *πέλεκυς*. Ab eodem *κέλλω* antiqui etiam *δίκελλα* repetunt et *μάκελλα* EM. v. Prolegg. 106. *ἀμφικέλεμνον ἀμφοτέρωθεν ὀκέλλον καὶ στηριζόμενον* EM. ut Hippocrates *ἐγκέλσαι* dixit pro *ἐνστηρίξαι* v. Galen. Comm. III. in L. de Fract. T. XVIII. P. II. 580.

lectum habent et alioqui consonae illae in principio vocum multifariam commutantur *κύαμος πύαμος, κόρνοψ πάρνοψ, κώληψ* poples. His adnectuntur procella, procellere, recellere cum simplici cillere, quod Servius movere interpretatur, eandemque significationem habet illud sive nomen sive verbum quicum conjunctum est *κίλλουρος ἡ σεισοπυγίς motacilla* et *ἔγκιλλος* sive *ἔγκιλλον* cauda agilis. Quemadmodum vero *cillo* a cio, sic *κέλλω* a *κίω* derivatum creditur; et sic Nicander pro *κίειν* dixit *στίβον ὀκέλλειν* Ther. 319. et *πλόον* (id est *ὁδόν*) *ὀκέλλειν*, Euripides Rhes. 901. *κέλσαι ὁδόν* ut *ἔρχεσθαι ὁδόν*, Oppianus Hal. III. 221. *οἰκία κέλσει κλεινὸς ἀνήρ* pro *ἐλεύσεται*, obscurata significatione *τοῦ ταχέως βαδίζειν καὶ τρέχειν, ὅθεν καὶ κέλης καὶ κέλευθος* EM. p. 502, 10. p. 608, 33. quo propius accedit ad primitivum *κίειν*, unde Buttmannus et alii *κινεῖν* enatum putant velificante Hesychio *Κίατο ἐκινεῖτο* v. Diss. XI. §. 2. Vocalem aeque instabilem habet verbum late vagatum *ἕλλω, εἴλω, ἴλλω*, cui Grammatici significationem volvendi et torquendi tribuunt.[15]) Neque secus est nostra sententia; nam eodem tendunt derivata *βολβός* volva, *οὖλη κόμη παρὰ τὸ ἕλλω τὸ συστρέφω, ὅθεν καὶ ἑλίσσω* Cram. I. 302. vermiumque vocabula *ἴουλος, ἕλμινς, εὐλή*[16]) et a synonymo *στρέφω Στροφάδες εὐλαί* Hes. quibus paria suppeditat sermo latinus *volvox* sive *volucra* et *convolvulus*; nec minus *εὔληρα παρὰ τὸ εἰλῶ ὡς καὶ τὸ εὐλή* Eust. 1311, 46.[17]) postremo *ἴλη* et *οὐλαμός* per eandem metaphoram qua *globus* militum dicitur et *σπεῖρα* manipulus. Alpha simplex apparet in *ἀλής* et *ἀλῆναι*,[18]) eta in

15) Discrimen a Simplicio traditum *Ἰλλομένη τὴν δεδεμένην σημαίνει· εἰ δὲ διὰ τῆς ει, τὴν κωλυομένην*, nusquam apparet.

16) Paretymologiae instar est homericum *εὐλαί—παρὰ τὸ αἰόλλω τὸ στρέφω* Schol. Od. XX. 7.

17) Schol. Il. XXVIII. 481. *τὰ εὔληρα Ἡρωδιανὸς καὶ ἐπὶ ἱματίου καὶ ἐπὶ δεσμοῦ τίθεσθαί φησι.* Si de veste, synonymon habet *εἴλυμα*, si de vinculis, *ἰλλάς, ἐλλεδανός, Εἴλεα δεσμοί* Hes. et laconicum, nisi fallor, *βειέλοπες* sive *βιέλοπες οἱ ἱμάντες* Cram. II. 290. pro *ἕλλοπες* sive *ἴλλοι*, postremo *Γέλιν ὁρμιάν* et *Σελμίς ὁρμιά* Hes. *σελμίδες σχοινία* Eust. 197, 13.

18) *Ὑπ' ὄρπακα κλωνὸς ἐλιχθείς* Anth. VII. 20. quasi antiphrasis est homerici *ὑπ' ἀσπίδι ἐάλη*. Callin. Fr. I. 10. *ὑπ' ἀσπίδος ἄλκιμον*

ἠλακάτη, *Βήλημα κώλυμα* hoc est *εἴλημα* et in aliis quibusdam ejusdem dialecti v. Albert. ad Hes. s. *Γήνεσθαι* et Ahrens. Dial. Dor. 160. Cum Sophronis verbis *τίς μοι τὰ λᾶα ἐκτίλλει* si quis contulerit Anacreontis locum EM. 713, 1. *τίλλει τοὺς κνάμους ἀσπιδιώτης*, vix se continebit quo minus *τίλλειν* vellere et *ἴλλειν* volvere idem verbum esse concedat; nam volvendo et torquendo evellimus defixa, ut Lucretius dixit *evolvens radicibus haurit ab imis* id est *ἐκτίλλει* sive *ἐξειλεῖ* idemque declarant etiam derivata, quae Hesychius affert *Ἑλλίζειν τίλλειν* et *Γελλίζειν γαργαλίζειν* id est titillare, quam significationem anticipavit primitivum *Ἑλλόμενα περικνώμενα*, nam *κνᾷν* et *κνίζειν* proxime distat a titillando v. Diss. XIII. §. 4.

§. 2. Verba in *αμω* exeuntia nulla sunt, neque aliae vocales huc intrant praeter epsilon. Quo de genere Theognostus p. 134. et Epim. II. 322. haec afferunt: *βρέμω, γέμω, δέμω, δρέμω, νέμω, τέμω, τρέμω, χρέμω τὸ ἠχῶ*. Horum quartum a Technicis fictum jureque praeteritum est ab Arcadio p. 130. ubi inter *τρέμω τὸ ἠχῶ* excidit *χρέμω*. *Τέμω* ille sumsit ex Hom. Il. XIII. 707. nam alibi non legitur, et hoc quoque loco Wolfius *τεμεῖ*, alii *τάμον* vel *ταμέσθ'* scribunt. Miraculi instar est *Ῥέμει ὀδυνᾷ σήπει* Hes. nec solvitur Theognosti interpretatione p. 11, 8. *ῥέμω τὸ πειρῶμαι, τὸ δύναμαι*, quae cum illo exaequari possunt hoc modo *τὸ τείρομαι, ὀδυνῶμαι*. *Ὄμω* Schneiderus fabricatus est sine ullo analogiae respectu tanquam prototypon vocabulorum *ὄμβρος* et *ὀμιχῶ*. Nec minus commenticium est *γήμω* Herodian. Epim. p. 15. Pro *Λαίμεται εἰς βρῶσιν ὥρμηται* series *λαιμάσσεται* vel simile quippiam poscit. Liquidae duplicatae exempla nulla nisi ex vitio nata: *Κάμμει καθίζει* Hes. ubi *κάμβευ* corrigunt, et *Τέμμειν πείθειν τιμᾷν* Suid. Phot. cujus

---

ἦτορ ἕλσας, Quint. III. 369. *τοὺς δ' ἕλσας ἀνὰ ἄστυ* et v. 413. *βροτῶν εἰς τεῖχος ἁλέντων*, pro quo Herodotus I. 80. *κατειληθέντες ἐς τὸ τεῖχος*. Alpha pro epsilo recepit *αὔληρον ὅπερ Ἴωνες εὔληρον* · Anecd. Bekk. 464. et fortasse *βαλιός* i. q. *αἰόλος*, nec dissonat *Γάλλια ἕντερα* Hes, *χορδή ἡ τῶν ἐντέρων εἴλησις* Schol. Arist. Rann. 342. unde Isidorus latinum *ilia* arcessit. *Ἑάλη* Homeri interpretes antiqui modo ab *ἁλεῖν* repetunt modo ab *εἰλεῖν*.

correctio necessaria sed nondum tentata est. Ubi stabilimento opus, assumitur consona proxima *κάμνω*, *τέμνω*. Neque aliae consonae characterem praecedunt praeterquam in verbis obsoletis et enormibus, quorum unum est *χραίσμετε ἀπὸ τοῦ χραίσμω βαρυτόνου* Schol. Apoll. II. 218. alii aoristum dicunt sed *μονήρη*, quia *οὐδεὶς ἀόριστος εἰς μον* (non purum) Cram. I. 176, 21. nam *τέτμε* imperfectum esse volunt Sch. Il. IV. 293. Secundum est *Θέρμει θερμαίνει* Hes. et *θέρμετο* homericum. Sed *λελιχμότες* sic ut *τέτμον* ex syncope ortum ferunt: *οὔτε ἀπὸ τοῦ χραισμῶ οὔτε ἀπὸ τοῦ ὀλισθῶ μέσοι γεγόνασι παρακείμενοι ὥσπερ οὐδὲ ἀπὸ τοῦ λιχμῶ, ἵνα μὴ διὰ δύο συμφώνων ἐξενεχθῶσι* Cram. I. 268. ubi *ὀλίσθω* scribendum est et *χραίσμω*, quorum perfecta in *σθα* et *σμαι* exciderent si hoc tempus in exitu duas consonas ferret syllepsi conjunctas v. EM. 667, 33.

Adnotamentum. Verborum usitatorum tria *γέμω*, *νέμω*, *τέμω* characterem immutabilem habent sed *τρέμω* a *τρέω* processit, *δραμεῖν* a *δρᾷν* (*ἀποδιδράσκειν*) et *δέμω* Eustathius 1047, 58. ad *δέω* (*δεσμῶ*) refert. *Χρέμω*, unde *χρόμος ὁ χρεμετισμός* Hes. et verba *χρεμέθω χρεμετίζω*, annexum videtur latino *screo χρέμπτομαι* eo cognationis genere quo sonorum imitamenta se contingere solent, neque longe distat a *βρέμω* fremo et a *βρίμη*, quibus adaptata sunt *βριμάω*, *βριμάζω*, *βρωμῶμαι*, *φριμάσσω*, suo quidque proprio sapore; quare distinxit Herodotus *φριμάξασθαι καὶ χρεμετίσαι* et Schol. Lyc. 244. *οὐκ ἔστι φριμαγμὸς ὁ χρεμετισμός, ἀλλ' ὁ διὰ τῶν ῥινῶν τῶν ἵππων ἀποπεμπόμενος ἦχος ὅταν γαυριῶσι*. Sed cum *βρίμη*, quod Hesychius *ἀπειλή* interpretatur, convenit etiam *Σφριαί ἀπειλαί ὀργαί* et *Φριᾶται βριμαίνει*, cui conterminum est *φρυάσσω* vix ut dubitari possit quin his omnibus subtinniat sonus minantium, ferocientium, gaudio et libidine gestientium. *Θέρμω* non minus solitarium est quam adjectivum *θερμός*, nam consona haec frequentissime fingendis substantivis verbalibus adhibetur (*κορμός*, *χάρμη*) sed nunquam verbis vel adjectivis in *ος* exeuntibus; ceteroqui adjectivo ad formandam terminationem necessaria, verbo modo producendae syllabae causa inserta est. Sed transeo ad verba quae in *νω* excurrunt.

§. 3. Arcadius p. 159. circumflecti dicit disyllaba *ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους εἰς δίχρονον συνεσταλμένον καταλήγουσαν ἢ συμφώνου ἢ συμφώνων μὴ ἀντιστοίχων, χωρὶς εἰ μὴ κατ᾽ ἐπένθεσιν εἴη τοῦ ν γενόμενα κυνῶ προκυνῶ, πλανῶ, σινῶ. Τὸ δὲ τίνω κατ᾽ ἐπένθεσιν· τὸ δὲ φθίνω καὶ φθάνω ἀπὸ ἀντιστοίχων· τὸ δὲ ἄνω ἀπὸ φωνήεντος ἄρχεται*, ubi manifestum est post *καταλήγουσαν* scribendum esse *μὴ ἀπὸ φωνήεντος ἢ συμφώνων ἀντιστοίχων ἀρχόμενα*. Hoc canone damnatur *Στάνει στείνεται συμβέβυσται* Hes. id enim si unquam usurpatum est, certe alpha breve habuit, et *Δάνειν κοιμᾶσθαι* quod Phavorinus ex mendoso libro sumsit pro *δαύειν*. *Κτάνειν κτείνειν* Hes. et Aret. Sign. Diut. II. 11, 165. vitium in accentu contraxit. Itaque duo relinquuntur, poeticum *ἄνω* et *φθάνω*, quibus Arcadius quidem alpha tribuit breve propter homericum *ἄνοιτο*, quod nonnulli *ἄνυτο* scribi jubent v. ad Buttm. 115. Ellendt. Lex. Soph. T. I. 177. Matthiae Lex. Eurip. I. 273. nec tamen dubitavit, opinor, quin produci possit, id quod demontrat Epim. Cram. I. 16. neque negat Heraclides Eust. 1434, 20. sed naturae minus consentaneum esse censet: *ἄμεινον λέγειν ἀνύω ἤπερ ἄνω ἵνα μὴ παραλόγως μηκύνηται τὸ ἄλφα*. Alterum *φθάνω* metri necessitate excusatum habet Schol. Il. IX. 506. *ἐκτατέον τὸ φθάνει διὰ τὸ μέτρον· ὁ δὲ Ζηνόδοτος γράφει φθανέει*, commotus fortasse congruentia verborum *ἄνω* et *ἀνέω*, quo Xenophon utitur et Hesychius *Προσανῶν προσαύξων· ἀνεῖν γὰρ τὸ αὔξειν καὶ ἄνην τὴν αὔξησιν*, nisi is de barytono, ut Vossius statuit, loquutus est; posteriores tamen *φθάνω* in hexametro scripserunt, non *φθανέω*. *Ἄνω* pro *αἴνω τὸ ἀναδεύω* non legimus, nisi quod Eustathius dicit 801, 60. *Παυσανίας οὐ διὰ διφθόγγου γράφων αἰνεῖν ἀλλὰ διὰ μόνου τοῦ α φησὶν ἀνεῖν ἐν ἐκτάσει ἔχειν τὸ α*, de barytono *ἄνειν* dictum est. De secunda vocalium haec docent: *τὰ διὰ τοῦ αινω διὰ τῆς αι γράφεται πλὴν τοῦ σθένω, μένω, πένω, στένω* Theodos. Gramm. p. 72. *τὰ διὰ τοῦ αινω διὰ διφθόγγου. Ὅσα δὲ παράγουσιν ἐξ αὐτῶν ἀρσενικὰ ὀνόματα εἰς ος διὰ τοῦ ε φένω, στένω, πένω· σὺν τούτοις δὲ καὶ τὸ ἔνω τὸ δύναμαι*, quod ita intelligi debet ac si scriptum esset *τὸ ἔνω ἀφ᾽ οὗ τὸ ἀνύω τὸ δύναμαι* ut Sch. Od. I. 1. p. 9.

ἀνὴρ παρὰ τὸ ἀνύειν δύνασθαι. Atque hujusmodi verbum generali faciendi significatione praeditum non solum syntheto αὐθέντης id est αὐτουργός subest ut Schol. Il. XVII. 217. ἐνυάλιος παρὰ τὸ ἔνω τὸ φονεύω, ἀφ' οὗ καὶ τὸ αὐθέντης v. Wieseler. ad Eumen. p. 49. et simili Συνέντης συνεργός Hes. sed etiam paragogo ἔντεα=ὄργανα. Nec difficile creditur ab illa infinita significatione faciendi transitum esse ad hanc angustiorem interficiendi, quam non solum praepositiones verbis agendi impertiunt ἐξανύω τὸ φονεύω Sch. Il. XI. 365. ἐκπράττω, διεργάζομαι perimo, sed etiam simplex ἀνύω interdum obtinet. Quare Grammatici ἄνω et ἔνω idem verbum esse statuunt v. Sch. Hesiod. Sc. 311. et ab hoc ἐναίρω et Ἐννὼ repetunt Sch. Lyc. 519. et αὐθέντης pro αὐτοφόντης dici adnotant,[19]) χειρώναξ pro χειρουργός, ut et simplex ἄναξ nonnunquam idem valet quod ἐργάτης et τελεστής v. Parall. 125. Sed hoc ἔνω sive ξνω non minus insolitum est quam illud ἔνω ἐνόω, unde Buttmannus ἔνοσις enatum censet, et huic paria γένω et κένω aptum proserendo perfecto κέκονα et substantivo κονή et κατακονή occisio, ἀνδροκόνος homicida, nec aliunde pendent Κακκεῖναι κατακόψαι Hes. et homericum κένσαι, in quo propria remansit potestas pungendi, hinc ad verbalia transmissa κεστός, ἠκεστή, κέστωρ (ut festra, bimestris) κέντωρ (ut μένω Μέντωρ) et κοντός.[20]) Θένω non solum Technici ponunt Theogn. p. 144. (ubi ψένω scriptum est) Herod. Epim. 56. sed etiam Hesychius in usu fuisse testatur; nostris in libris num ferendum sit, disceptari solet. De φένω nulla est controversia quin jam diu exole-

19) Phrynichus Ecl. 120. αὐθέντης μηδέποτε χρήσῃ ἐπὶ τοῦ δεσπότου ἀλλ' ἐπὶ τοῦ φονέως. Theodorus Gaza de Mens. p. 302. ed. Petav. Graecos dicit, quia nullam vocem haberent, quae latinum *auctor* exprimeret, nomen αὐθέντης pro κύριος posuisse et hunc usum jam ante mille annos coepisse. De Euripide, qui δῆμος αὐθέντης χθονός dixit, Coraes ad Isocr. p. 330. sq. dubitat utrum κύριον sive δεσπότην intelligi voluerit an αὐτουργόν.

20) A κένω βουκέντης, κέντρον et κέστρον cestrum, κέστρα, a ξαίνω ξάντης, φαίνω ἱεροφάντης, sed a μιαίνω (μεμίασμαι) μιάστωρ, θερμαίνω θερμάστρα ἡ κάμινος. Cum bimestris et menstruus conferri possunt monstrum et mostellum. Pistor vero a prisco *piso*.

verit. Itaque quatuor nobis relinquuntur partim poetica, partim ad omnem usum loquendi apta *μένω*, *πένω*, *σθένω*, *στένω* pro quo *τένω* subrepsit Arcadio p. 159. *στένω* autem, sive pro *στενάχω* dicitur sive pro angusto, unum et idem esse Muetzellio de Theog. p. 417. assentior hoc firmius quod latino *ango* eadem continetur cruciandi et angustandi significatio,[21]) nec multum abhorreo a Scaligeri sententia latinum gemere a graeco *γέμειν* id modo differre quod hoc neutralem habet vim, illud factitivam. De eta paulo post dicetur. *Τὰ εἰς νω διισύλλαβα παραληγόμενα ι ἐκτεταμένῳ βαρύνεται, κλίνω, κρίνω, πίνω, σίνω* Arc. 160. qui *φθίνω* vocalem brevem habere pronunciat, *τίνω* ancipitem; verbum *δίνω* circumflexis adnumerat *τὸ δεινῶ περισπᾶται ὅτι δεινός*, pro quo *δεῖνος* scribi oportet; nam ab adjectivo oritur verbum tertii ordinis *δεινόω*. Verum a *δίνω* composita sunt *Περιέδινε* et *Περιδίνεσθαι περιστρέφεσθαι*, ipsumque *δινόμενος* legitur apud Callimachum v. ad Buttm. 154. et *δίννω* aeolicum Choeroboscus affert Cram. 190. doctique in Sapphus oda restituunt v. Ahrens dial. dor. 541. *Γίνω παρὰ τὸ γίγνω· τὸ ι μακρόν· τὰ γὰρ θεματικὰ ἡνίκα ἀποβάλλωσι σύμφωνον, εἰς φύσει μακρὸν μεταβαίνουσι* EM. 232, 21. scilicet *ὥςπερ τὸ γιγνώσκω ἅμα τῇ ἀποβολῇ τοῦ γ ἐξετάθη* p. 478, 50. nam natura breve esse edicunt Drac. 32, 7. ubi *θέσει* mutandum in *φύσει*. *Ψίνεσθαι* quo Theophrastus utitur de vitio quodam vitium, non differre a *φθίνεσθαι* probatur adjectivo *ψινάδες αἱ ῥυάδες ἄμπελοι*, quae eaedem *φθινάδες* vocantur v. Diss. I. §. 9. sed fortasse *ψίνεσθαι* et *ψινάζειν*, quod Hesychius *ἀποῤῥεῖν* et *φυλλοῤῥοεῖν* interpretatur, peculiariter dicta sunt de floribus foliisque caducis, quae destillantium similitudinem praebent, illa generali significatione tabescendi proprietate quadam soni circumscripta, qua vim verbi *ψιάζειν* i. q. *ψεκάζειν* consequuntur. Incertum est quod Hesychius offert *Ἔζινεν ἐσβέννυεν* tum per se tum propter propinquitatem perispomeni *Ἔξίνει* (sic) *ἐσβέννυεν*. Duarum syllabarum numerum quae excedunt, paragoga sunt *ὀρίνω*, *ὠδίνω* praeter *ἀλίνω*, quod Coraes quidem ad Isocr. 299. cum *ἄλερος*

21) *Στεινόμενοι ὀδύνῃσι* Oppian. Hal. I. 484.

(*κόπρος*) *ἀλαρύνω* novitioque *λερώνω* confert, nec praetermittit *ἀλισγέω*, sed non evicit; nam haec magis ad *ὄλος ὀλερός* accedere videntur, *ἀλίνειν* autem, quod Glossographi *ἀλείφειν* interpretantur et saepe per diphthongum scribunt, ad *linere*. Huic proxima vocalis excluditur Arcadii praecepto: *τὰ εἰς ονω περισπᾶται, φθονῶ, δονῶ, ὀνῶ τὸ ὠφελῶ* etc. Verbum barytonae conjugationis medium *ὄνομαι* exterminavit Aristarchus pro *οὔνεσθε* scribens *ὀνόσασθε* v. Diss. VIII. C. 3. Quod Hesychius suggerit *Ῥόνειν κρίνεσθαι* pro desparato relinquendum. Idem p. 160. *τὰ εἰς νω παραληγόμενα υ μακρῷ βαρύνεται δύνω, θύνω, πλύνω, φύνω,*[22]) quibus addenda sunt *βύνω* (*διαβύνομαι*) *μύνομαι* et *ἀμύνω*. Longas vocales exemtas esse significat his verbis *τὰ εἰς νω παραληγόμενα φύσει μακρῷ φωνήεντι, ὁπότε μὴ εἴη κατ' αἰολίδα διάλεκτον, περισπᾶται σκηνῶ, θρηνῶ — τὸ πάνω βαρύνεται ὡς ἴδιον αἰολικόν. Πήνω* invenitur quidem apud Hesychium Photiumque pro *πηνίζω* dictum sed *πάνω* Arcadius doricum appellasset, non aeolicum; quare praestat *πώνω* id est *πίνω* reponere, quod Dindorfius in Thes. s. h. v. et Ahrensius de Dial. aeol. p. 131. in quodam Alcaei loco indagarunt mendose *πονεῖν* scriptum. Pro *Γήνεσθαι κατέχειν* Hes. quid substituendum sit, supra indicavi; *ψήνειν* pro *ἔψειν* novitiae est consuetudinis v. Du Cang. Hinc ad diphthongos pergimus. *Τὰ εἰς αινω διισύλλαβα βαρύτονά ἐστιν, αἴνω τὸ πτίσσω δασυνόμενον καὶ βαρυνόμενον παρ' Ἀττικοῖς, δραίνω, κταίνω, καίνω, ῥαίνω, σαίνω, χραίνω. Τοῦ δὲ αἰνῶ ὄνομα προκατῆρχε, διὸ περιεσπάσθη* Herodian. *π. Μον.* p. 24. Utrumque a librariis confusum est ut saepe alias ita in Hesychii glossa *Αἴνων βαρυτόνως* (*αἰνῶν δὲ*) *ἐπαινῶν*, ex qua Buttmannus in Lexil. II. 112. festinantius colligit fuisse verbum barytonum *αἴνω* laudo, cui verbo comparat germanicum *Laut* et laurum quoque antiquius *laudum* appellatum esse a laudando hoc est crepando. *Ἀναίνομαι* idem I. 274. a negativa particula *ἀνά* propagatum statuit, veteres compositum dicunt vel cum praepositione ut contrarium *καταινεῖν, ἢ παρὰ τὸ ἐπίῤῥημα ναί*

22) Regula de hyperdisyllabis, quae hoc loco subjicienda erat, casu translata est ad canones nominum p. 194.

EM. Eust. 668, 31. Qua in pugna opinionum licebit quartum quiddam interponere, *ἀναίνομαι* contrapositum esse *τῷ αἴνυμαι* proprieque significare *repudiare* ex negativa particula et verbo thematico *αἴνω* capio concretum illa liberiore compositionis ratione qua disjuncta formantur *ajo — nego*, *τίω ἀτίω* v. ad Phryn. 563. ex quo factum esse arbitror cur non solum *ἠναίνετο* scriberetur aucta praepositione pro *ἀνήνετο* sed etiam *ἠνηνάμην* atque adeo *ἀνήνασθαι* quasi *ἀναίνομαι*, sic ut Buttmannus statuit, verbum simplex esset. His Hesychius addit *Γαίνεται ἀνύει* ex *ἄνω* factum, *Γέγλανται κεκοίλανται*, quod in Thes. ad *γλάφω* redigitur sed apparet a *γλαίνω* declinatum esse ut *Διαγλαίνειν λυμαίνεσθαι* eo, ut opinor, intellectu quo *διακναίειν* dicitur pro *διαφθείρειν* et alia verba excavandi transferuntur ad lentam corruptionem. *Σφεδανῶν — τινὲς σύνθετον ἐκ τοῦ σφέ καὶ δανών ὅ ἐστι κτείνων*, ex quo non satis clarum fit utrum hujus commenti auctor *δανῶν* optaverit, quod Kuesterus alio loco scribi jubet pro *Δαινῶν κτείνων* (post *Δαίνυντο*) an *δανών* aoristum verbi *δαίνω* occido, cui fortasse nomen *δάνος* hoc est *θάνατος* attexuerunt. Trisyllaborum pleraque syllabam secundam ex paragoge habere videntur etsi non omnium primitiva demonstrari possunt. Quis enim pro certo sumat *ἀκταίνειν* vel ab *ἄγειν* (*ἀκτός*) productum esse vel ut *ἀκτίς* ab *ἀΐσσω* (*ἀϊκτός*) Schol. Plat. 451? *Δαίνω* quum extrinsecus augeatur, simplex esse videtur cumque *διερός* et *δεύω* sociandum; verumtamen syntheta quoque Graeci nonnunquam isto modo augent et fortasse aliquando obliti sunt illud cum *αἴνειν* compositum esse quod Grammaticorum nonnulli *βρέχειν* et *ἀναδεύειν* interpretantur, eodemque modo dicitur *αἰονᾶν*, quod ad *αἴνειν* eandem proportionem habet quam *αἰόλος* ad *εἴλειν* sive *ἀείλειν*, *Ἔορται ἔδοξε*[23]) *κρέμαται* Hes. et *ἄωρτο* ad *αἴρω ἀείρω*, unde nova pullulant verba *αἰολάω*,[24]) *ἐόλητο*, *ἐωρέω* et nomina

23) Hoc a verbo unde *ἄραρε*, quod saepe pro *δέδοκται* valet. Hinc et *Ἑόρτας* (*ἑορτάς*) *ἀρεσκούσας καλάς*, nec minus *ἄορες* et *ἔορες* conjuges, compares.

24) Cum *αἰολᾶν* et *ἀπαιολᾶν* id est *πλανᾶν*, *ἀπατᾶν*, conferendum est *ποικίλλειν*, quod Sch. Soph. Trach. 411. per *δολιεύεσθαι* explicat,

his connexa *αἰώρα*, *ἀορτής* averta, *μετήορος* etc. Sed ad hanc societatem etiam *ἰαίνω* aspirat, nec facilis repudiatio; nam et humor molliendi vim habet et tepor, duplexque verbi *ἰαίνω* significatio tepefaciendi et hilarandi apparet in affini *ἰθαίνειν*, quod Hesychius *θερμαίνειν* et *εὐφραίνειν* interpretatur ut *Ἰθή εὐφροσύνη* et *Ἰηδόνες εὐφροσύναι.*[25]) Ita perpetuo in vorticibus etymologiarum volutamur. *Μαίνομαι—οὗ τὸ ἐνεργητικὸν ἀσύνθετον οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει* Sch. Il. V. 185. *Μαραίνω* jure adnumeratur paragogis v. Prolegg. 37. et *μιαίνω* quoque duo elementa nativa habere videtur ea quae vocabulorum sordidorum *μίνθος* (mentula?) *ὀμίξαι*, *Μίρμα ἐπὶ τοῦ κακοπινοῦς καὶ ῥυπαροῦ*, *Μιργῶσαι πηλῶσαι* primaria sunt. *Τὰ διὰ τοῦ* ειvω *ἔχοντα ἐν τῷ μέλλοντι τὸ* ε *ἀναφαινόμενον γράφεται διὰ τῆς* ει *τείνω*, *μείνω*, *γείνω*, *θείνω* Theogn. 144. quorum secundum apud Arcadium rectius scribitur *κτείνω*. Moschopulus Sched. 85. et Choerob. in Psalm. 59. *γείνω*, *θείνω*, *στείνω*, *ἐρεείνω*, *εἶνω τὸ καλύπτω*, *ὅθεν εἰνοσίφυλλος*, eodemque utitur Eustathius 1925, 27. *ἕω ἕνω εἶνω τὸ καλύπτω*, *οὗ παράγωγον τὸ εἰνύω·* sed totum ex vano conflatum est; Arcadio p. 161. pro *εἶνω* reddendum est unum ex hyperdissyllabis *ἀλεείνω* vel aliud. — *Τὰ εἰς* νω *παραληγόμενα διφθόγγῳ μὴ τῇ* αι *ἢ* ει *περισπᾶται χωρὶς τοῦ ἐλαύνω* Arc. l. c. quod confirmat Herodianus *π. Μον.* 22. *οὐδὲν βαρύτονον τῇ* αυ *παραλήγεται ἀλλὰ μόνον τὸ ἐλαύνω βαρύτονον παρ' ἐνίοις καὶ παρ' ἄλλοις περισπᾶται*, quorum ultima vitiata esse apparet, sed sanatio difficilis. Nam ut Herodianum de thematico *ἕλω* loqui credam, quod neque legitur unquam neque ad propositum pertinet, mihi imperare non possum, alterum autem verbum in *ανvω*, quod accentu

---

Κατεῖλε ἐποίκιλλε (vel *ἐποίκιλε*) Hes. a *κατέλλω* vel, si *κατεῖλλε* scribimus, a *κατείλλω*, *Μιόλλει ποικίλλει*, sed haec intellectu proprio.

25) v. Prolegg. p. 37. Translationem verborum humectandi eleganter illustravit Hemsterhusius s. *Ἰαίνεσθαι*. Pindarus quum mel vocaret *ἀμεμφῆ ἰὸν μελισσῶν*, primitivam nominis *ἰός* significationem tacite adumbravit, hoc est liquoris sive succi praesertim virulenti et medicati; nam et latinum *vīrus* huc accedit ac nescio an *ἰχώρ* quoque et *ἰαχνὸν τὸ θαλπνὸν ἢ σαπρόν* v. Hemsterh. ad Hesych. s. *Ἰάχεον*, nam *σαπρός* et *σήπω* cum *ὀπός* cognata videntur ut *μυδᾶν* et madere.

duplici notatum sit, non reperitur hodie neque ab ipso Herodiano affertur ap. Eust. 562, 42. *τὸ δαμνᾷν πλεονασμὸν ἔχει Δώριον ὁποῖος καθ' Ἡρωδιανὸν γίνεται καὶ ἐν τῷ ἐλαύω ἐλαύνω, δύω δύνω καὶ τοῖς ὁμοίοις*, quae idem p. 670, 62. ex Heraclide affert *τοῦ ἐρευνῶ ἡ παραγωγὴ κατὰ τὸ ἴκω ἰκνῶ, οἴχω οἰχνῶ· οὕτω ἐρέω ἐρεύω ἐρευνῶ, ὅπερ βαρύνεσθαι ὤφειλε ὅτι πάντα τὰ πλεονάσαντα τῷ ν ὁμοτονεῖ τοῖς πρωτοτύποις οἷον ἐλάω ἐλαύνω, θύω θύνω, δύω δύνω.* Eundem locum attigit Helladius Phot. p. 868. *τὸ ἐλαύνω παράλογον· πᾶν γὰρ ῥῆμα παραλήγουσαν ἔχον τὴν αυ ἢ καθαρεῦον βαρύνεται, ψαύω, φαύω, ἢ σύμφωνον ἔχον περισπᾶται, ἀμαυρῶ· τὸ δὲ χαύνω παραλόγως βαρύνεται*, sed quum *χαυνῶ* modo dicatur, nec unquam *χαύνω*, non dubito quin *ἐλαύνω* supponi debeat; nam his canonum fabricatoribus consuetum est ut quod initio proposuerint denuo proponant in exitu. *Χαύνω* ne etymologi quidem fingere audent sed *χαῦνος παρὰ τὸ χαίνω ὡς φαίνω φανός* EM. De *φαύνω* quod narrant, mera fabula est: *τὸ βαυνός παρὰ τὸ φῶ τὸ φαίνω, ἐξ οὗ φαύνω καὶ ἀποβολῇ τοῦ φ αὔνω* Schol. Dionys. Gramm. 654. Sed pergam ad ultima Arcadii: *τὰ εἰς νω μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου περισπᾶται ὑπνῶ—σεσημείωται τὸ δάκνω, ὅπερ ἀπὸ τοῦ δαγκάνω γέγονε κατὰ συγκοπήν. Καὶ τὰ ἔχοντα πρὸ τοῦ ν τὸ μ βαρύνεται μίμνω, κάμνω, τέμνω.* De syncope gratiam facimus sententiae auctori, sive is Herodianus fuit sive Heraclides, cui idem tribuitur Eust. 28, 45. Quae alia consonam vel in epiploce vel in diastasi positam habent, aut ignota sunt ut *Βερνώμεθα κληρωσώμεθα* et *Ῥαδάμνει βλαστάνει* Hes. aut scripturae controversae obnoxia ut *κέρχνω, ἐγκέρχνω*, quod saepius *κέρχω* scribitur. *Δάμνεται δαμάζεται* Hes. Musurus invexit pro subjunctivis sed idem *Ἐδαμνον ἐδάμαζον* quod mutare non audeam, nam *δάμνονται* Aret. Cur. Acut. I. 1, 193.[26]) summo librorum consensu sustinetur et homerico *δάμνησι* Aristarchus *δάμνῃσι* praetulit

---

26) Paulo post *μουσικῷ* (soporem affert) *ἐθισμὸς αὐλῶν ἢ ψαλμὸς λύρης*, scribendum est *ἐρεθισμός*. *Ἐρεθίζειν μάγαδιν* Telestes usurpavit pro *κρούειν*, quod verbum de tibiis quoque dici solet v. Jacobs. ad Anall. T. I. 353.

σὺν τῷ ῑ ἀπὸ τοῦ δάμνω ὑποτακτικοῦ EM. *Μαρνοίμην*, *κρεμοίμην* et *μεμνοίμην* Buttmannus metaplasmi nomine excusat, sed illud sustulit Bekkerus in Homeri loco *μαρναίμεθα* scribens; pro *κρέμοισθε* scito Dobraei positum est *κρέμαισθε*; *μέμνοιο* si satis constaret, ad *μέμνομαι* referri oporteret, quod adversus Elmslejum defendi ad Buttm. 244. sed *μεμνοῖτο* in Cratetis Fragm. p. 249. nescio quid esse dicam nisi vestigium priscae scripturae pro *μεμνῷτο* forte temere relictum ut Schol. Eur. Ph. 682. *σοὶ ἔκγονοι* antiquitus pro *σῷ ἐκγόνῳ* scriptum fuisse suspicatur. Illa vero metaplasmi ratio unice convenit ad *πτάρνοισθε* Aristot. Probl. X. 18. quod evitari non poterat nisi quis priscam optativi formam *δαίνυτο*, *ζεύγνυτο* resumere vellet. *Κέντω* EM. 506, 51. finxit propter infinitivum *κένσαι*, cui explicando sufficit *κένω*. *Πέφνειν κτείνειν* Hes. fortasse aoristus est accentu Aristarcheo.[27]) Aliquanto firmiora fundamenta habet *πίτνω* v. ad Aj. p. 184. quanquam cetera cum vocali mutant declinationem *σκιδνῶ*, *κιρνῶ*, *πιλνῶ*, *ὀριγνῶμαι*. Geminatio semivocalis vereor ut Hesychii exemplo *Τέννει στένει*, *βρύχεται* satis probata sit. *Κτέννω* saepius legitur apud LXX. et aliquoties in libris profanis v. Jacobs. ad Anth. Pal. 723. Dindorf. Praef. ad Schol. Aristoph. T. XII. p. XIV. sed re vera aeolicum est.

Adnotamentum. Quemadmodum *φθάνω* a verbo puro profectum est, quod ostenditur futuro *φθήσομαι*, ita verborum, quae percensui, pars maxima consonam finalem quasi per insitionem accepit; *ἐκ τοῦ χῶ τὸ χωρῶ γίγνεται τὸ χαίνω ὁμοίως τῷ ῥῶ ῥαίνω*, *χρῶ χραίνω* Eust. p. 1063, 40. p. 1778, 19. in quibus dubium est utrum *ῥαίνω* (rigo) a *ῥέω* derivatum crediderit an ut cetera a themate secundae conjugationis *ῥάω*,

27) *Πέφνω* praesens conveniret mediis poetici coloris, quorum consonae ultimae praeposita est ea, quae verbum inchoat, *κέλω κέκλομαι*, *μέλω μέμβλομαι*, *μένω* (*μέμονε*) *μέμνομαι* (memini). More autem usitato epsilon in iota vertitur *μένω μίμνω*, *πέτω πίπτω*, *γένω γίγνομαι*. Similiter si consonae, quae verbi est ultima, supponitur extranea, iota pro epsilo succedit *τέκω τίκτω*, *πέτω πίτνω*, *ῥέπω ῥίπτω*, *πιλνάω*, *πιτνάω*, sed non semper, *δρέπω δρέπτω*, *πέκω πέκτω*. Sic etiam ab *ἴχω ἴσχω*, *ἐνέπω ἐνίσπω* differt *ἔπομαι ἔσπομαι*, a *πίλναμαι* et similibus *πέρναμαι*.

quod subolis loco reliquit aoristum *ῥάσσατε*. Cum tertio coaluit *ἀχραής* i. q. *αχραντος*, atque hac contaminandi significatione cum usitato *χράω* et *χραύω tango* connectitur. Cum utroque idem p. 1603, 10. conjungit *σῶ σαίνω*, *κρῶ κραίνω*, *κῶ καίνω*, hisque p. 691, 5. addit *βῶ βαίνω*, *μῶ μαίνω*, *δρῶ δραίνω*. De primo consentit Theognostus p. 146. *σῶ σείω δὲ καὶ σαίνω λέγεται*, quod verum esse docent Photius *Σαίνει σείει*, *Σαίνουροι σείοντες τὰς οὐράς* et Hesychius *Σαίνεται κινεῖται*, ipsaque similitudo constructionis *οἱ κύνες σαίνουσι τὸ οὐραῖον* Sch. Theocr. II. 109. unde *σάνσις* duci poterat ut *φάνσις*, sed pro eo maluerunt *σεισμὸν τῆς οὐρᾶς* dicere Poll. V. 61. Proximi *κραίνω* thema ponendum est duplex, unum *κρα* sive *καρ*, cui accommodata sunt *κάρα*, *κράς*, *Κράνα κεφαλή*,[28]) *κράτος*, *κάρρων*, *αὐτόκρανος*, alterum *κρέω*, unde *κρέων*, cujus interpretatio est *κραίνων* Sch. Aesch. Suppl. 577. ex quo expressa sunt *κρέτος*, *κρέσσων* capitalior, et syntheta *Κρησίλας* v. Meinek. Delect. 236. *Κρησιφῶν* Tzschuck. ad Strab. XIV. 535. et *Κρεσφόντης*, quod pro *Κρεοφόντης* valere puto ut *θέσφατος*, *ἐπεσβόλος*. *Καίνω* ille, nisi me fallo, a *κέω τὸ κεάζω* ortum putavit sicut *κτάμενος* et *ἔκτακα* ad *κτάω* refertur EM. ex quo et ex *κτείνω* commixta sunt *ἔκταγκα*, *κτάντης* etc. Postremorum *βαίνω*, *δραίνω*, non tanta vis fuit ut primitivorum memoriam obscurarent; et *γράω*, *φάω* possessione dejici non potuerunt. Haec omnia verbis secundae conjugationis vel usitatis vel obliteratis adhaerent, nam *σαίνω* quoque diversum a synonymo *σείω* etymon sequitur, quod ex *σάλλω* et *σάλος* emergit. Hujusque vicissitudinis literarum *ε* et *α* supra quum de primitivis dissererem C. I. §. 8. exempla commemoravi minime dubia. Quo minus cunctandum est *τετραίνω*, quod reduplicatum est ut *παπταίνω*, *τιταίνω*, cum *τρέω* componere, *ξαίνω* cum *ξέω*, *ῥαίνω* cum *ῥέω*, *ἐκφλαίνω* cum *φλέω*. Et quae verbo *γίγνομαι* cognata sunt, modo

28) Etiam *κρήνη* proprie ostium fontis, quod Romani quoque *caput* appellant, significare videtur; Aret. Cur. Acut. II. 6, 276. *διὰ τῶν ὀχετῶν οἵπερ ἀπὸ ἥπατος ἐς νεφροὺς κραίνουσιν* id est *τελευτῶσι*, unde *ὀχετόκρανα* nomen habent. *Κρήνη* et *πηγή* quid differant ostendit Siebelis ad Paus. I. 14.

hanc vocalem prae se ferunt, modo alpha; nam cum *γέγαμεν* (ut *βέβαμεν*) convenit *γίγας ὁ γηγενής* et *νηγάτεος ἀπὸ τοῦ γείνω ὡς τείνω τατός* Sch. Il. II. 43. quod assumtione dignum videtur, cum *γέω* vero, cui EM. nomen *γέα* applicat, *τηλύγετος Proculus* [29]) et indiges hoc est *ἐγγενής*, nam a geno foret indigen ut cornicen. Graecum *γένω* et quae Technici huic similia fingunt *φένω*, *τένω*, cognoscuntur duntaxat ex declinatis *γέγονα*, *γένος*, *τόνος*, *τένων* tendo, *πέφνε φόνος*. *Μένω* duas habet significationes manendi et obstinandi perseverandique a communi, ut mihi quidem videtur, fonte verbi *μάω* (*μαιμῶ*, *μαίομαι*) derivatas, unam per omnia tempora diffusam, alteram perfecti propriam, cujus duplex est apud Homerum species Il. XVIII. 157. *ἑκλέμεναι μεμαώς* et paullo post v. 176. *ἑλκέμεναι μέμονεν*, quippe indicativus numeri singularis *μέμαα* non magis admittitur quam *βέβαα*, *γέγαα*. *Μάνω* cur non receptum sit, ex iis quae in ingressione §. 3. de terminationis hujus insolentia dicta sunt, intelligi potest, sed consona in primam syllabam transfusa finxerunt medium *μνᾶσθαι*, cui cum *μαίεσθαι*, ut ante praedixi Dissert. I. §. 1. communis est sed lenior appetendi, ambiendi significatio; nec discrepant derivata, sicut Schol. Pind. Nem. I. 23. poetae verbum *πολέμου μναστῆρα* explicat *μνήμονα πολέμου, ἐπιστήμονα ὅμοιον τῷ ὁμηρικῷ μήστωρες ἀϋτῆς*, cui Eustathius Prooem. Pind. p. 8. (56.) comparat *μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς*, [30]) propriumque *Μέντης τὸν μενετικόν* significare ait Sch. Il. XVII. 73. Mentori vero Telemachi comiti Ptolemaeus Hephaestionis assimilavit Noemonem Achillis *μνήμονα* sive monitorem L. I. p. 13. ed. Roul. *Πένω* sive *πονέω* et *ποιπνύω* cum *πνέω* anhelo eo naturae foedere constricta sunt ut *κενεὰ πνεύσας* Pind. Ol. X. 111. cum *πονήσας* commutari possit et *ἐμοῦ χάριν πνέων* Aesch. Agam. 1179. cum *πονῶν*. *Γείνομαι* unde ortum sit patet; *κτείνω* Eustathius 1925, 27. ad *κτέω* refert, cujus vocalis in *κτείς* apparet, sed alii

29) Hoc nomine Festus docet aut procul a patre natum (*Τηλέγονον*) significari aut eum qui patri seni natus sit. cf. Prolegg. 374. De graeco epitheto dissentit Doederlinus.

30) *Ἐπιμαίεο* Odyss. XII. 220. Schol. *ἐπιμέμνησο*.

propter infinitivum *κτάσθαι* ad *κτάω* EM. ut *τείνω* (*τιταίνω*, *ταινία*) ad *τάω*, unde imperativum *τῆ tene* arcessunt, quia ad capiendum manum protendimus; perfectum autem *τέτακα* quum quidam ad praesens *τάζω* replicarent, Apollonius ap. Choerobosc. Dict. II. 542. ex *τέταγκα* factum esse defendit detracta immutabili ut *κέκλικα*, *πέπλυκα*, nam a *τάζω* ejusque futuro *τάξω* (unde *τόξον* nominatum putant EM.) non *τέτακα* proficisci sed in activa quidem forma *τέταχα*, in media *τέταγα* ut *κέκραγα*. Nobis nulla religio est quin ponamus *τάω*, *τάσω*, *τέτακα* ut *σπάσω*, *ἔσπακα*,[31]) aoristum vero *τεταγών* verbo subjiciamus expleto *τήγω* sicut *ἔτμαγον* processit a *τμήγω τμήσσω*, cujus simplicissimum thema si poscitur, ponendum est *τμάω* ut *τάω*. Cum *τήγω* conspirat *tago tango* ut *πήγω πήσσω* pago pango, *ῥήσσω* frango, *πλήσσω* plango, cum *τείνω* vero *tendo*; cum utroque conferre juvat *ἐπιμαίεσθαι* et *ἐπιμάασθαι*, quae pariter intendendi et contingendi significationes complectuntur temporibus verbi divisas. Inter *καίνω*, *κέκονα* et *κτείνω* idem intercedit similitudinis quod inter *πτύσσω πτύξ πυγμή* pugnus, *πτύκτια* et pugillares, interque *παίω* et *πταίω*, *κτείς* i. e. *multifido dente pecten* Martial. XIV. 23. et *κεάζω* fiudo, *πτίσσω* pinso ejusque generis alia v. Parall. p. 31. *Φαείνω* a *φάω* deductum esse paragoge bisyllaba monui in Proll. 39.[32]) *Κέκρικα* et *κέκλικα* Apollonius l. c. sic ut *πέπλυκα* et *τέτακα* perfecta anomala nuncupat, sed ego huc potius inclino Graecos, quum haec ita formarent, animum intendisse ad themata pura similia illis unde *τίνω* et *φθίνω* profecta sunt. Ac verbi *κρίω*, unde EM. nomen Titanis *Κρῖος* ductum esse statuit et assentitur Hermannus Opusc. T. VII. 296. memoria revirescit in adverbio *κριδόν* Apollon. de Adv. 611. et in latinis *crevi*, *crinis*, *cribrum* *κρησέρα* incerniculum et quod parum explanate scriptum est *Κράσσεα ἀλευρότησις* Hes.[33]) *Κλίνω* consonam finalem non a stirpe tractam habere et Por-

31) *Κατέσπακα* Arist. Eqq. 718. sed *τέθλακα*, *κέκλακα* non reperi.

32) Ibi v. 5. *διαίρεσιν* male editum est pro *συναίρεσιν*.

33) *Κρησέρα ἡ ἀλευρότησις ὀνομαζομένη* Galen. Gloss. *Διαττήσεις καὶ διακρίσεις* Plutarch. Symp. VI. 7.

phyrius statuit et Buttmannus, sed diversas uterque vias ingressi; nam ille ad Il. XXII. 3. *τὸ κλίνω*, inquit, *γίνεται ἀπὸ τοῦ κλείω* atque omnia hinc derivata apud Homerum significationem circumcludendi habere contendit firmissime; alter in Lexil. I. 74. se non dubitare ait quin cum *λιάζω* cognatum sit, quod supra cum *limus* et *obliquus* comparavimus. Verbi *πίνω* stirpem puram ostendunt inclinamenta *ἔπιον*, *πίομαι*, *πιστός* potabilis, quanquam hoc Meinekius in Com. Fragm. T. IV. 380. in suspicionem vocat, latinumque *vinibua* a sono effuticio infantum *qui cibum et potionem buas et pappas vocant* Non.[34]) ut graece lallantes *βρῦν*, denique imbuere et *ἐμπῖσαι* idem sonant. *Ζίνω* a themate, cui futurum *σβέσω* accommodatum est, profectum esse apparet ex congeneribus *ζέννυμι*, *ζίννυμι* et *ἀποζίννυμι*. De verbis in *νω* in universum valet quod Eustathius dicit p. 621, 48. *τὸ ἰθύνω ἐκ τοῦ ἰθύω γίνεται ὡς δύω δύνω, χύω χύνω, πλύω πλύνω*, quorum primum cum terminatione mutat intellectum, tertio, quia *χύω* non reperitur, substitui potest *φύω φύνω* ab Arcadio appositum, unde *ἐμφύνω* Aretaeo familiare, vel *θύω θύνω*, *ξύω ξύνω*, nisi Odysseae interpres binis locis, ubi *ἀποξύνουσιν* et *ἀποξῦναι* per *περιξέουσι* et *ἀπολεπίσαι* explicat, aliam, ut Buttmannus suspicatur, scripturam sequutus est *ἀποξύουσιν*, *ἀποξῦσαι* cf. Nitzsch. ad IX. 326. Wernick. ad Tryph. 516. *Πλύνω* cum latino pluo et utrumque cum *πλέω* sic ut germanica *schwemmen* et *schwimmen* cognationem habere hoc facilius persuadebitur si computaverimus eluacri nomina *πύελος* et *πτύελος*, quorum huic tau affluxisse, illi lambda defluxisse putatur v. Parall. p. 9. Sermo barbarie corruptus literam *ν* verbis infercire amat, *κλάνω* pro *κλάω* ut *Καταῤῥάσσειν κατακλάνεσθαι* Hes. quod temere mutatur, *δένω* (*ἐπιδένω*, *ὑποδένω*) et *δέννω* pro *δέω* ligo, *τρώνω* sive *τρώννω*, *στρώνω*, *χώνω*, *λούνω*, *φθέρνω*, *φύρνω* v. Coraes Atact. I. 45.

§. 4. Arcadius p. 162. *τὰ εἰς αρω περισπᾶται· σεσημείωται τὸ ἄρω τὸ ἁρμόζω ἢ τὸ λαμβάνω*. Verum hoc intel-

34) *Πῖσαν φασὶν εἶναι κρήνην, ἣν νῦν καλεῖσθαι Βῖσαν* Strab. VIII. 357.

lectu dicitur *αἱρῶ* vel *ἄρνυμαι* et pro illo receptum est *ἀραρίσκω*, neque aliud reperitur verbum hujus formae praeterquam in dialectis: *ἀντιφάρα ἡ ζήλη παρὰ Συρακοσίοις παρὰ τὸ φάρω ὃ οἱ Δωριεῖς λέγουσιν ὡς τάμνω καὶ τράπω* EM. 114, 19. quod ipsum Grammatici fortasse non legerunt usquam, sed consentaneum est nomini *φαρέτρα*, nec aliunde compositum *ἰσοφαρίζειν*, quod illi cum *ἀντιφερίζειν* aequant; quin etiam *βάρος* et *φᾶρος* quomodo huc aptari possint ostendere conabor in Diss. XVIII. Aliud reconditius praebet Hesychius *Νάρω συνίημι*, a *gnarus*, *gnario*, *narro* *γνωρίζω* non dissonans, idemque affert *Νάρειν ζητεῖν*[35]) et *Ἰνάρει μαστεύει* fortasse pro *γνάρει* scriptum. — *Τὰ εἰς ερω περισπᾶται μὲν ὁπότε ἔχει πλησιάζον ψιλὸν τὸ* (scr. *τῷ*) *ε, κερῶ, περῶ, πτερῶ, στερῶ· μὴ οὕτως δὲ ἔχοντα βαρύνεται δέρω, φέρω. Τὸ ἐρῶ περισπᾶται ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενον* Arc. Barytonon *κέρω* Schol. Il. IV. 260. dicit non facile inveniri euphemismo usus; nam invenitur nusquam, neque magis *κέραμαι*, a quo Buttmannus subjunctivum *κέρωνται* declinatum censet. Sed praeter allata *θέρω* foveo usurpatum est a Nicandro pro *θεραπεύω*, nec neglexit Herodianus Epim. 243. usitatius vero est *θέρομαι* ut *ἔρομαι*, *στέρομαι* et *ἀγέρομαι* ab epicis posterioribus introductum Theocr. XVII. 94. Oppian. Hal. V. 323. et aliis locis v. ad Buttm. 95.[36]) De primo tamen dubitari constat: *τὸ ἔρεσθαι καὶ δέρεσθαι ἀορίστου ὄντα δευτέρου σεσημείωται* Anecd. Cram. IV. 200. ubi pro *δέρεσθαι* requiritur infinitivus aoristi in ρεσθαι terminatus, *ἄρεσθαι*, puto, quod nonnullos sic scripsisse apparet ex Sch. Il. XVI. 88. *ἀρέσθαι παροξυτονητέον*, eodemque accentu *ἐπαύρεσθαι* scribitur ut *ἀγέρεσθαι* Od. II. 385. Anth. Append. LI. 35. et frequentissimum *ἔγρεσθαι*, quanquam de duobus postremis dubium

35) Huic adjecta sunt alia interpretamenta *κύειν*, *κρύπτειν*, *κυΐσκεσθαι*, *ἀμέλγεσθαι*, nec minus obscura *Ἀναρεῖν ἀμέλγεσθαι κυΐσκεσθαι*, *Ἐναρεῖν κυΐσκεσθαι*, quae mihi in mentem redigunt supra allatum *Νᾶσαι ῥεῖν* et vicinitatem fluendi, rigandi et foecundandi ut *Νεόβροχοι ἔγκυοι*, *Βρύειν πηγάζειν* et *ἔμβρυον*, *Ἐνέβριον* (sic) *ἐνεκύουν* Hes. Pro *Ναρὸς φύλακας* fortasse *ναωρούς* scribendum id est *ναοφύλακας*.

36) Hic typotheta erravit *ἀγείρονται* scribens.

est num, qui ita scripserunt, praesentia esse voluerint an aoristos accentu ad primam retracto propter characterem ρεσθαι. Duarum sequentium vocalium unam amandat Theognostus p. 201. τὰ διὰ τοῦ ειρω ἀποστρέφονται τὴν διὰ τοῦ ι γραφήν, alteram Arcadius: τὰ εἰς ρω μὴ ὄντος πρὸ τοῦ ρ συμφώνου, εἰ παραλήγοιτο τῷ ο μόνῳ ἢ μεθ' ἑτέρου φωνήεντος, περισπᾶται, ἀγορῶ, ἀμοιρῶ, quo expunguntur θόρω, πόρω et ejusdem generis alia v. C. V. §. 1. unaque cum his ὄρω quo utitur Sch. Arist. Eqq. 1341. ὄρω ἐστὶ ῥῆμα βαρύτονον, ἀφ' οὗ τὸ ῥηματικὸν ὀρτός [37]) ὀρτῶ ὀρταλίζω, sed in veteribus scriptis nihil reperitur praeter ὄρονται vel pro ὄρνυνται positum simileque Enniano *oritur* id est hortatur, vel pro ὁρῶσι. — Τὰ εἰς υρω ἐκτεταμένον τὸ υ ἔχοντα βαρύνεται σφύρω (σύρω) πτύρω, φύρω, μορμύρω, πλημύρω, ὀδύρω, ὀλοφύρω Arc. eademque fere Theogn. 145. sed per negligentiam omittunt ξύρω, (ξύρομαι) μύρω, κύρω et trisyllaba ἀθύρω et πορφύρω. Incertius est νύρω τὸ νύσσω Phot. Suid. pro quo νυρῶ apud Hesychium legitur cum paragogo νυρίζει ξύει. Manifesto corruptum est Ὁμηγύρειν τὸ συνάξαι. — Vocales longas ejicit Arcadius τὰ παραληγόμενα φωνήεντι η ἢ ω περισπᾶται, ubi aut excidit semiosis πλὴν τοῦ μερμήρω, quod non puto factum esse, aut μέρμηρε, quod Hermannus in Orph. Arg. 771. cum codd. omnibus pro vulgato μερμήριζε restituit, aoristus est verbi μερμαίρω a Suida relati sed omissi in Arcadii regula, quae est de diphthongo prima: τὰ διὰ τοῦ αιρω βαρύνεται, μαρμαίρω, καρκαίρω, σπαίρω, αἴρω. Sed et alia hic detracta sunt σαίρω, σκαίρω, χαίρω, ψαίρω, γαργαίρω. Majore vero industria complexus est diphthongi ει exempla: μείρω [38]) τὸ μερίζω,

37) Indidem esse videtur Ὀρτός (ὄρτος) βωμός Κύπριοι Hes. utroque enim nomine demonstratur aliquid erectum et extans ut Βωμοί λόφοι Αἰτωλίας Steph. i. q. βουνοί latinumque *Arae* rupes mari extantes; et ab eodem verbo ὄρος, ὄροχθος, ὄργυκος v. Prolegg. 171. nol. 13. Simillime Romani *excitare* dicunt pro exstruere potissimum aedificia, aras, sepulcra, epigrammatarii graeci ἀνεγείρειν δόμον.

38) Diversum a σπείρω spargo est illud σπείρω τὸ ἑλίσσω, unde EM. 722, 45. Cram. Anecd. I. 387. nomina σπεῖρον et σπάρτον repetunt, sed pro hoc in Sch. Od. IV. 245. et II. II. 135. rectius legitur σπειρῶν.

τείρω, φθείρω, εἴρω, σπείρω, κείρω, nec omisit trisyllaba ἐγείρω, οἰκτείρω, quibus Theognostus adjicit ἀείρω, ἰμείρω, ἐθείρω, ἀγείρω. Πείρω illi nescio quo pacto elapsum est. Ceteris diphthongis aditum praecludunt regulae tonicae; una Arcadii de perispomenis in οιρω, quae prius allata est; altera ejusdem haec: τὰ εἰς ρω παραληγόμενα διφθόγγῳ τῇ διὰ τοῦ υ περισπᾶται, ἀμαυρῶ, εὐρῶ (νευρῶ) ἐπικουρῶ, et Grammatici Cram. I. 411. τὰ εἰς ω μετὰ συμφώνου τῇ εὐθείᾳ (τῇ ευ) παραληγόμενα βαρύνεται, φεύγω, κεύθω — σεσημείωται τὸ εὖρω, ὅπερ οὐχ εὕρηται ἀλλ' ἐκ κλίσεως δείκνυται, quod idem de αὖρω et οὖρω dici poterat v. ad Buttm. 258. His peractis restat ut non pura conquiramus — τὰ εἰς ρω ἔχοντα ἐπιπλοκὴν συμφώνου περισπᾶται ὁπότε μὴ συγκοπὴν ἐμφαίνει ὡς τὸ ἔργω Arc. qui sine dubio non praetermisit ἄγρω, et illo loco: τὰ εἰς ορω περισπᾶται μὴ ὄντος πρὸ τοῦ ρ συμφώνου, fortasse addidit ὡς ἔχει τὸ ὄσφρω, ἐξ οὗ τὸ ὄσφρομαι· ut supra dixit ὀδύρω ἐξ οὗ τὸ ὀδύρομαι, ὀλοφύρω ἐξ οὗ τὸ ὀλοφύρομαι. Sed fieri potest ut hoc ὄσφρομαι propter novitatem testium repudiaverit. De consonis in diastasi positis tacet; cujus generis exemplum unicum est ἔῤῥω ab Herodiano inter singularia relatum p. 43. Nam ὄῤῥω in Lex. de Spir. p. 234. Herodian. Epim. 102. Moschop. Sched. p. 78. conservandae proportionis causa scriptum est pro ὄρω, quo Grammaticorum alii utuntur syntheton ἄψορρος ad pleonasmum referentes EM. ut παλίνορρος v. Meinek. Com. Fragm. T. III. 296. Φθέῤῥω eosdem auctores habet quod κτέννω, interpretes videlicet V. T. Alexandrinos. Λέῤῥω non legitur sed δέῤῥις et saepe περιδέῤῥαιον v. Bast. ad Aristaen. 223. Jacobs. ad Achill. 519.

Adnotamentum. Verbi σκαίρω ὅθεν σκάρος Sch. Theocr. IV. primitivum est σπάω σπαίρω—καὶ τὸ μὲν σπαίρειν καὶ ἀσπαίρειν ἄμουσόν τινα κίνησιν δηλοῖ, τὸ δὲ σκαίρειν εὔμουσον καὶ ὀρχηστικὴν Porphyr. ad Il. XIII. 443. EM. 722, 54. hisque non solum σκιρτᾷν et σκαρδαμύσσειν conjuncta sunt sed etiam Σπυρθίζειν σπᾶσθαι ἀγανακτεῖν σφύζειν et fortasse Κυρβάσαι ἀποσκιρτᾷν, Ἀποκυριάζειν ἀποσκιρτᾷν, χυρβιάσαι σκιρτῆσαι, quae omnia Hemsterhusius ad Hes. s. Ἀποκυρ. ad nomen χοῖρος porcellus transfert. Inter

χαίρω et γαίω γαῦρος major est significationis convenientia quam formae, nisi quis certo exemplo probet gamma et chi in principio vocabulorum permutari; nam quod veteres occinunt γύαλον et γωρυτὸς παρὰ τὸ γῶ (χῶ) τὸ χωρῶ, hoc γῶ manavit ex officina Philoxeni. Sed vere Sch. Eur. Phoenn. 1390. ψαίρω ἀπὸ τοῦ ψῶ οὗ παράγωγον τὸ ψαύω, quae quantillum distent ostendunt glossographi διαψῇν et διαψαίρειν eodem verbo διακαθαίρειν *abstergere* declarantes v. Valckenaer. ad Phoenn. 1399. idemque significat ἐπιψαίρειν cum quarto casu et ἐπιψαύειν cum secundo; Συμψῆραι συμψηλαφῆν Hes. Ἐναίρειν Buttmannus simplex esse judicat a plurali οἱ ἔνεροι derivatum, Aristarchus, ut Lehrsio videtur de Arist. 147. ab ἔναρα propagatum voluit proprieque significare *spoliare*, ἔναρα autem dici arma ὅτι ἐνάρηρε αὐτοῖς τὰ σώματα, quorum nihil concedi potest; nam ἐναίρειν semper est occidere, [39]) ἔναρα exuviae, neque ab hoc derivatum est verbum sed contra ab ἐναίρω ἔναρα, ab hoc rursus ἐναρίζω. Verbum primitivum vel ab illo ἔνω φονεύω propagatum est, cui πέφνον et φένος ὁ θάνατος subjacent, vel idem significat quod ἀναιρῶ ex αἴρω et praepositione coalitum sed obscurata originis memoria et declinatum est quasi simplex ἤναρον et in nomen ἔναρα deflexum; vel, si hoc non ita est, quid consilii capiendum sit nescio. Non minus dubitationis affert καθαίρω, quod ut Buttmanno concedam a καθαρός derivatum esse non patiuntur rationes a me subductae v. Diss. XVI. §. 7. Ac ne simplex quidem mihi verbum videtur, etsi in declinando simplicium regulam in totum sequitur: κάθηρε (λύματα) προπαροξυτόνως ἀπὸ τοῦ καθαίρω ἐκάθηρε ὡς ἐμέγηρε Schol. A. ad Il. XIV. 171. Sic igitur est sententia, αἴρω et αἱρέω ex eodem quasi semine procrevisse exiguo formae, non magno significationis discrimine et ex utroque conflatum esse καθαίρω proprie significans *demo* καθαιρῶ sed praecipue *sordes de superficie aufero* hoc est *purgo*, quod confirmat Hesychii glossa Ἀποαιρεῖ καθαίρει et promiscuus verborum αἴρω et αἱρῶ usus: κὰδ δ' ἄειρε κυλίχνας Alc. Fragm. 33. κὰδ δ' ἀπὸ πασσάλοφιν ζυγὸν ἦρεον Hom. εἰ

39) Ἐναίρειν χρόα metaphora est ut *trucidare ignem* Lucret.

βροχίδεσσι μόνην γενέτειραν ἀείροις αὐτίκα καὶ — ἀμνοὺς ἕλοις Oppian. Cyn. II. 356. πένθος ἤρατο et similia v. ad Aj. v. 129. κῆδος ἑλέσθαι Apollon. III. 692. εὖχος ἀρέσθαι et κῦδος ἑλεῖν ap. Pindarum. Denique non multum abest quin ἀπαυρᾶν τί τινος latino *auferre praemium ab aliquo, auferre aliquid inultum* par et simile esse putem. — Verbis σαίρειν et σύρειν quae subjecta sunt actiones verrendi et trahendi, eae ut natura conjunctae ita a scriptoribus mediae aetatis uno verbo σπαστρεύειν expressae sunt, [40]) unde ad σπᾶν et agnatum huic ψαίρειν deducimur, quod eandem habet verrendi, tergendi, radendi significationem. Φθείρω et quod idem significat ψείρω Hes. a φθίω profecta sunt, cujus primaria significatio in ψάω et ψίω residet. Verbi τείρω Eustathius 1532, 1. aliique veterum magistrorum fingunt primitivum τρῶ notiones terendi et terebrandi et quae hinc proficiscuntur perforandi atque penetrandi complexum, natura ita mobili ut totum fere vocalium heptachordum permeet τείρω, τρίβω, τρύω, τρύχω, τιτράω, τερέω (τερέσω Hes.), τερύσκω, τορέω, τορύνω, τρώω, τιτρώσκω, quibus adjuncta sunt nomina vermis ligna pertundentis θρίψ τερηδών tarmes et instrumentorum τέρετρον terebra, τρύπανον, τόρος sive τόρνος, τορύνη, turunda, cum adjectivis τορός, διάτορος, τρανός sive τρανής Philem. Lex. I. §. 134. hisque etiam τέρην (teres) adjicitur in Cram. I. 143. Quoniam vero attritu et affrictu superficies corporum siccatur, non injuria ad hunc locum referri videntur vocabula τέρσομαι, ταρσός, τρασιά, Τραύσανον πᾶν ξηρόν Hes. Ad tero τρέω proxime accedit θέρω et Θρησόμενος θερισόμενος θερμανθησόμενος Hes. cujus dentalem mutabilem fuisse apparet ex nominibus Τίριος θέρους Κρῆτες Hes. τινθός et θιμβρός i. q. θερμός formus, torridus, quibuscum σείριος et σειραίνω componenda videntur. Neque tamen affirmaverim hoc θέρω cum τείρω communem originem habere, etsi aestatis proprium epitheton est *sicca*. Duo sunt verba diversae potestatis εἴρω sero, unde ἕρματα τὰ ἐνώτια

40) Ἀσυρής et ἀσάρωτος etsi de rebus diversis dicuntur, tamen natura idem significant τὸ ἀκάθαρτον. Ab iisdem verbis ducta et non raro commutata sunt σύριγξ et σήραγξ v. Jacobs. ad Philostr. 491.

et ὅρμοι serta, serviae, alterum εἴρω dico, quae EM. 304, 28. spiritu distincta putat τὸ εἴρω, ὅτε μὲν ψιλοῦται, σημαίνει τὸ λέγειν, ὅτε δὲ δασύνεται, τὸ συνάπτειν, sed hoc quoque plerumque non aspiratur et Seleucus, quem idem hoc loco antestatur, εἴρειν, inquit, τὸ λέγειν ἀπὸ τοῦ συνειρμένα καὶ συνηρμοσμένα λέγεσθαι τοῦ λόγου τὰ μέρη. Id quidem argutius dictum est; sed deliberationem affert Gellii disputatio de prisco imperativo *insece* sive *inseque* ad hunc finem deducta: *ipsum illud ἔπη, quod significat verba aut versus, non aliunde dictum tradunt, quam* ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι καὶ εἰπεῖν. *Eadem ergo ratione antiqui nostri narrationes sermonesque insectiones appellitaverunt* XVIII. 9. quas graece dicere possumus λέξεις εἰρομένας vel εἱρμὸν λέξεων et συνέπειαν sive συνάφειαν. Ac fieri potest ut satores linguae ab una radice elicuerint duos surculos, ἕπειν dico mediumque ἕπεσθαι et ἅπτειν apere,[41]) quorum alterum in qua natum est regione perstitit, alterum significatione alio translata in εἰπεῖν et ἐνέπειν (insequere, inquere) abiit sicut εἴρω dico aliter declinatur atque εἴρω sero, id est necto, plecto. Hoc autem affine est verbo εἴλω, nam disjuncta conseruntur et connectuntur potissimum volvendo et torquendo eademque est vicissitudo literarum $\overline{\lambda}$ et $\overline{\rho}$ in nominibus γέλις sive σελμίς id est ὁρμιά v. C. V. §. 1. et μέρμις σειρά, quibus omnibus declarantur res consertae contortaeque genere similes, specie dispares. Verum illa liquidarum permutatio admonet me verbi ἔῤῥω, de quo Eustathius 756, 37. ὡς τὸ ἔῤῥετε διὰ δύο $\overline{\lambda}$ γλῶσσά τίς φησι Καλλίμαχος δηλοῖ ἐν τῷ ἔλλετε βασκανίης ὅλοον γένος. Hic Ahrensius quidem de Dial. Aeol. 284. dubitat an ἔλλατε scribendum sit; sed hoc ἔλλατε, ut a Schneidewino scite in Simonidis loco restitutum est p. 104. meritoque probatur Heckero in Comment. Callim. p. 53. ita idem vir doctissimus id noluit ad hunc Callimachi transferri, qui sine dubio fortius quiddam poscit quam ἵλατε vel οὔλετε valete. Ab eodem ἔῤῥω Sch. Il. VI. 348. aoristum ἀποέρσαι

41) De homerico ἑάφθη vetus fuit controversia utrum ab ἅπτω declinatum sit an ab ἕπομαι. Qui pro ἐβλάβη acceperunt, verbi ἰάψαι sive ἴψαι significationem sequuti sunt.

declinatum putat, quem Schneiderus ad *ῥαίω* refert, Buttmannus aliquanto probabilius ad *ῥέω* tanquam factitivum proluendi significatione praeditum, cujus oblitus Nicander *ἀπόερσον ἀκάνθας* scripsit pro *deme*. Nec sane insolens ejusmodi vocalis et consonae principialis enallage tum in prima positione *ὄρομαι ῥώομαι* ruo, *ἕρδω ῥέδδω*, *ἕρπω* serpo repo, tum in variis ejusdem verbi inclinamentis *ἔρω* (*ἔρομαι, ἐρέω*) *εἴρη* dictio et per consequens concio (*ἀγορά*) quo intellectu ap. Lycophr. 470. est *ῥήτρα* vulgo edictum significans, *ἐῤῥήθην, εἰρήσομαι*. *Ἄειρω* EM. 791, 1. primitivum dicit ex quo *αἴρω* factum esse *κατὰ συναίρεσιν*, neque discrepat Porsoni sententia ad Med. 848. His adversum tenui ad Buttm. 312. Cetera trisyllaba idem ille ad paragoga ablegat, *ἀγείρω ἀπὸ τοῦ ἄγω, ἐθείρω ἀπὸ τοῦ ἔθω*, quorum illud aliquantulum adjuvatur nomine *ἀγών*, quandoquidem hoc pro *ἀγορά* et *ἀγυρίς* dicitur hoc est *συναγωγή* [42]) *ἐθείρω* vero rectius ad *θέρω τὸ θεραπεύω* referri videtur, quo verbo Apollonius Soph. ad explicandum utitur *Ἐθείρειν τὸ ἐξ ἔθους κοσμεῖν καὶ θεραπεύειν*, neque non constat *κοσμεῖν* et comere nomini *κόμη* conserta esse, quod in universum significat *τὴν κομιδήν* sive ut Hesychius interpretatur *θεραπείαν*, praecipue vero comam *τὴν ἔθειραν*. [43]) Verborum in *υρω* exeuntium unum *πτύρω* sternuo sic ut affine *πτάρνυμαι* originem puram habet *πτάω* sive *πτέω* unde *πτήσσω* consterno, hinc *Πτόρος ὁ πταρμός* Arcad. 68. *Πτοιά πταρμός φόβος, Πτυρμός φρίκη, Πτύρεται σείεται φρίττει* Hes. ut *sternutamentis quati* Gell. XII. 5. Alterum *ξύρω* ab usitato *ξέω* profectum est non sine aliquo significationis temperamento, quale saepe vocalium commutatio afferre solet: *δέρω δείρω δαίρω, σαίρω σύρω*, unde compositum *ἀσύρης ὁ ἀκάθαρτος* alterius formam, alterius vim exprimit. *Ὀλοφύρομαι*, quod Sch. Il. V. 871. ab *ὀλόπτω* propagatum vult, similius videtur ceteris moerendi verbis *ὀδύρομαι, κινύρομαι, μινύρομαι*, quorum ut termi-

42) *Ἀγείρειν τὰς ὀφρῦς* Themistius dicit Or. II. 27. A. pro *συνάγειν* ut Paul. Sil. Anth. V. 300. *ὀφρύας εἰς ἓν ἀγείρων*. Illi tamen Dindorfius e codd. *ἐγείρειν* restituit.

43) Hesychius *Δυσθερής δυσάλθητος* i. q. *δυσθεράπευτος*. Hemsterhusius corrigit *δύσθαλπτος* nusquam lectum.

nationem sequitur ita priore sui parte accedit ad *ὀλολύζω* et *ὀτοτύζω*.

Jam ex omni hac disputatione manifestum est, priscum sermonem laborasse multitudine verborum quae paucis conflarent literis et iisdem similibus significatione saepe dissimili. Quo in gradu si perstitisset, orationem confusum quiddam et indistinctum sonare necesse erat. Huic igitur vitio obviam itum est via duplici. Nam et intus aucta sunt vocalibus consonisque ascitis *ψάω ψαύω, ψάλλω, ψήχω* et accessione syllabarum vel praepositarum vel suppositarum. Ac de intestinis incrementis tam multa dixi ut omnem rationem absolutam esse confidam. Ecquaenam vero syllabae verbis anteponantur et quo effectu dicetur in ea pathologiae parte, quae de prosthesi inscripta est. Ad hunc autem locum pertinet quaestio verborum paragogorum, hoc est eorum quae syllabice creverunt; nam veteres hoc nomine etiam introrsus aucta comprehendunt: *τὸ ῥίπτω παράγωγόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ῥέπω* EM. 704, 54. etc. sed nos haec primitivis secundi gradus adjecimus.

LIBER SECUNDUS

DE

VERBIS PARAGOGIS.

Pars prior.

De verbis circumflexis.

CAP. I.

De verbis in εω.

§. 1. A verbis barytonis nasci perispomena Grammatici multis demonstrant exemplis sed plerisque commenticiis vel certe ambiguis. Scholion miscellum ad Il. II. 92. huc exit: *ἐστιχόωντο ἀπὸ τοῦ στείχω ὡς πείθω πιθῶ, ὀφέλλω* (scr. *ὀφείλω*) *ὀφελῶ, φείδω φιδῶ*, quibus paria tradit Theognostus Cram. II. 149. *τὰ εἰς ω κατ' ἔνδειαν χρόνου ἐκ βαρυτόνου εἰς περισπώμενον μεταγόμενα διχρόνῳ βραχεῖ παραλήγεται στιχῶ, φιδῶ, δαίω δαῶ, τεύχω τυχῶ, σίνω σινῶ· οἷς ἀκόλουθον καὶ τὸ λούω λοῶ, πείρω περῶ, κείρω κερῶ*, quae ab illis discriminat quia non ancipitem vocalem in penultima habent sed brevem. Quem ducem hi secuti sint cognoscitur ex EM. 122, 40. *Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι τὰ ἀπὸ βαρυτόνων μεταγόμενα εἰς πλεονασμὸν συστέλλει τὴν παραλήγουσαν φείδω φιδῶ*. Hoc autem praesens affinxerunt futuro *πεφιδήσομαι*, sicut tria, quae Theognostus adjungit, ponuntur temporum aliquorum causa *δαήσομαι, πιθήσω, ἐτύχησα. Περῶ* et *στιχῶ* ficta non sunt sed ad alterum conjugationis ordinem pertinent, de quo posterius disseram, ad tertium vero *σινῶ*, cujus futurum est *σινώσω* apud Manethonem brevi antepenultima. De *κερῶ* dubito utrum sit ficticium illud unde quidam *κεραΐζω* et *κεραυνός* arcessunt, an pro eo scribi oporteat *εἴρω ἐρῶ*. Tria quae prosodiam non mutant addit EM. 509, 12. *κύω κυῶ, ἕλκω ἑλκῶ, ῥίπτω ῥιπτῶ*; quae examinabo quo quidque loco convenerit; nam commodissimum duco remotis alienis et ad probandum inutilibus universam copiam, quam illi strictim modo attigere, sic digerere ut ser-

vetur ordo conjugationum. Incipiam igitur a puris. *Ἡρακλείδης φησὶν ὅτι ἄω τὸ πνέω τῶν βαρυτόνων ἐστὶ καὶ οὐ περισπώμενον — ἐτέρωθι δὲ ὅτι ὁμφισβητεῖται κατὰ τὸν τόνον* Eust. 1625, 55. Postquam pro imperfecto *διάει* in Odyss. scribi coeptum est *διάη*, verbi perispomeni, cujus ex similitudine expressa sunt *ἄημι*, *καταήσομαι*, *ἄησις*, *ἀετμός*, vestigium superest nullum. *Ἀέω* dormio si doctis illis innotuisset, Apio et ceteri non eo aberrassent ut *ἀέσαι* vel ex *αὔσαι* id est *ἰαῦσαι* distractum vel cum alpha privativo compositum dicerent *κατὰ στέρησιν τοῦ ἔσαι* Apollon. Lex. et Anecd. Bekk. 348. Quemadmodum a *νέω* natum est *νηέω*, sic a *θέω* specto duci potuit *θηέω*, *θηέομαι* et doricum *θαήομαι*, quod Schol. Theocr. I. 56. ex *θεέω* conversum dicit, et hinc certe pendent *Θεείω θαυμάζω* Suid. ex poeta epico, nisi fallor, depromptum, et *θειοῖο* Il. XXIV. 418. pro quo nunc *θηοῖο* editum est homericae consuetudini convenientius. Sed idem etiam paronymon dici licet a *θεά* derivatum ut ab *ἔλεος ἐλεῶ*. Eoque dubium fit utrum *θαέομαι* ex *θάομαι* ortum sit an ex substantivo obliterato *θάη* vel *θάος* et consimili ratione a *θέα θεάομαι*. Quod Markscheffel edidit in Hesiod. Fr. CCXLII. 383. *ποταμῷ ῥεέοντι ἐοικώς*, non ita legitur apud Servium sed *ῥέοντι* id est *ῥείοντι*, et *ῥεούμενος* in oraculo Herod. non a *ῥεέω*, quod Matthiae assumit Gramm. I. 649. inclinatum est, nam hinc *ῥεεύμενος* fieret, sed metri causa productum ut *μαχεούμενος*, quod Buttmannus ei confert. — Schol. Il. XXIII. 475. *ἔστι δίω βαρυνόμενον καὶ περισπώμενον ἔνθεν τὸ δίημι ἐγένετο* et EM. 273, 12. *ἀπὸ τοῦ διῶ γίνεται παράγωγον δίημι*, sed perispomenon ab usu repulsum est v. Diss. XI. §. 2. Et praesentis *ἰῶ*, quod usitato *ἵημι* praestruitur, exempla nulla nisi dubia vel novitia: *Ἄναυρος ἰεῖ μεγαλόβρομον ὕδωρ* Orph. Arg. 465. *Συνιεῖ νοεῖ* Hes. *συνιεῖν* quod Bergkius scripsit Theogn. 1237. pro *συνιδεῖν*, *ἀφιεῖν* et *καθιεῖν* Schol. Arist. Eqq. 282. et 428. sed imperfectum *ἴουν* abunde auctoritatis habet. Singulare Doriensium est *οἰῶ*.[1]) *Βυῶ*, *βυεῖς*, *βυεῖ* EM. affert mendosam fortasse

1) Ahrensius Dial. Dor. 350. verba mea non recte interpretatur. *Οἰῶ* non ex *οἰήσομαι* contractum dixi, sed hoc et *οἰητής*, *οἰητέον* Apollon. Synt. IV. 10, 327. ad *οἰέω* retuli quasi thema.

scripturam sequutus, nec multum ponderis habet προβυούντων Phryn. App. 59. Κυῶ ἀττικὸν ἐκ τοῦ κύω Arcad. 165. quae paragoge placuit Latinis: cio cieo, cluo clueo, (nuo) abnuo abnueo conniveo, tuor tueor, sed κυέω fortasse a κύος deflexum est. Itaque circumspectis omnibus praeter λούω λουέω nullum satis certum metabasis exemplum inveniri posse statuo. Idque etiam ab Heraclide significari videtur Eust. 1625, 53. τὰ εἰς ω̄ καθαρὸν λήγοντα δισύλλαβα καὶ ἔχοντα φωνῆεν βραχὺ παρατέλευτον δίχα τοῦ ο̄ βαρύνεται εἰ μή που περισπασθέντα ἑτέραν ἔννοιαν ποιήσει ὡς τὸ μυῶ· τὰ δ' ἄλλα βαρύνεται κλύω, πνέω, τίω· τὸ δὲ ἑῶ οὐ συγκρίνεται τούτοις δευτέρας ὂν συζυγίας. Hic δίχα τοῦ ο̄ dicit propter λόω λοῶ v. L. I. C. I. §. 5. μυῶ vero jure distinguit a μύω, de ἕω ἑάω errat cum aliis v. C. II. §. 1. Plus adjumenti praebent non pura, quanquam horum quoque permulta a nominibus non longiore spatio disterminata sunt quam a verbis. Primum liquida: εἰλόμενος ταὐτόν ἐστι τῷ εἰλούμενος· διφορεῖται γὰρ ὡς τὸ στερόμενος στερούμενος, ἐπιμελόμενος ἐπιμελούμενος Schol. Lips. II. V. 203. Δηλέομαι (θέλω) aliquotfariam apud philosophos dorici generis legitur sed scriptura fluxa et instabili. Ὄπλεσθαι et ὤπλεον auctorem unum habent Homerum. [2]) Δινόμενος Callimachus usurpavit sequutus fortasse infinitivum ab Hesiodo positum δινέμεν, cujus ambigua facies v. ad Buttm. 154. Sed si ille primus protulit, verbum vetus tritumque a δίνη potius quam ab hoc invecticio δίνω repeti oportet. Idem Hesiodus in Scuto quater protulit ἐθύνεον, de quo Epim. Cram. I. 55. σεσημείωται τὸ παρ' Ἡσιόδῳ εὐθύνεον (sic) ἢ πλεονασμῷ τοῦ ε̄ ἢ μεταβολῇ τοῦ νῦ [3]) namque verba in νω̄ exeuntia barytona esse εἰ μὴ προκατάρχον ἔχει ὄνομα. Hic quod solum ἐθύνεον exceptum dicit, indicio est eum apud Aristophanem non

2) Παλλέω, quod Matthiae propter aoristum controversum παλῆσαι ponit, non legitur, nec probatur comparatione nominis ἀποπάλλησις. Id si recte scriptum est, a πάλλω παλλήσω duci potuit ut μέλλω μελλήσω μέλλησις. Nec video cur Herodotus non potuerit scribere εἰ παλαίσειε ὁ στρατός id est πονήσειε, quomodo saepe παλαίειν κακοῖς dicitur et latine luctari.

3) Num hoc dicit μεταβολῇ τῆς δῑ συλλαβῆς?

ἐβύνουν scriptum invenisse sed quod nuper e codd. repositum est *ἐβύουν*, neque apud Herodotum *διαβύνεονται* et *ἐνδυνέουσι* v. Matth. Gramm. l. 436. nisi forte haec ionicae dialecto condonanda censuit; alioqui enim canoni magis adversantur quam *θυνέω*, quod paronymon esse potest a *θῦνος ἡ ὁρμή* ut *θρυλέω* a *θρῦλος*, *θυμέομαι* a *θυμός*, eademque ratione defendi licet *σινέεσθαι* quod apud Herodotum legitur saepius sed non sine multiplici librorum dissensione et crebro vulgaris formae interventu. Sed haec excusatio non convenit in *βαρυνεῦντα* et *λεπτυνέοντα*, quae Critici Theocrito impertiverunt adstipulante Dindorfio in Thes. Vol. V. 205. sed repudiat Bernhardy ad Dionys. v. 1122. non injuria; nam in maximo verborum in *υνω* exeuntium numero nullum deprehendimus hujus transfigurationis exemplum, neque etiam, ut a *μέλας* *μελανέω*, sic a *βαρύς* *βαρυνέω* derivari potuit sed solum *βαρύνω* ut *βραδύνω*, *ταχύνω* etc. ac, si pro activa significatione opus est neutrali, *βαρύθω*, *ἐμβαρύθω*. *Τὸ γεγωνεῖν οἱ μεθ' Ὅμηρον καὶ ὡς βαρύτονον ἔκλινον καὶ ὡς περισπώμενον* Schol. Il. XII. 337. sed id quoque ambiguum quia adjunctum habet nomen *γεγωνός* alienum quidem Homero sed hoc saepius usu venit ut derivata prius in lucem emergant et plus auctoritatis acquirant quam primitiva. Etenim *δοκέω* non solum longe antiquius celebriusque est quam *δοκή* sive *δοκός*, sed et forma evincit et significatio hinc illud repetendum esse non a verbo *δέκομαι*. *Πενεῖν πενητεύειν* Hes. si accentus recte se habet, ad *πένεσθαι* sic comparatum est ut *ἐρέειν* ad *ἔρεσθαι* v. ad Buttm. 166. *ξυρεῖν* ad *ξύρεσθαι* ad Aj. p. 181. *στερεῖν* ad *στέρεσθαι*. Grammaticus Herm. de Constr. p. 388. *στέρω ἀττικὸν, στερῶ δὲ κοινόν· μετὰ μὲν οὖν τῆς προθέσεως τὸ βαρύτονον οὐ δεῖ γράφειν, τὸ δὲ περισπώμενον μᾶλλον ἀττικῶς οἷον ἀποστερῶ καὶ ἀποστεροῦμαι* v. ad Buttm. 293. sq. Eodem pertinet homericum *ὀρέοντο* si imperfectum est praesentis *ὄρονται*. *Αἴρω* et *αἰρέω* quamvis diverso spiritu et significatione tamen naturae nexu copulata sunt. Verborum dentalium pleraque notum est propter consonae characteristicae repugnantiam futura a conjugatione perispastica mutuari *ἀλθήσω*, *διζήσω*, *κηδήσω*, *πετήσομαι* et interdum circumflexorum tempora obliqua sic

formari quasi praesens esset non purum ὠθέω ὤσω, ἠθέω ἦσα, sed nonnullorum prima positio utriusque formae particeps est αἴδομαι αἰδέομαι, κυλίνδω κυλινδέω, ὕδω ὑδέω, μύζω μυζέω sive μυζάω, πιέζω πιεζέω, γήθω (γήθομαι) γηθέω, ἔχθω ἤχθεε in Hermesianactis Fr. II. 39. cujus facilis est sed fortasse non necessaria mutatio in ἤχθετο v. Bach. p. 143. Verum hoc etiam ad ἔχθος accommodari potest, γηθέω ad γῆθος, verboque ἁλινδῶ EM. subdit nomen Ἅλινδος δρόμος. Fit quoque ut participia diversam a ceteris temporibus terminationem habeant: κελαδεῖν κελάδων, ἀλδῆσαι ἀλδόμενος, et contra μέδω μέδων et μεδέων, ὄθομαι et Ὀθέων φροντίζων Hes. εἰκάθω et ὑπεικαθέων Oppian. Hal. V. 500. quo adducor ut pro Εἰκαθέσοιμεν παραχωρήσωμεν Hes. εἰκαθέοιμεν scribendum putem, sive poeta epicus optativum versui reluctantem hac epenthesi emollivit, sive pleonasmus est ionicus ut γεμέωσι aliaque minus testata v. ad Buttm. 338. et παραμινυθέωσι in Hippocratis loco unde perperam παραμινυθέω in Thes. receptum est; μινυθῆσαι quod ad Aj. p. 181. not. 11. produxi et μεμινύθηκα Hippocr. ad μινύθω pertinent. Cur πεκτῶ et ῥιπτῶ hoc potius loco reponantur quam in genere paronymorum causa haec est quod ab adjectivis secundae declinationis simplicibus, ut πεκτός, ῥιπτός, verba derivari non solent. Neque secus decernunt veteres; Arcad. 153. τὰ εἰς κτω βαρύνεται τίκτω, πέκτω — τὰ δὲ περισπώμενα ἔχουσιν ὄνομα, ἄτακτος ἀτακτῶ, ὑλακή ὑλάκτῶ et p. 151. τὰ εἰς πτω βαρύνεται σκάπτω, ῥίπτω (τὸ γὰρ ῥιπτῶ ἀττικὸν (ἢ) ποιητικὸν) ἵπτω (νίπτω) εἰ μὴ προκατάρχει ὄνομα ἢ διαστολὴ γένοιτο σημαινομένου· quae quod sequitur enuntiatum ex EM. p. 463, 5. et p. 236, 16. sic emendari debet Πρόσκειται εἰ μὴ πρόκειται ὄνομα διὰ τὸ ἀβλεπτῶ — ἢ διαστολὴ διὰ τὸ ὀπτῶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ὄπτω. Κεντέω huc transferri non licet quia barytonum κέντω sponsore caret. Gutturalium exemplum valentissimum illud est quod in EM. 509, 12. cum ῥίπτω ῥιπτῶ componitur ἕλκω ἑλκῶ verbum poeticum nec prorsus idem significans ut primitivum; nam de hominibus solum dicitur, non etiam de rebus huc et illuc tractis. Verbo ἀνωγέω firmamenta omnia subtracta sunt; nam pro ἠνώγεον Homerus nunc ἠνώγειν recepit, ἠνώγειν

vero quod Sch. Od. V. 112. pro ἠνώγεεν accipiebat, plusquamperfectum esse statuitur. *Μαχέομαι* et paronymon dici potest et epenthesi vocalis ionica amplificatum. Pro *οἰχεῦμαι* in Leonidae Epigr. quod ad Buttm. 254. indicavi, codex *οἴχημαι* praebet. *Ἀχέων, στεναχῶν, ἰαχῶν* incertum verbisne subnata sint an nominibus; ceterum Aristarchus *στενάχων* scribi jussit v. Lehrs. p. 315. Herodianus *ἰάχων* v. Ellendt. Lex. Soph. I. 828. Verborum labialium unum enotavit Eustathius 815, 45. *ἐπιτραπέουσιν ἐκ τοῦ τραπῶ τοῦ δευτέρου ἀορίστου ἀνῆκται εἰς ἐνεστῶτα ὁμοίως τῷ τραπέουσι*, cui propius est praesens *τράπω*, unde *οἶνος ἄτραπος ὁ αὐτομάτως ῥέων* EM. 162, 25. idemque *ἀπότροπος* et *πρότροπος*. Reliquarum literarum exempla pauca sunt et incerta; *μετόσσω* et *μετοσσῶ* supra attigi Diss. IV. §. 4. not. 1. *δεψεῖν* in uno Herodoti codice perperam scriptum pro *δέψειν* et saepius *ἀλεξεῖν* pro *ἀλέξειν*, quo non Attici solum ut EM. dicit, utuntur sed omnino omnes. *Αὐξεῖν* adnotavi ad Buttm. 121. *ὀδάξειν* Aret. Sign. Diut. II. 5, 144. Diosc. de Venen. Praef. 121. et *ὀδαξεῖν* ad Buttm. 250. Ab his sermonem transferam ad varias syllabae principalis mutationes, quae metabasin consequuntur. Primum igitur e longa fit brevis *κύρω κυρέω, ἀγείρω ἠγερέεσθαι*, pro quo Aristarcho placuit *ἠγερέθεσθαι* scribere; *εἴρω ἐρέω, φαίνω ἐκφανέω* Lucian. Dea Syr. §. 32. quibus non adnumerem *στείβω στιβέω* EM. 159, 13. nam hoc neque usitatum est neque ad explicandum perfectum *ἐστίβημαι* Sophocl. necessarium, ac sicubi repertum fuerit, nihil causae dici poterit quin a *στίβος* repetatur. [4]) Lambda duplex ad simplicitatem redigi verba *θαλέω, αἰολέω, κερβολέω, ἀτασθαλέω* (ad Aj. p. 181.) *γογγυλέω, ἀγγελέω* [5]) non probant propter viciniam nominum *θάλος, σκέρβολος* etc. Plus ponderis afferret *Σκελέεσθαι ἄγαν σκληρῶς διακεῖσθαι* Hes. si auctor esset locupletior; pro *Κατασκελέειν κατασκελετεύειν* Heinsius *κατασκέλλειν* ponit. Ejusdem Hesychii glossis *Ἐπά-*

4) Eust. 179, 34. *τὸ ἀπὸ τοῦ στείβω γεγονὸς στιβῆσαι οὐ φαίνεται οἵας συζυγίας ἐστίν*, nempe ob defectum praesentis.

5) Exemplis ad Buttm. 53. et 488. allatis adde *ὑπαγγελέουσα* Mus. 106.

λησε διεφθάρη, Παλήσειε διαφθαρείη fortasse praepositio ἐξ detracta est; nam de membris luxatis extortisque dicitur ἐκπαλεῖν, quod ab ἐκπαλής derivatum est; si res non ita se habet, in suspenso relinquetur utrum παλέω sit metaschematismus verbi πάλλω, cujus significatio neutralis apparet e Photii loco Πεπαλκέναι ἐκπίπτειν, an a πάλη provenerit ut παλαίω luctor sed significatione paulum mutata. Interdum detractionem liquidae comitatur trope vocalis θάλλω θηλέω, Δάλλει κακουργεῖ Hes. et δηλέω, πάλλω πηλέω si ἀναπηλῆσαι in H. H. in Merc. 41. luxando vicinam habet significationem laxandi solvendique. Aliis quibusdam consona ν̄ inserta est: νέω νηέω νηνέω, κοέω κονέω sive κοννέω, κύσαι et κυνεῖν, nec ab re consulunt qui κινέω a κίω derivatum dicunt Cram. I. 231, 19. II. 227, 15. Ejusdemque literae accessione creverunt ἵκομαι ἱκνέομαι, οἴχομαι οἰχνέομαι, ἴσχω ὑπισχνέομαι et ἀμπισχνοῦνται Arist. Avv. 1090. pro quo tamen nunc e codd. receptum est ἀμπισχοῦνται, quamvis repugnante Buttmanno, postremum a thematico πέτω (ἔπετον Pind.) πιτνέω. Nonnunquam accedit metabole vocalis, qualis in perfecto secundo cernitur πέρθω πορθέω, ἄχθομαι ὀχθέω.

§. 2. Verbalibus numero et varietate infinito antecedunt paronyma atque haud scio an nullum sit genus nominum ad propagandum inhabile. Primus quidem ordo foecundior est producendis verbis in ᾱω sed protoclitorum quoque non pauca hinc fluunt ἀπειλέω, ἀϋτέω, λυπέω, καναχέω, πλαταγέω aliaque per omnes aetates divulgata, quae singulatim enumerare nihil opus est. Sed in hoc quoque numero reperiuntur quibus non nomen solum antecedat sed etiam verbum nomine antiquius ut πορφύρω πορφύρα πορφυρέω, cujus secunda vocalis si longa esset ut est in Nonni Paraphr. jure adnumeraretur verbalibus, sed brevis est ut in nomine ipso apud Oppianum Cyn. II. 597. aliosque antiquiorum quos Jacobsius nominat ad Anth. Pal. 543. Itaque nihil obstat quominus πορφυρέω subjiciatur nomini. Quod si πλημύρω πλημύρα πλημυρέω eadem ratione inter se devincta sunt et proinde verbi perispomeni penultima ut in nomine brevis est, pro πλημυρεῖ in Meleagri Epigr. aliisque locis, ubi ypsilon producitur,

πλημύρει scribere conveniet, quo poetarum plerique utuntur cf. Prolegg. 274. Masculinorum hujus declinationis duo sunt genera, unum vulgare et pervagatum πλόστης, πλήκτης, μύστης, κτίστης, κλέπτης, ναύτης, θύτης, πότης, κρίτης, ἱκέτης, κυβευτής, ὑβριστής et plurima hujusmodi, quorum unum insolentius fictum δεσπότης verbo in εω exeunti viam fecit. Alterum obsoletius, unde verba poetica et glossematica ducuntur βοώτης βοωτεῖν, βάτης βατεῖν, βότης βοτεῖν, quibus similia ματεῖν, ὑλακτεῖν, ὀρεκτεῖν, δατεῖσθαι, πατεῖσθαι, φθατεῖσθαι a nominibus vel oblivione interceptis vel cogitatione fictis repetita sunt. Neque aliter habendum de βωστρεῖν, ἐλαστρεῖν, καλιστρεῖν, quibus consona ϱ adventicia est. Hic vero in quaestionem venit verbum ψευστεῖν, quod Aristarchus posuit Il. XIX. 107. pro ψεύστης εἶ (scr. εἶς) scribens hyphen, ἄτοπον γὰϱ λέγειν Διὶ ψεύστης εἶ. Is igitur, si haec ejus ratio fuit, ψευστεῖν idem valere statuit quod ψεύδεσθαι hoc est mentiri sed ψεύστην εἶναι mendacem esse, quod multo pejus est. Verumtamen δεσποτεῖν nulla re differt a δεσπόζειν et composita παραβατεῖν, ἐπιστατεῖν, προστατεῖν significantiora quidem sunt primitivis παραβαίνειν, ἐπιστῆναι, προστῆναι sed hoc discrimen non tam evidens et illustre est ut non aliquando obscuretur. Ceterum ψευστεῖν illud alibi non legitur, neque aliud huic simile a nomine verbali ductum; nam σκαϱδαμυκτεῖν Lucianus deridet, δεσποτεῖν autem et δεσπόζειν nullius verbi societate nituntur. Sed quae cum nominibus et adverbiis copulata sunt, ea vero ex se fundunt copiam verborum ἀδολεσχεῖν, βυϱσοδεψεῖν, αὐθεντεῖν, εὐεκτεῖν, κυνηγετεῖν, πλεονεκτεῖν, πλουτοδοτεῖν, συκοφαντεῖν, aliaque cuivis prompta et obvia. — A substantivis secundae declinationis tanta manat copia ut satis sit in prima consistere litera: ἀθλέω, αἰνέω, ἀντλέω, ἀραβέω, ἀριθμέω, ἀϱθμέω, ἀϱταμέω, αὐλέω, αὐχμέω, ἀφϱέω, et eadem ubertate a ceteris. Nonnullis verba barytona praecurrunt, βϱέμω, ϱέμβω, τϱέμω, φέβομαι, νέομαι, θάσσω, intellectu eodem quo derivata βϱομέω, τϱομέω, φοβέω, νοστέω, θακέω etc. sed minus flexibilia, quare tempora mutuantur a paronymis φοβήσω, νοστήσω, θακήσω. Aliis vero inhaeret sapor a substantivis, unde nata sunt, tractus,

φορέω, ὀχέω, κροτέω, παταγέω, κομπέω, a quibus facile dignoscuntur φέρω, ἔχω, κρούω, πατάσσω, κόπτω, quanquam φορέω interdum idem significat quod φέρω v. ad Phryn. 585. et δεῖν attice dicitur pro δεσμεύειν. Ἡγεῖσθαι fortasse non ab ἄγειν traductum est sed a nomine quod Herodianus significare videtur π. Μον. p. 45. τὰ εἰς ηγω βαρύνεται ϑήγω, λήγω· τὸ δὲ ἡγῶ περισπᾶται· τὸ δὲ αἴτιον πρόδηλον, nimirum ὅτι ὄνομα ἔχει προκατάρχον τὸ ἀγός. Eodem traduci posse adjectiva verbalia, quae in τος exeunt, non dubium fuit Eustathio p. 1175, 18. τοῦ ψευστήσεις προϋπάρχει τὸ ψευστός ὡς καὶ τοῦ ἀνηκουστήσεις τὸ ἀνήκουστος. De synthetis nemo dissentit, namque horum affatim est ἀψευστεῖν, ἀτευκτεῖν, εὐχαριστεῖν, δυσχρηστεῖν, δυσανασχετεῖν etc. sed simplicium exempla desiderantur; nam ψευστῆσαι ad ψεύστης referri potest, ἐρατεῖν illud in Laconis quodam dicto ap. Plut. si incorrupta est scriptura, ad ἐράτης quamvis inusitatum, δυνατεῖν quod semel in N. T. pro δύνασθαι vel εὐδυνατεῖν positum est, ad δυνάτης, cujus obscura vestigia manent. Verum non verbalia solum in quaestione versantur sed etiam de aliis quae ejusdem moduli hoc est bisyllaba sunt, non nihil dubitationis est num stante et florente Graecia pariendis verbis accommodata sint; ἁδρέω, κωφέω, ὠχρέω antiquum auctorem non habent, σωκέω a σῶκος id est σωστικός derivatum esse incerta est Grammaticorum conjectatio; φιλέω disputari potest utrum a φίλος natum sit an a verbo intermortuo, cujus aoristus est ἐφίλατο. Adjectiva, unde ἀργέω [6]) et φρουρέω pendent, non simplicia sunt. Cetera in quosvis alios flexus abierunt κωφόω, τυφλόω — κωφεύω νωθρεύω — λευκαίνω ψυχραίνω — σφοδρύνω μακρύνω — μεσάζω ἰσάζω, cetera, quae suo quidque loco dicentur. Quae vero supra duas sunt syllabas, exuberant verbis ἁσμενέω, ἀκολουθέω, γρηγορέω, καρτερέω, ὑστερέω et maxime syntheta ἀναισχυντέω, εὐαρεστέω, μακρηγορέω, πολυανδρέω, ὁμοσιτέω et mille talia. Ea mihi causa fuit cur in computatione verbalium §. 1. αἰολέω et similia non admitterem.

6) In EM. 137, 36. ἀργύφεος ἀπὸ τοῦ ἀργῶ τὸ φαίνω scribendum ἀπὸ τοῦ ἀργός καὶ τὸ φῶ τὸ φαίνω.

Nominum tertiae declinationis potissimum neutra in ος terminata verbis materiam praebent *ἀλγέω*, *ἀνθέω*, *ἀκέω*, *ἀχθέω*, *βαρέω*, *θαμβέω*, *θαρσέω*, *κρατέω*, *μισέω*, *νεικέω*, *πενθέω*, *οἰδέω*, *ῥιγέω*, *στυγέω*, *ταρβέω*, *τειχέω*, *τελέω*, *ὠφελέω* et defectivum *τετευχῆσθαι*. Itaque consentaneum est ut *κνέω*, *θαλέω*, *σινέομαι*, quae Grammatici verbalibus contribuunt, ad hanc alteram referantur classem. Aliter terminata parcius huc defluunt *γειτονέω*, *ἱστορέω*, *μαρτυρέω*, *μαστιγέω* et solitarium *φρὴν φρονέω*, nullum vero a nominibus in μα, nam *ἀποσφαλμῆσαι* in Lexicis sine idonea causa ad *ἀποσφαλμέω* refertur v. C. II. §. 2. a femininis in ας et ις duo modo eaque obsoleta *Κηκαδεῖν λοιδορεῖν* Hes. et *ἐριδδήσασθαι ἀπὸ τοῦ ἐριδῶ* Sch. Il. XXIII. 792. quo non expeditior est altera scriptura *ἐριζήσασθαι*, ac si *χάζομαι* non alius esset generis atque *ἐρίζω*, non incommode cum illo conferri posset *κεκαδήσω*. Adjectivorum una positio ης aliquot verba ex se propagavit *ἀρκέω* v. Parall. 162. *ἀρτεμέω*, quo Nonnus utitur sed in participio solum XXXV. 387. *ἐρεμέω* vero ab *ἤρεμα* (*ἤρεμος*) potius quam ab *ἠρεμής*, nec *σαφέω* legitur nisi cum praepositione copulatum *ἀποσαφέω*, *διασαφέω*. Pro *ἐλαττονέω*, quo scriptores V. et N. T. usi sunt, germani Graeci *ἐλαττόω* dixerunt ut *βελτιόω*, *μειόω*. A parasynthetis nascuntur innumerabilia *ἀδρανέω*, *δυστυχέω*, *εὐμενέω*, *θυμηδέω*, *σπερμοφυέω*, *κακοτυχέω*, *σωφρονέω* etc. quibus accedunt participia defectiva *θυμηγερέων*, *δυσμενέων*, *μεθυσφαλέων*.[7]) Ab indeclinabili unum est *ἐπιπροσθεῖν*, cujus antiquissimus auctor exhibetur Theophrastus. Jam ut ad summam institutae quaestionis veniam, manifestum est verborum primi ordinis a barytonis pauca, a nominibus longe plurima processisse via plana et directa. Nonnulla laxius cohaerent, ut *βινέω* cum *βαίνω*, *ὀρεχθέω* cum *ὀρέγω*, et authypotacton *βραχεῖν*

7) Semel inventa *ἀσινέοντες* in Eusebianis Stob. Tit. XLVI. 40, 310. et *περισπερχέοντες* Herod. Valckenarius proscripsit illi *ἀσινέες ντες* substituens, huic *περισπερχθέντες*. Quod Schweighaeuserus opponit a *περισπερχής* derivari potuisse *περισπερχεῖν* ut ab *ἀσελγής ἀσελγεῖν*, ratio est inefficax; nam haec aliter dici non potuerunt, *περισπερχεῖν* vero nihil aliud significat quam *περισπέρχειν*.

fragorem edere cum ῥήσσειν frangere. Κονεῖν, cui annexa sunt ἐγκονεῖν, διακονεῖν et laconicum ἀγκονιᾷν, Schol. Il. XXIV. 648. ionicum esse statuit pro πονεῖν, alii ad κόνις referunt et κομεῖν ad κόμη, ὀρχεῖσθαι ad ὄρχος i. q. στίχος sive τάξις. Ἀθρέω Wyttenbachius ad Plut. de Aud. Poet. 235. a demortuo quodam θρέω traductum putat. Sed omnes conatus frustrantur ἀλέω (ἀλετρεύω) ἀοσσέω, ἀρνέομαι, ἀσκέω, ἐμέω, κηλέω, μυέω, ποιέω, τηρέω, ὠθέω et quae compositorum speciem praebent ὀρσολοπέω, ὀῤῥωδέω, ἀγανακτέω, περιημεκτέω etc.

CAP. II.

De verbis in ᾱω.

§. 1. Verbi ἀάω quod a Grammaticis ponitur primitivum ἄω, consuetudo non ascivit.[1]) Ἄω τὸ πνέω in ἀάω dilatatum esse non probatur Suidae testimonio Ἀάσαι τέσσαρα σημαίνει, κορέσαι, καθυπνῶσαι, βλάψαι, λυπῆσαι.[2]) Nam satiandi significationem non ἀάσαι habet sed ἆσαι, dormiendi vero ἀέσαι. Βρίω ἀφ' οὗ τὸ βριαρός EM. 215, 13. non legitur sed βριάω, quod a βρί derivatum est ut δριάουσα θάλλουσα Hes. a δρίον vel ulterius a Δρίς δύναμις ut vireo a vis. In Hesiodi Sc. 255. φρένας εὖτ' ἀρέσαντο αἵματος Scholiastes adnotat scribi εὖτ' ἄρ' ἔσαντο — ἀπὸ τοῦ ἔω τὸ πληρῶ ὁ μέλλων ἥσω καὶ κατὰ συστολὴν ἔσω. Hinc ἐάω productum esse quod nonnulli invexerunt Il. XIII. 315. pro ἐλάουσι scribentes ἐάσουσι id est κορέσουσιν et Od. V. 290. ἐάᾳν pro ἐλάᾳν, et tertio quasi gradu ἔημι, cujus esse aoristum secundum activae formae ἐξ ἔρον εἶναι, et mediae ἐξ ἔρον ἔντο et subjunctivum aoristi passivi ἐπεὶ χ' ἑῶμεν

1) Ἀάσασαι βέβλαψαι, ἀφ' οὗ τὸ τρίτον πρόσωπον ἀᾶται Anecd. Bekk. 321. qui si de perfecto loquutus est, certe ἄασαι scripsit et ἄαται, unde est adjectivum ἀατός ὁ βλαπτικός.

2) Haec significatio non est aliena a verbo satiandi, ut nos dicimus *Ueberdruss* et *Verdruss* et satiare saepe est ὑπερκορέσαι, taedio fatigare.

πολέμοιο.[3]) Haec Grammatici satis clare exponunt solumque hoc quaeri potest utrum unum esse statuerint ἕω et ἕημι an, quod EM. significat, ἕω ex ἄω conversum putaverint eique significationem satiandi propriam non tanslatam tribuerint commoti fortasse eo quod in Hesiodi loco complures libri ἄσαντο praebent. Nos haec non diutius morantur quia non efficiunt duplicem praesentis formam ἕω et ἑάω in usu fuisse. Non minus fictum videtur ἐψίω—ἐψιῶ ἐψιῶμαι EM. Λελιημένος Eustathius p. 1090, 8. cum μειδιῶ et κατηφιῶ contendit sed praesens ipsum usitatum esse negat p. 722, 57. τετιημένος ἀπὸ τοῦ τιῶ ἀχρήστου ὡς παιήσω καὶ λελιημένος. Nec certa est scriptura versus Epicharmei τῷ λῶντι καὶ τῷ μὴ λιῶντι, quem varie corrigunt Meinekius in Programm. Schol. anni 1843. p. 20. et Ahrens Dial. Dor. 348. Sed conjuncte cum participiis illis defectivis Epim. Cram. I. 401. affert ψίω ψιάω, cujus infinitivus esse videtur ψιῆσαι τὸ ψωμίσαι Hes. primitivi vero participium Ἐμψίουσα ἐρέγματα διδοῦσα, pro quo ἐμψιοῦσα editum est quasi verbum ψιέω fuerit. Hoc igitur et huic similia μύω μύαω, χλίω χλιάω certa sunt heterozygiae in hoc genere verborum exempla sed eadem unica, nam γοάω dubium est utrum a γόω derivatum sit an a γόος. Diversum his genus est nominibus in ις exeuntibus adnexum μηνίω μηνιάω, μαστίω μαστιάω, μητίω μητιάομαι, δηρίομαι δηριάομαι.[4]) Saepius verba non pura huc migrant, φύρω φυράω, μύζω μυζάω, ψύχω ψυχάω (nisi ad ψῦχος revocare libet) πείρω πειράω, quod Pamphilus scripsit in homerico loco pro κύματα πείρων, assensore nullo, δάμνω (si id satis probatum est) δαμνάω, πίτνω (πετάννυμι) πιτνάω, ἄντομαι ἀντάω, πέτομαι, πετάω et πετάομαι v. ad Phryn. 581. Wesseling. ad Diod. IV. 77. μοιμύλλειν καὶ μοιμυλλᾶν Poll. II. 90. pro quo duo codd. μοιμυᾶν praebent; si μοιμυλᾶν scri-

3) Goettlingius de Acc. 79. sumit verbum fuisse ἕω et hujus aoristum passivum ἕην ut ἐκάην. Epsilon tamen ante terminationem ην non reperitur sed modo α et υ ἐδάην, ἐῤῥύην.

4) Eadem proportione cum Οὐλίειν conjunctum est Οὐλιᾶσθε ὄνησιν ἔχετε Hes. nisi ut Buttmannus Gramm. II. 257. probemus Albertii emendationem οὔνασθε.

beretur, perfecte congrueret cum ἀσχάλλειν ἀσχαλᾷν. Huic in metabasi litera detracta, aliis vero addita est, modo consona λείχω λιχμάω, ὀρέγομαι ὀριγνάομαι, modo vocalis χαίρω χαιριῶ, ἐρεύθω ἐρευθιῶ, κνήθω κνηθιῶ, φλέγω φλεγιῶ, quae Herodianus *Mον.* 43. epectasis nomine signavit, pleraque ignotis auctoribus vulgata ideoque suspecta ut χαίρω χαιριῶ, quod cum μαίρω μαιριῶ commutari potest et postremum φλεγιῶ. Diversa miscet EM. 116, 25. Anecd. Cram. I. 69. ἀπό τοῦ ἀοιδὸς παρῆκται ῥῆμα ἀοιδῶ εἶτα ἀοιδιῶ ὡς κνήθω κνηθιῶ, μείδω (μειδῶ) μειδιῶ, ἀτῶ ἀτιῶ (ἀντῶ ἀντιῶ). Nam ἀοιδιῶ non ab ἀοιδῶ deflexum est, cujus memoria nulla, sed ab ἀοιδή ut σεληνιῶ. Ἐρευθιῶ et θαλπιῶ pendent origine incerta; sed δειελιῶ, κυδιῶ, φυλλιῶ, ἐρωτιῶ, [5]) μανιῶ, ναυτιῶ nullum nisi ad nomina regressum habent, δερκιᾶσθαι vero et ἀγαλλιᾶσθαι verbis necesse est subjici barytonis. Cum μειδιῶ Eustathius 1288, 15. componit ἀκηδιῶ et κατηφιῶ tanquam a perispomenis profecta, id quod firmatur comparatione verbi epici ὑλακτιῶ et doricorum μογιῶ, ἀδικιῶ. Sed desiderativorum, quae ad Phryn. p. 80. sq. et ad Buttm. 390. produxi, pars magna ambigua est; nam δυσουριᾷν, σκοτοδινιᾷν, πληθωριᾷν (omiss. in Thes. Galen. T. XVIII. P. I. 728.) a nominibus δυσουρία, σκοτιδινία, πληθωρία vel πληθώρα (ut φρίκη, φρικία, φρικιᾷν) non longius absunt quam a verbis δυσουρεῖν etc. Manifesta vero et in medio posita est ratio verborum, quae poetae epici ex barytonis fingunt παμφανάω, [6]) ἰσχανάω, ὑφανάω et similiter ἐρυκανάω ab ἐρυκάνω vel, si pro hoc ἐρυκάκω scribendum est, abrupte ab ἐρύκω ut δεικανόωντο a prototheto δείκω, cui quod proximum erat δεικάνω, consuetudo non admisit. Ultimum est illud metabasis genus quo epsilon primitivi mutatur in ο: τὰ ἀπὸ βαρυτόνων ποιητικῷ ἔθει μεταγόμενα

5) Notabilius est Ἐραστριᾷν καὶ ἐρωτίζειν λέγουσι Phot. cujus duplex succurrit correctio ἐρωτᾷν καὶ ἐρωτίζειν et ἐρωτιᾷν καὶ ἐρατίζειν. Ab ἐραστής derivari poterat ἐραστιᾷν ut a κελευστής κελευστιᾷν sive κελευτιᾷν, a λούτης λουτιᾷν.

6) Ἑλκανῶσα ἡλκωμένη Hes. quod in Thes. ad ἕλκανον refertur, ἑλκανόωσα scribendum videtur; ut παμφανάω a παμφαίνω, sic ab ἑλκαίνω derivari potuit ἑλκανάω.

εἰς περισπώμενα διὰ τοῦ ω̄ γράφεται, νέμω νωμῶ, στρέφω στρωφῶ, πέλω πωλῶ, πλὴν τοῦ πέτω ποτῶ EM. Gud. 489, 4. quorum omnium causas et vim et varietatem uberius exposuit Spitznerus ad Il. Exc. XIX. Hactenus dictum est de verbis quae generatim in certos ordines classesque describi possunt. Nunc dicam de iis quae itidem a barytonis sed ratione quadam singulari propagata sunt ita ut neque inter se neque cum aliis comparari possint δίζω διφάω, κύπτω κυβιστέω, ἀκούω ἀκροῶμαι, θάλλω τηλεθάω, ψάλλω ψηλαφάω, εἰλύω εἰλυφάω et ἰλυσπάομαι. Αἰονάω, quod H. Stephanus cum ἰνάω τὸ κενῶ contulit, plus similitudinis habet cum αἴνω, si hoc idem valet atque διαίνω. Μάσασθαι a primitivo μάω ortum videtur, unde μᾶμα cibus et μάσταξ v. Prolegg. 149. ἐρωτᾶν ab ἐρεῖν, ἐρευνᾶν, nec procul ab ἐρᾶν, ἔρως, nam quaerendi et desiderandi notiones ita confines sunt ut nonnulli πόθος et πεύθομαι pro cognatis habeant.

§. 2. Paronymorum duo genera sunt, quorum unum terminationem significabilem habet hoc est desiderativa, frequentativa, inchoativa hisque similia, κουριᾶν, λαιμᾶν, τυραννιᾶν, κορυβαντιᾶν etc. alterum mere paragogicam. Illa ex professo tractavi ad Buttm. 390. quare exempla potissimum ex altero genere sumam. Haec autem ab omnibus declinationibus fluunt sed largissime a femininis primae; id quasi proprium hujus familiae seminarium: ἀγαπάω, αὐδάω, ἀλάομαι, ἀγοράομαι, αἰτιάομαι, ἀρετάω, ἀράομαι, quae sunt unius literae exempla ab uno Homero prodita; ex quo de cetera multitudine existimari potest. Perpauca vero a masculinis: Κοίης ἱερεύς, κοιᾶται ἱερᾶται Hes. ὀκλαδίας ὀκλαδιᾶν, quod EM. ὀκλάζειν interpretatur, φλεγυᾶν τὸ ὑβρίζειν, quod Eustathius 933, 14. a Phlegyis alii ab appellativo quodam φλεγύας ductum censent, deinde quae epici ex hac materia fingunt futuro destituta εὐχετᾶν, λαμπετᾶν, ναιετᾶν v. ad Phryn. 571. et parasyntheta quaedam λινοπτᾶν, ὀρνιθοθηρᾶν ad Phryn. 627. De desiderativis τρυφητιᾶν, μαστιγιᾶν etc. dubitatur utrum originem a masculinis in ιας an iota e charactere habeant Prolegg. 513. Quae verbis ἀρτᾶν, σκιρτᾶν conveniunt nomina, citata non respondent. Multo sterilior

est secunda declinatio, cujus substantivis subnata sunt *κολοιᾶν*, *λοχᾶν*, *μυδᾶν*, *κολυμβᾶν*, *σταθμᾶν*, vocalique aucta *ἀροτριᾶν*, *δειελιᾶν*, adjectivis vero *γελοιᾶν*, *ὀπτᾶν*, *μαργᾶν*, nisi hoc desiderativorum numero adjiciendum est, quo *ἀγριᾶν*, *ὠχρᾶν* et iota aucta *ἐρυθριᾶν*, *κελαινιᾶν*, *φαληριᾶν* etc. continentur. Parasyntheta sunt *ἀτιμᾶν*, *ἀποινᾶν*, *ἐνδιᾶν*, ab usu publico pariter remota. Ex tertia declinatione huc vergunt neutra in $\overline{\alpha\varsigma}$ et $\overline{o\varsigma}$, *γηρᾶν*, *μειδᾶν*, *σφριγᾶν*, *ὑφᾶν*, *γανᾶν*, *γλαγᾶν*, *λιπᾶν*, *σκαριφᾶν*, rarissime aliter terminata: *ῥινᾶν* id est *ἀπατᾶν*, quod Meinekius tamen ad Men. 279. a *ῥίνη* derivatum putat, homericum *ἰχθυᾶν*, *ῥυμβονᾶν* quod cum desiderativo *δαιμονᾶν* non inepte compares, et a tot nominibus in $\overline{\sigma\iota\varsigma}$ exeuntibus unicum *νεμεσᾶν*. Ab his quae syllaba $\overline{\varepsilon\upsilon\varsigma}$ finiuntur duo non ejusdem formae *ἱερᾶσθαι* et desiderativum *βασιλειᾶν*, nam quod Lycophro protulit *δαιταλώμενος* pro *δαιτρευόμενος*, melius ab inusitato quodam *δαίταλος* repetitur, sine quo *δαιταλουργία* fingi non potuit. Quae in $\overline{\mu\alpha}$ exeunt verbis proserendis apta esse dubito num exemplis certis confirmari possit; adhuc quidem nihil reperi praeter *κῶμα κοιμᾶν*, cujus causa veteres *κοίμη* et *κοιμός* fingere maluerunt EM. 523, 20. *δεῖμα Δειμᾶσθαι φοβεῖσθαι* et *Σφαλμᾷ σκιρτᾷ ἢ σφαδάζει* Hes. quorum alterum Abreschius in *δειματοῦσθαι* vertit, ab altero aoristus *σφαλμῆσαι* et *ἀποσφαλμῆσαι* Polyb. formatus videtur; *Χειμῶντα ῥιγῶντα* vereor ne *χειμιῶντα* scribendum sit; *Πλημαθῆναι πληρωθῆναι* si doricum est, ad *πλήμη* revocari, sin minus, cum *πλημαθῆναι* commutari potest, quo modo verba a neutris in $\overline{\mu\alpha}$ derivata terminari solent *ἑρματίζω*, *τραυματίζω*, *πωματίζω*, *θεματίζω*, *λημματίζω* et sexcenta hujusmodi. A reliquis terminationibus ducitur nullum; nam *γενειᾶν* non ad *γενειάς*, ut quidam putant, sed ad *γένειον* pertinet. Hactenus versati sumus in rebus certis exploratisque. Sed et *ἰάομαι* synonymumque *ἰαίνω* [7]) non dubitem ab *ἰός* derivatum credere;

7) Quint. IV. 399. *φάρμακα τοῖσι—τύμματα φωτῶν ἰαίνονται sanantur*, et X. 327. *εἰςόκε σ' ἰήνειεν ἀνιηρῶν ὀδυνάων* ut *ἰᾶσθαι τοῦ λοιμοῦ* Philostr. V. Apoll. VII. 21, 301. *τῶν παθῶν* Clem. Alex. Strom. III. 470. D. (202, 42.)

nam et *φάρμακον* dicitur in utramque partem v. C. V. §. 3. not. 25. Nec ab iis dissentio qui *ὀργᾶν* tumere ad *ὀργή* referunt, *ὁρᾶν* ad homericum *οὖρος*,[8]) *λωφᾶν* ad *λόφος*. Sed ut omnium origines explicentur, nequaquam effici potest. Primum viam obsepit illud priscum et poeticum genus, cujus prima vocalis brevis, declinatio manca, usus non promiscuus est *γελάω*, *ἐλάω*, *ἐράω*, *κεράω*, *κρεμάω*, *πελάω*, *σκεδάω*, *σταλάω*, *ὑλάω*, *χαλάω*, *ἱλάομαι*, quorum tria modo publice recepta sunt *ἐράω*, *γελάω*, *χαλάω* et in Atticorum sermone *ἐλάω* quoque perduravit quamvis exsuperante forma vicaria *ἐλαύνω*. Cetera cesserunt victa fortioribus *κεραννύω*, *σκεδαννύω*, *πελάζω*, *σταλάζω*, *ὑλακτέω*, *ἱλάσκομαι*. Sed trium illorum, quae pervicerunt, primum *ἐράω* imperfecti fines non egreditur, duo ulterius producta a gregalibus dupliciter differunt; primum quod futuri terminationem servant integram *γελάσω*, *χαλάσω*, ceteris contractis ad praesentis similitudinem *ἐλῶ*, *σκεδῶ*, *κερῶ*, aut a futuri formatione prorsus abhorrentibus ut *ὑλάω*. Altera differentia est quod in declinando non admittunt syncopen, qua inclinamenta similiter contextorum mutantur *πέπρακα*, *δέδμηκα*, *κέκραμαι*, *ἐπλήμην* (*πλησίος*). Denique nonnullis hujus familiae usu venit quod animantibus solet ut relicto quasi prole futuro emorerentur; nam *πιπράσκω* locum occupavit praesentis, unde *περάσω* ductum est v. ad Buttm. 269. *ταλάω* apud veteres non legitur sed tempora hinc profecta; *κρεμόω* Il. VII. 83. haud dubie futurum est non praesens, cujus exempla non admodum antiqua sunt v. ad Buttm. 224. nec imperfectum invenitur ante Nonnum *ἐκρεμόωντο* XX. 173. ac si *δαμᾷ* Il. I. 61. pro *μέλλει δαμάσαι*, ut ab EM. 247, 2. significatur, positum est, praesentis *δαμάω* vestigium nullum relinquitur. Haec igitur ipsa simplicitate primitivorum colorem imitantur. Sed non eadem conditio est verborum *ἀμῆσαι* et *κυκῆσαι*, quorum alteri neque nomen *ἄμη* satis convenit, neque praepositio *ἅμα*, alterius nullum sustentaculum est praeter proprium *Κύκη*. Nec *αἰσυμνᾶσθαι* quidquam in subsidiis habet nisi andronymicum *Αἴσυμνος*. *Ἠπᾶν* sarcire fortasse proprie significat *ὀπὰς*

8) Sic etiam latinum *tueor* videre et custodire significat.

ποιεῖν, ab ὀπή enim denominatum est ὄπεας [9]) sive ὀπήτιον subula, quae etiam ἠπητήριον dicitur. Appellativi κύβερνος auctores tam novitii sunt ut verbum κυβερνᾶν hinc repetere vererer, nisi accederet latinum *gubernum*. Κυδοιδοπᾶν et κυδοιμιεῖν tumultuari non longe distant a masculino κύδος convicium. Homericum ποσσὶν ἐπήδα speciem habet etymologicae constructionis; nam conjugata videntur πούς pes et πῆδον remus, remi autem cum pedibus comparari solent. De ἐρᾶν ἐξερᾶν et quibusdam aliis dicetur in Pathologia. Verum ὠρακιᾶν, ἀῤῥιχᾶσθαι, σκορδινᾶσθαι, etsi omnes derivativorum numeros habent, tamen unde derivata sint ne conjectura quidem assequi possumus. Interim haec longe superantur multitudine eorum, quorum origo aut in aperto posita aut non alte abscondita est, dummodo ne quis postulet ut paragoga aut simillimam primitivis significationem aut auctores aetate compares habeant. Me quidem haec religio non absterret quominus verba homerica φοιτᾶν, λικμᾶν, συλᾶν, ἐρευνᾶν a nominibus orta censeam, quae neque ille carminibus suis inseruit neque qui eum in poetando proxime sequutus est, sed cognita habuit fortasse aut cogitatione praecepit. Ac si ἀκροκέλαινος, ἀῤῥενοκυής, διχοστάτης, λοξόπορος a nullo graece loquentium prolata sunt, quis ideo dubitet quin oblata occasione verba ficta sint his convenientia? Eadem est sententia de significatione; nam θυμιᾶν, σπαθᾶν (prodigere) μηρυκᾶσθαι specie proxima sunt nominibus θύμος, σπάθη, μήρυξ sed re congruunt cum remotioribus θύειν suffire, σπᾶν distrahere sive dissipare, μηρύεσθαι etc. Itaque etiam πελεκᾶν significationem habet a πέλεκυς acceptam, formam a πέλεκον (πέλεκκον).

CAP. III.

De verbis in $\overline{ow}$.

Tertiae quoque conjugationis verba pleraque a nominibus ducta sunt. A masculinis tamen primae declinationis quae

9) Hoc ὄπεαρ scribendum fuerit ut ὕφεαρ, δέλεαρ, siquidem Herodianus π. Μον. 30. solum κρέας in $\overline{εας}$ exire dicit.

derivata videntur, in dubium venere; pro *νεανιούμενος* ap. Dion. Hal. Schneiderus probabiliter corrigit *νεανιευόμενος* et *Τροφιοῦται παχύνεται* Hes. ad *τρόφις* referri non incommode potest. Sed plurima oriuntur a femininis *ἀκανθόω, γεφυρόω, ζημιόω, θυρόω, μουσόω, ῥιζόω, ταινιόω, τεφρόω,* quibus enumerandis finem vix inveniam. Et par copia a secundo ordine: *βιῶ βιοῖς ἐκ τοῦ βίος γέγονε* Cram. I. 402. ut *ἀνεμόω, δενδρόω, ἐδνόω, κεραυνόω, τεκνόω—θηριόω, ἀραχνιόω, θεμελιόω, κεφαλαιόω,* a syntheto *ἐπειροδιόω.* Ab adjectivis puris et non puris *ἀλαόω, ἀξιόω, βεβαιόω, ἐλευθερόω, κακόω, κραταιόω, τελεόω, ταπεινόω, φανερόω* ceteraque multitudo. Et homerica *γυιόω, σιφλόω, σαόω* sine dubio ab adjectivis non homericis. Sed *κάρπιμος, λίθινος, φυσικός* et similiter terminata in verba non transeunt; *ἀναισιμόω* (*καταισιμ. ἀπαναισιμ. καταναισιμ.*) ab *αἴσιμος* derivatum esse minime exploratum habeo. Composita sunt *ἀπαρχαιόω, ἐκδωριόω, ἐκδρακοντόω,* licet simplicia non extent; decomposita *ἀϊστόω, ἀτιμόω, ἀναστατόω, ἀφαντόω, εὐσαρκόω, πολλαπλασιόω, ἀκροκυματόω* vox Lexiphanea ab inusitato *ἀκροκύματος.* Declinationis tertiae terminationes praeter *ευς* [1]) omnes ad propagandum aptas reperio *χειρόω, τριχόω, πυρόω, φρενόω—ἀνδρόω, ὀδοντόω, ἀνθρακόω—γανόω, κυρόω, νεφόω, ῥιγόω—αἱματόω, δειματόω, περατόω —ἀχλυόω, ὀφρυόω, σταχυόω—ἀτμιδόω, κηλιδόω, ῥυτιδόω,* quae pauca sunt ex magno acervo excerpta. Seorsum incedit *γουνοῦμαι,* quod non a *γόνυ* formatum est sed a plurali *τὰ γοῦνα.* Et *ἱδροῦν* ab *ἵδρως* compare caret. A nominibus, quorum primus casus in *ις* terminatur, secundus in *εως,* duo tantummodo *ταξιοῦσθαι* et *φυσιοῦσθαι,* passivae, ut pleraque superiorum, adstricta formae. Quatuor verborum nihil amplius quam participium reperitur *βεβροτωμένος, πεφονωμένος, τεθωμένος* et *τεθυωμένος.* Multo tenuior est adjectivorum proventus *ἀκριβόω, ἀρρενόω, ἐλασσόω, μειόω, ὀλιζόω,* [2])

1) *Δαιταλούμενος,* quod codd. aliquot Lycophronis praebent, merito rejicitur.

2) Anecd. Cram. II. 312. *τὸ μείζω ἀπὸ τοῦ μείζων γέγονε* scribendum est *μειζῶ.* Pro *Ἀρειούσει αὐξήσει* Hes. Pergerus recte *ἀρειώσει* scribit.

ξενόω, πληρόω et parasyntheton, quod equidem sciam, unicum ἀσθενόω. Haec autem omnia nominis, unde derivata sunt, proprietatem servant, sive factitivam habent potestatem ut χρυσοῦν, ἰσοῦν, sive neutralem ut ῥιγοῦν, βιοῦν, sive conjuncte utramque ut ὑπνοῦν. Sed quod in nonnullis secundae declinationis verbis observatum est fieri ut non tam nominis, unde ortum habent, quam verbi, quod huic antecedit, vim exprimant, id ab hoc quoque genere non alienum est. Sic σαροῦν non tam cum σάρος convenit quam cum σαίρειν, quod solum probant Atticistae v. ad Phryn. 85. Et Κνημῶσαι διαφθεῖραι Hes. a proprietate nominis κνημός alienatum propiusque est verbo κνᾶν, διακναίειν. Nec a ζεῦξαι diversum ζυγῶσαι ἀντὶ τοῦ κατέχειν, δαμάσαι Pausan. ap. Eust. 956, 7. Haec igitur et talia non mirum est a nonnullis inter verbalia numerari ut homericum θεμιῶσαι παρὰ τὸ θεῖναι παραγώγως Sch. Od. IX. 486. Quippe deest nomen θεμός a thematico θέω ut a κνάω κνημός. Et nulla hujusmodi ratione motus Sch. Od. IV. 226. ἔστι θέμα δηΐω καὶ κατὰ παραγωγὴν δηιόω, quod illi multis aetatibus antecedit ab adjectivo δήιος derivatum. Τρυχῶ τρίτης ἐστὶ συζυγίας τῶν περισπωμένων, ἀλλὰ καὶ βαρύτονον τρύχω τρύχεις Suid. sed illud aeque convenit substantivo τρῦχος. Et hoc transitu quantitatem non mutari declarant κυρόω, ῥιγόω. Proinde σινόω quoque, cujus prima brevis est, a σίνος potius quam a σίνομαι repetendum. Ἰδνώθη παρὰ τὸ ἴζω τραπέντος τοῦ ζ δωρικῶς καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν ὡς ἀλαπάζω ἀλαπαδνῶ Schol. Il. II. 266. EM. 466, 26. quo verbo si quis unquam usus est, certe ab ἀλαπαδνός derivavit, cui similia ὀλοφυδνός, ὀπιδνός et, ut veteres volunt, etiam παιδνός, a verbis quidem originem habent sed ipsa nullum ex se procreant verbum. Paullo credibilius est illud: σπλεκοῦν sive σπεκλοῦν (κατασπεκλοῦν) τὸ συνουσιάζειν ἔχει τὴν παραγωγὴν παρὰ τὸ πλέκεσθαι Sch. Plut. 1083. hoc est παρὰ τὴν κατὰ τὴν συνουσίαν πλοκὴν τῶν σκελῶν Hes. s. Γυναῖκες. Nulliusque nominis interventu diremta sunt πρίω et πριόω, cujus participium modo legimus ὀστέον πεπριωμένον Hippocr. de Cap. Vuln. T. III. 373.[3])

3) Antea p. 367. ὀστέον πεπρισμένον dixit, quod minus definitum est. Prorsus aliud valet πεπριονωμένον.

ἀκταίνω et ἀκταινόω, quae Phrynichus idem valere docet, ἐρείπω et ἐρειπόω, κατερειπόω, quorum auctores parum conspicui; κύπτω et κυπόω ἀνακυπόω significatione transitiva; φαίνω et φανόω ἀποφανόω i. q. φανερόω, nisi haec ab adjectivo φανός traducta sunt. Ab his, quorum incunabula aut conjectura indagari aut certis indiciis demonstrari possunt, transeo ad anetyma, quae pauca sunt; τὰ γὰρ πλεῖστα τῆς τρίτης τῶν περισπωμένων παράγωγά εἰσι καὶ προηγεῖται αὐτῶν ὀνόματα· πλεῖστα δὲ εἴπομεν διὰ τοῦ ἀρῶ, ὀνῶ, ὁμῶ Epim. Cram. I. 96. Haec eodem loco sunt quo quae in C. II. §. 2. commemoravi ἐλάω, γελάω etc. quippe eadem duas breves habent vocales totidemque retinent in futuro; nam quod Choeroboscus refert in Dict. II. 659. nonnullos futurum ἀρώσω scribere, id in Anth. VII. 175. sustulit Brunckius ἀρόσσω scribens cf. Prolegg. 397. Huic pro etymo supponi potest φάρος aratrum, de quo in postrema Dissert. dicetur. Ὀνόω Eustathius 1915, 50. ad ὄνω refert exemplo invalido usus: τὸ ὄνονται φανερῶς βαρύτονον ὡς ἀπὸ ἐνεστῶτος τοῦ ὄνω ὅθεν τὸ ὀνῶ ὀνόσω παράγωγον ῥῆμα καινότροπον καὶ οὐ φύσει ὂν τρίτης συζυγίας. Nam ὄνονται eodem loco censeri potest quo δίδονται et quia activum ὄνωμι indictum est, optativus medii jure eum accentum accepit quo δύναιο signatur hoc est ὄνοιο, ὄνοιτο, non ὀνοῖο ut διδοῖο, quanquam hoc quoque saepius proparoxytonon est. Pro οὔνεσθε autem Bekkerus restituit Aristarcheum ὀνόσασθε. Ita verbi barytoni ὄνω vestigia omnia evanescunt. Praesentis ὀνόω formam sequitur futurum ὀνόσομαι et hinc derivata, sed ipsum non extat; nam Ὀνοῦται ἀτιμάζεται μέμφεται Hes. post Ὀνᾶς positum Musurus temere substituit pro ὀνᾶται, quod hoc accentu cum τιμᾶται congruit; sin ὄναται scribimus, accedit ad ordinem verbi ὀνίναμαι, [4]) cujus alia est significatio, sed quod utrique commune est ὠνάμην quaeritur utrum ad ὄνημαι ὀνίναμαι pertineat an aoristus sit a thematico ὄνω declinatus ut ὠσφράμην, εὑράμην. Utraque autem vox ὄνομαι sive ὀνάομαι, et ὀνίναμαι sive ὀνέομαι (unde ὄνειαρ) quo modo

4) In Manethonis loco ad Buttm. 256. allato pro ὄνοιντο nunc ὄναιντο restitutum est; pro ὄνοισθε Aristaen. II. Epist. VI. ὄναισθε.

in unum redigi possit, non intentatum reliquit doctorum sedulitas. Etenim illi I. C. Scaliger et alii propriam onerandi significationem vindicant collatis nominibus *onus* et ὄνος (ἀχθοφόρος) cf. Doederl. Syn. T. IV. 225. hisque nostri Lexicographi connectunt ὤνος honos (τιμή) pretium, a quo non multum abest ὄνειαρ i. q. ὄφελος. Sed mittamus conjecturarum illecebras. Verbi ὀμόω nihil extat praeter participium ὀμοῦντες, sed hinc proficiscitur futurum ὀμόσω, medium vero ὀμοῦμαι, ὀμεῖ, ὀμεῖται non ex ὀμόσομαι contractum est, ut Matthiae censet §. 181. p. 405. sed ab ineffabili praesenti ὄμω ut νέμω νεμοῦμαι. Ἁλόω τὸ κρατῶ Lex. de Spir. 209. fictum est ex obliquis ἁλώσομαι etc. v. Diss. II. §. 3. sed sat speciosa videtur Buttmanni opinio cum hoc verbo sumendi conjunctum esse ἀναλόω consumo. Nec negabitur ἁλῶναι et ἑλεῖν tantum inter se similitudinis habere ut pro cognatis haberi possint. Ἐνόω supra rejecimus. De his breviter peroratum esse potuit sed sequitur quaestio sinuosior.

CAP. IV.

De confusione terminationum conjugationis circumflexae.

§. 1. Quid sit cur Graeci a φωνή produxerint verbum φωνέω, ab αὐδή vero αὐδάω et pari inaequalitate a δεῖπνον δειπνέω, a δόρπον δορπέω, sed ab ἄριστον ἀριστάω et, ut universe dicam, quas leges sermonis genitores in omni hac ratione mutandae declinationis sequuti fuerint, id in lucem erui posse hoc minus confidimus quo frequentius eadem verba non solum in aliis dialectis aliter inflecti sed etiam ab ejusdem sectae poetis ad eas, quas sibi quisque constituisset numerorum leges, varie accommodari videmus. Sed de dialectis quae dicenda sunt, Ahrensii doctae sollertiae reservo integra, poetarum autem quanta fuerit libertas declarabo uno exemplo repetito a caesura versus heroici ea quae spondeum habet in pede quarto — ἀρίστη φαίνετο βουλή. Hic spondei usus perquam frequens est sed tamen poetae praesertim posteriores hoc loco saepe verba primae conjugationis quae in

dactylum exeunt praeferunt secundae *κυβίστεε βυσσόθε δελφίς* Mosch. II. 117. *ἐφοίτεε Κάδμος ἀλήτης* Nonn. Dion. I. 321. et in plurali *ἐκυβίστεον ἐλλοπιῆες* Oppian. Cyn. IV. 264. *ἐσύλεον· ἀμφὶ δὲ Τρῶες* Quint. II. 547. Aliter vero Homerus *ἐσύλα τεύχεα καλά* Il. XI. 110. *ἐφοίτα θηρὶ ἐοικώς* III. 449. IV. 528. *ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος* Od. IX. 401. *κυβίστων ἔνθα καὶ ἔνθα* Il. XXI. 354. Sed idem tamen poeta, qui saepissime *μενοινᾷς*, *μενοινῶν*, *μενοίνα* dixit, in illa senarii sede maluit *μενοίνεον* ponere, et *ὁμόκλα* quidem in exitu sed *ὁμόκλεον ἐν μεγάροισι*, quo etiam Apollonius utitur IV. 1005. et in tertia singularis *ὁμόκλεεν ἡρώεσσιν* Orph. Arg. 944. Homeri versui *Θερσίτης—ἀμετροεπὴς ἐκολῴα* Il. II. 212. veteres interpretes adnotant Antimachum alia verbi forma usum esse *ὥς ῥα τότ' Ἀργείων ἐκολῴει στρατός*, pro quo Buttmannus Lexil. I. 158. *κολῴει* scribendum putat syllaba media correpta; quod si ille sibi permisit, non apparet cur non *κολῴα* scripserit, apparet vero causa mutatae terminationis si sic scribimus *ὥς ῥα τότ' Ἀργείων ἐκολῴεε μὰψ στρατός* (*αὔτως*) addita particula *μάψ*, qua Homerus illo ipso loco usus est. *Ὑπαντιῶν* legitur in dorico Theocriti carmine V. 90. et *συνάντα* in Rufini epigrammate Anth. P. V. 28. utrobique in exitu versus; epicorum, qui proprie ita appellantur, exempla incerta sunt; nam pro *συναντιῶνται* Hes. Scut. 877. e codd. substitutum est barytonon, *συναντήτην* Od. XVI. 333. ejusdem conjugationis esse potest cui *ὁμαρτήτην* adscribitur, hoc est primae, cujus sunt certa testimonia, in quarto quidem pede *ἤντεον* Il. VII. 423. Apoll. IV. 1486. Quint. VI. 341. in primo Apoll. IV. 845. 931. et 1184. qui poeta in hac parte imperfecta hujusmodi ponit incorrupta *ἤρεον* I. 398. *νήεον* 403. *μέτρεον* 930. *ἔκλεον* III. 246. *θάμβεον* IV. 74. *γήθεον* 93. *ῥόχθεον* 925. *βλάστεον* 1425. nisi metrum contractionem poscit *θάμβευν δ'* — IV. 1192. dissimile homerici versus exordio *ὤκεον δ' ἐν* — Il. XIV. 116. [1]) Quid veteres critici de exitu spondaico verborum quartum pedem finientium judicaverint, nihil sane relatum legi praeter quod de verbo bisyllabo mo-

1) Pari inconstantia *ἧτεε δ'* — versum orditur Il. XIII. 365. et *ζήτει καὶ* — XIV. 258.

nitum est ad Od. II. 50. *ἐπέχραον οὐκ ἐθελούσῃ — Ἀριστοφάνης ἐπέχρων.* Hoc etsi non deterius est quam *κατέκλων* in extremo versu Il. XX. 227. tamen non reperitur sed modo *ἐπέχρασν* in quarto pede, quo et ceteri utuntur frequentissime Quint. VIII. 74. XIV. 522. Opp. Cyn. II. 433. Nonn. XLV. 195. etc. et Homerus ipse Il. XVI. 352. 356. idemque *ἔχραε* in quinto, nusquam vero *ἔχρα* vel *ἔχρη.*[2]) Cum *ἐπέχρων* conferri potest verbum singularis numeri *ἐπέπλων εὐρέα πόντον* Hesiod. *ἐπέπλως ὄφρα πύθηαι* Hom. cujus pluralis non legitur sed pro eo *ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα* ter repetitum Il. I. 312. Od. IV. 842. XV. 474. quo posteriores constanter in hac sede utuntur, *ἐπέπλεες* Callim. Del. 36. *ἐπέπλεεν* Nonn. XLV. 112. *ἐπέπλεον* Quint. XII. 336. XIV. 528. etsi primam *ἔπλωμεν* non detrectant Apoll. II. 152. et 645. Illi similis fuit disceptatio de verborum circumflexorum primae classis vel diaeresi vel synaeresi; Il. XVIII. 323. *μετεφώνει Μυρμιδόνεσσι — γράφεται μετεφώνεε*, quod nunc obtinet sicut *προσεφώνεε* plus quam decies legitur, nunquam *ἐφώνει* nisi metrum cogit, et eodem modo *ἤρεε* XXII. 327. sed contra *ἀπείλει* XIII. 143. *ἀΰτει* XI. 258. *κατεκόσμει* IV. 118. *ὁμίλει* XI. 502. quae omnia a Scholiastis silentio transmissa sunt. Tertia admonitio spectat ad infinitivum. Il. IX. 356. *πολεμιζέμεν Ἕκτορι δίῳ — γράφεται καὶ πολεμίζειν*, quod bis antea scriptum est iisdem verbis sequentibus III. 67. et 169. et iterum ad XIII. 9. *ἀρηξέμεν ἠὲ Δανάοισι — γράφεται καὶ ἀρήξειν*, et rursus XIX. 30. *ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα — Ἀριστοφάνης ἀλαλκέμεν*, postremo Od. XV. 393. *ἀκουέμεν· οὐδέ τί σε χρή — Ἀρίσταρχος ἀκούειν.* In hoc judicio nescio quid aliud sequi potuerit nisi librorum auctoritatem; nam dactylum a pausa, quam interpunctio affert, non abhorrere intelligitur ex aliis locis Il. XII. 50. *διαβαινέμεν· οὐδὲ οἱ ἵπποι*, V. 82. *ἀκουέμεν· ὥς κε οἱ αὖθι*, I. 542. *δικαζέμεν· οὐ δὲ τί πώ*

2) *Ἐπέχρα* (irruit) in fine versus Nic. Ther. 14. *ὃν ἔξοχον ἔχρη Ἀπόλλων* Hermesianax Ath. XIII. 599. A. et cum eadem vaticinandi significatione *ἔχρη ἄταρ* — in principio Apollon. I. 302. sed *ἔχραεν ἐνδυκέως* II. 454. *κατέκλα* in ultimo Hesiod. Fr. CLVI. sed *αἴγειον κνῆ τυρόν* Hom. *Ἔγραε, λάε, φάε* et *νᾶε* iis locis posita sunt ut aliter metrum non constet.

μοι, V. 520. *πολεμιζέμεν· εἰ δὲ καὶ αὐτοί.* Idemque Aristarchus in oratione non interpuncta spondeum optavit *ἀγήρως ἤματα πάντα* scribens pro *ἀγήραος* v. Spitzn. Exc. IV. et *σῶν ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι* Il. I. 117. pro *σόον*, quod Apollonius ter in hac versus regione collocavit et ter *κέαρ*, quater *βόας* ut Homerus ipse *ἕλικας βόας εὐρυμετώπους* Od. XI. 289. sed non ita H. H. in Merc. 116. *ἕλικας βοῦς εἶλκε θύραζε.* In infinitivo tamen dactylus ita praevalet ut in primis duodecim Iliadis libris plus quam quinquaginta reperiantur exempla, spondei vero vix ultra decem, nonnunquam altero sequente spondeo *διώκειν ὥρμήθησαν* X. 359. *πολεμίζειν οὐκ εἴασκεν* V. 802. et constanter *πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι*[3]) quod Spitznerus ad Il. II. 3. de industria factum putat quo gravius *labores pugnae bellique aerumnae depingantur.* Sed cur *ἐλθεῖν* positum est III. 393. IX. 403. XXII. 156. XXIV. 309. et in eadem regione *ἐλθέμεν* IV. 247. VI. 109. VIII. 239? Equidem censuerim utramque formam ita pervulgatam fuisse ut poetae, quae se primum obtulisset, ea illico uterentur excepto Nonno qui XIV. 300. maluit insolitam sibi infinitivi terminationem admittere *φευγέμεν ἢ πτολεμίζειν* quam spondeum. Nec diversa mihi sententia de illo verborum circumflexorum genere quod, si pro epsilo primitivae positionis o breve asciscit, ad primam, si longum, ad secundam dirigitur syzygiam. Id ubi in quartum pedem incidit, poetae liberum habent utracunque in stilum incurrerit forma promiscue uti: *περιτροπέων ἐνιαυτός* Il. II. 295. *παρατροπέων ἐπέεσσι* Quint. I. 946. et *παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι* Il. IX. 946. *ἐπιτρωπᾶτε μέλεσθαι* Apoll. I. 351. *μετατρωπᾶτε παρειάς* III. 298. cujusmodi verba, quia ultra caesuram excurrunt ne dactylorum quidem amatores alio vertere operae habent; *μετατρωπῶντο μενοιναί* Nonn. X. 26. *ἐπιτρωπῶσι* Opp. Hal. II. 223. V. 172. *ἀποτρωπῶσι* Quint. VIII. 390.[4]) *περιστρωφῶσα* Nonn. XLI.

3) Pariter fixum est *τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην* sed *ἔχεις ἀέκοντας ἑταίρους* Il. XVI. 204. etc.

4) Quod in Phryn. 581. ult. editum est *τρωπᾶσθαι in τροπάασθαι mutatum est,* ex antecedentibus apparet sic a me scriptum esse *τροπάασθαι in τρωπᾶσθαι* etc. quod non solum ad homericum locum pertinet sed etiam ad Apollon. IV. 165. *τροπάασθαι Ἰήσων.* Hesychius

264. *περιστρωφῶντο* Quint. XII. 404. *ἀναστρωφῶσι* Opp. H. I. 517. sed semel etiam *περιστροφέοντες* Quint. VI. 504. pariterque pro *πωτῶντο* Il. XII. 287. Theocr. XV. 120. Quintus supposuit *ποτέοντο* IX. 133. eodem quo caetera loco collocatum, nec aliter *μετατρωχῶσι* Rhian. Epigr. I. 17. quo frequentius est verbum non contractum *ἐπιτροχάει* Apollon. IV. 1266. Dion. 203. *περιτροχάουσι* Anth. VII. 338. P. Silent. Ecphr. 876. *ἐπιτροχάοντα* Anth. VI. 45. *περιτροχάοιντο* Arat. 815. vel contracto subnatum *περιτροχῶσι* Nonn. V. 448. *ὑποτροχόωσα* XLV. 131. Sed pro *στροφόωσα* XLVIII. 381. scribendum *στροφέουσα* vel potius quo illo solo utitur *στρωφῶσα*. Hinc redeo ad quarti pedis thesin dactylicam, cujus causa imperfecta illa a secunda declinatione ad primam traducta esse dixi. Sunt tamen multa quae nativam speciem nunquam mutent ne apud Nonnum quidem *ἐνίκα, ἐτόλμα, ἐνώμων, ἐπώπτων, ἐθοίνων* etc. v. ad Phryn. 48. Horum thematica forma *ἐνίκαε, ἐθοίναον* etc. apta quidem ad declinandum spondeum sed aliena est a verbis quae in futuro vocalem longam accipiunt; nam *πέραον* Il. XVI. 367. etsi non aliam significationem habet quam *περῆσαι*, tamen natura nihil differt ab eo verbo cujus infinitivus est *περάσαι*, imperativus autem *οὖτα* itidem ut *οὐτάναι, οὐτάμενος* non ad *οὐτάω οὐτήσω* sed ad reliquias verbi prisci pertinet, quod nemo cum *τιμάω* et similibus contendere adducetur. Sed quae aut brevem in futuro penultimam habent aut omnino hoc tempore carent, ea demum contractionis necessitate exemta sunt: *ἔλαεν* Apollon. III. 872. *ἤλαεν* Oppian. Hal. V. 494. *ἐστάλαεν* Cyn. IV. 306. *ἐσκίαον* Od. XII. 436. *ὕλαον* Hom. et alii. [5]) Quod autem pro *ἐνίκα* et ceteris id genus nunquam *ἐνίκεε* substitutum est, indicio

---

vero pro *περιτροπόωντες* vel Homericum *περιτροπέοντες* scripsit vel mendosam sequutus est scripturam ut Eustathius *ἐπιτροπόωσι* ex Oppiani loco afferens ubi libri omnes in *ἐπιτρωπῶσι* consentiunt v. Spitzner. Exc. XIX. p. LXXXII.

5) Barbara sunt *προσδοκάοντες* Sibyll. II. 181. *νικάομεν* Soph. Clytaemn. v. 222. *καθοράοντα* in Hippocr. loco ap. Galen. in Comm. in Med. Offic. I. 1, 634. T. XVIII. P. II. sed apud Hippocratem ipsum de Fract. p. 147. T. III. non sic scriptum est sed *καθορῶντα*. Praestat vero *καθορέοντα*.

esse debet fuisse quaedam verba jam inde a principio in una conjugationis forma ita defixa ut a poetis numerorum causa immutari non possent, alia autem in communi sermone terminationem habuisse fluxam et instabilem; cujus generis plurima reperiuntur apud scriptores ionicos, partim eadem a poetis recepta ut *φοιτέω*, *συλέω*, pleraque illorum propria *εἰρωτέω*, *πλανέω*, *τελευτέω*, *τολμέω*, *τιμέω* aliaque a librariis huc illuc tracta.

§. 2. Hinc ad illa heteroclisiae exempla transgrediar, quorum aut alia est ratio aut ignota. Quod olim Od. IV. 251. edebatur sine ullo metri emolumento *πάντες ἀνηρώτευν*, non defenditur exemplis illis, quibus Thierschius utitur in Gramm. p. 360. *ὁμόκλεον* et *μενοίνεον*, quorum causa in metro posita. Sed nemini dubium fuit *μωμεῦνται* Theogn. 369. et *μωμεύμενος* 169. quamvis discrepans a ceteris hujus ordinis verbis *πειρώμενος* 587. *εἰρωτᾷ* 519. *φοιτῶν* 599. pro quo *φοιτέων* dicere poterat ut *ἀπατεῦντες* 1169. sed eodem modo *ἐρᾷ*, *τολμᾷ*, *ἐφορῶσι* scripsit, quae omnia a scriptoribus ionicis ad primam transferri constat. Quare autem Theognis solum *μωμᾶσθαι* huc deflexerit, causam in praesenti nullam reperio nisi quod literae *μωμω* non facile in una voce continuantur; *μωμῶμαι* et *μωμώμενος* equidem non reperi, dativus autem *Μώμῳ* Lucian. Iup. Trag. §. 22. et *ἀμώμῳ νόμῳ* Herod. II. 117. primum non in *ω* exit sed in diphthongum, tum etiam necessitate excusatur; illa vero mutata conjugationis forma evitari possunt. Pro *σύλων* Quintus I. 117. in principio versus *σύλεον* posuit nulla palam causa; nam hoc loco ille Homeri exemplo [6]) saepe quidem dactylo utitur: *ἔῤῥεε* XIV. 279. *ἧῑτεε* V. 134. *θάμβεε* IX. 236. *θάμβεον* VI. 236. XII. 359. XIV. 350. *πόρθεον* XIII. 487. *δόρπεον* XIV. 116.

---

6) *Εἰπέμεν* (ante spondeum) II. VII. 373. sed *εἰπεῖν* 387. *δώσειν* VI. 53. *ἴσχειν* IX. 9. *θάρσει* locis plurimis, nunquam *θάρσεε*. Apollonius *φοῖτα* I. 1249. *τάρβει* III. 457. et IV. 10. *ἰσχέμεν* II. 390. *ἴσχειν* IV. 1723. *ἐλθέμεν* III. 622. IV. 438. *ἐλθεῖν* IV. 761. *σχήσειν* III. 700. *δωσέμεν* 767. *ληθέμεν* IV. 15. *θελγέμεν* 436. Nonnus vero sine dubio non *θάμβει* scripsit XLVIII. 654. sed *θάμβεε*, ut *ἤνθεε* X. 140. *ἔῤῥεεν* XXXIX. 313. *ἧῑτεε* XXXVIII. 192. XXXIX. 4. ipsumque *θάμβεε* XL. 302.

γήθεον 358. nunquam θάμβευν etc. ut in infinitivo ἐλθέμεν V. 33. περσέμεν XII. 20. νιφέμεν XI. 280. φευγέμεν 236. sed non raro etiam spondeo φοίτα VII. 600. σεύειν I. 160. μίμνειν II. 44. XI. 433. XIII. 104. Interim ἐσύλεον ab eodem Quinto in quarto pede constitutum supra attigi; συλεύμενος vero Theocr. XIX. 2. ad dorismum referendum videtur ut χασμεύμενος IV. 53. ὀπτεύμενος v. Ahrens. Dial. Dor. 311. Suspicioni propius est σπαργεῦσα Quint. XIV. 283. pro quo Dausquejus σφαραγεῦσα scribi jussit, Fr. Lehrsius σπαργῶσα edidit, et σκιρτεῦσι, quod in Opp. Cyn. IV. 342. cod. regius praebet Schneidero probatum. Διφέω tamen bisyllabum pro epico διφῶ invenitur in Crinagorae epigrammate ionice scripto Anth. IX. 559.[7]) διψεῦσα in adespoto VI. 21. ab affectatione quadam dorismi, ut Jacobsio videtur, profectum, πιμπλεῦσα apud Hesiodum. Ex iambographorum carminibus sustuli κυκεύμενος Solon. XXVIII. 26. correctione facili κυκλεύμενος, nam illud neque ad sententiam aptum est neque convenit cum κυκώμενος Archil. XIV. λωβώμενος Simonid. VI. 109. ἀμφιδηριώμενος 117. placuit tamen Bergkio XXXV. p. 336. Διφέων Archil. LIII. trisyllabum est; sed nihil ad metrum confert ἐρέω amo, quod et hoc loco legitur et XXI. (X. Bergk.) Tragici in canticis verba primae declinationis interdum non contrahunt τρομέων, καλέονται, sed secundae unum modo exemplum legimus περιναιετάοντες, quod Sophocles ab Homero abstulit integrum; Aeschylus vero ut homerico ἱλάομαι substitueret ἱλέομαι, fortasse illectus est similitudine adjectivi ἵλεως.

§. 3. Verborum heteroclitorum quae non uni alicui dialecto adscripta sunt, pleraque recensui ad Buttm. p. 53. omissis dubiis aut alioqui ad probandum invalidis. Primae et secundae conjugationis haec sunt: Etym. Gud. p. 187, 37. ἐνεκότουν ἐμηνίαζον ἔχραινον (ἤχθραινον) — ἔστι δε καὶ δευτέρας συζυγίας κοτῶ κοτᾷς, cujus auctor nullus. Pro πτοιοῦμαι Theogn. 1012. (1016.) nunc e cod. optimo receptum est πτοιῶμαι quod Hesychius praestat. Idem Ὀχθᾶσθαι στένειν, quod ab homerico ὀχθῆσαι non diversum videtur, Ψατᾶσθαι

7) Διφῆσαι in Cratini versu Com. T. II. 16. ad διφάω pertinet.

προκαταλαμβάνειν cujus alia est forma καταφθατεῖσθαι [8]) et Οδεῖν πωλεῖν, pro quo Euripides ἐξοδᾷν dixit. Verbi ἕψειν testes numero quam auctoritate graviores citavi ad Aj. p. 181. Κυκεῖν supra in suspicione posui; διαρταμώμενος semel inventum est ap. Philonem, multo superante circumflexi usu; nec commendatius est ἐρευνεῖν. Aliorum diversa forma diversum valet si quidem ex paucis, quae ante oculos sunt, exemplis conjecturam facere fas est γελᾷν et Γελεῖν λάμπειν ἀνθεῖν Hes. αἰολεῖν quod Plato idem significare ait ac ποικίλλειν, et αἰολᾶται τῇ γνώμῃ Hippocr. pro πλανᾶται sicut Glossographi ἀπαιολεῖσθαι interpretantur ἀποπλανᾶσθαι, sed Euripides eodem intellectu dixit ἀπαιολεῖν. Alia ratione differunt ἀντιτεχνεῖν et ἀντιτεχνᾶσθαι, nam illud parasyntheton est, hoc syntheton. Hinc ipsa rerum series me deducit in locum difficilem, quem jam olim tractavi ad Phryn. 629. de verbis parasynthetis, quae interdum ad terminationem simplicium aberrant. In ὀρνιθοθηρᾷν omnes Pollucis libri consentiunt, neque addubitavit Meinekius Com. Fr. Vol. II. P. I. 369. sed λαγοθηρᾷν et ὀνοματοθηρᾷν nunc codicum ope sublata sunt; φιλοθηρᾷν Perizonius Aeliano affinxit invito; ἀνασιλλοκομᾷν in Plutarchi loco in duas partes diremtum est et quod ap. Strab. XI. 520. cod. Med. praebet βραχυκομᾷν pro βραχυκομεῖν suspicionem movet librarios in hanc partem aberrasse saepius; sed quae apud epicos leguntur εὐκομόων et καρηκομόων privilegio quodam participiis dato defenduntur ut εὐρυκρείων, δακρυχέων. Ὁμοτροχόων Manetho fortasse sumsit ex homerico loco ubi olim ἁματροχόωντα scribebatur nunc divisum ut πάλιν τροπάασθαι. Pro ἀμηχανέοντος ἔρωτος Theocr. XIV. 52. ex codd. nonnullis adnotatur ἀμηχανόεντος et ἀμηχανόοντος, quod ad ἀμηχανόωντες inclinat, et hoc in Anth. et ap. Oppian. legitur, sed ἀμηχανέω praetulit Nonnus Dion. XL. 39. et Par. X. 21. Ἐρεβοδιφῶσιν in omnibus libris Aristophanis scriptum est sed apud Simocattam pro ἐρεβοδιφῶντες in duobus ἐρεβοδιφοῦντες v. Kuester. ad

8) Cum illo conspirat Ὑαέναι φθάσαι κτίσαι, pro quo κτήσασθαι scribendum videtur, nam φθάνει κτώμενος idem est quod προκαταλαμβάνει.

Suid. s. *Ἀπεπόνουν*. *Ἱεροφοιτᾷν* non locupletiorem auctorem habet quam *οὐρανοφοιτᾷν*. *Κοσμοφυσᾷν* ex uno innotuit scriptoris ecclesiastici loco. *Φρεναπατᾷν* semel inventum in N. T. sustentatur antecessione nominis *φρεναπάτης*.[9]) In EM. 152, 30. *ἀποινῶ ῥῆμα δευτέρας συζυγίας — καὶ ἀποινεῖσθαι ἀφαιρεῖσθαι* facilis est correctio *ἀποινᾶσθαι*. *Ἀναριστᾷν* et *ὀρχιπεδᾷν* Lexicographi nostri confinxerunt ex temporibus obliquis, qui ad praesens primae conjugationis referri possunt. Schol. Il. XV. 635. *τὸ ὁμοστιχάει βάρβαρόν φησιν εἶναι Διονύσιος*, qui haud dubie *ὁμοστιχέει* melius esse judicavit; sed vulgatum Epimerista Cram. I. 391. synemptosi simplicis verbi excusare videtur *ἐστιχόωντο ἐστὶ δευτέρας συζυγίας· (καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ φησιν) αἰὲν ὁμοστιχάει·* et similem ambiguitatem verbi *ἀτολμέω* et *ἀτολμάω* a Grammaticis comprobatam esse l. c. ostendi. Sed et in hoc libri discrepant et omnino hunc ad secundam declinationem transitum non publici saporis fuisse multis rebus cognosci licet. Hinc proficiscor ad commutationem conjugationis primae et tertiae: *ἐξουδενεῖν* et *ἐξουδενοῦν*, *ὁλοκαυτεῖν* et *ὁλοκαυτοῦν* v. ad Phr. 524. *μυθεῖσθαι* et *μυθοῦσθαι* semel lectum apud Aeschylum ideoque a Schneidero addubitatum, duoque Herodoti propria *μαστιγεῖν* et *καταμαργεῖν*, quae si saepius legerentur, ionica dici possent, sed illud semel scripsit, crebrius *μαστιγοῦν*, neque *μαργεῖν* alibi legitur; nam *μαργούμενος* Pindari ad *μαργοῦν* referri potest; pro *κεντοῦν* Herod. III. 16. libri non pauci et sat boni *κεντροῦν* praebent. *Σοοῦται φεύγει* et *Ἐσσοημένος τεθορυβημένος* Hes. huc referre nolo quia illud a *σοῦς*, hoc a barytono *σόω* declinatum esse potest ut *ἀέσαι* sive *ἀῆσαι* ab *ἄω*, *δεδάημαι* a *δάω*. Nec ad rem pertinent, quae Nicephorus Gramm. §. 135. p. 139. non specie solum sed etiam significatione distincta esse docet: *διάφορος σημασία τῶν ῥημάτων διαφόρους πολλάκις ποιεῖ τὰς συζυγίας, πολεμῆσαι πολεμῶσαι, κυρῆσαι κυρῶσαι* etc. Exemplis tertii generis prius allatis adde *βριμοῦσθαι καὶ βριμῆσαι*

9) Sic et *ὑπναπάτης*, *ξειναπάτης*, *ὀρκαπάτης* et nisi conjectura me fallit, *φιλορκοπάτης*, quod in Anth. V. 161. reponendum arbitror *οἷα μ' ὑβρίζει Πυθιὰς — οὖσα φίλ' ἐξ ἀπάτης*.

Phryn. App. 30. *κνισσᾶν* et *κνισσοῦν ἀνακνισσῶσαι*, hoc vulgare, illud poeticum; *σπαργανᾶν* et *σπαργανοῦν*, *νεᾶν* et quod pro hoc legebatur Arist. Nubb. 1120. *νεοῦν*, quorum illud peculiariter de renovatione agrorum dicitur, hoc universe; homericum *ἀτιμᾶν* et judiciale *ἀτιμοῦν*. *Ἐγγυᾶν* et *ἐγγυοῦν* cognata quidem sunt sed ita ut in altero magis vis nominis *ἐγγύη* apparet, alterum autem, quod *ἐγγυιοῦν* scribi solet, pro *ἐγγυαλίζειν* ponatur. Sed *μεσεγγυᾶσθαι* et *μεσεγγυοῦσθαι* discerni non possunt. Alia in diversis dialectis domicilium habent: *ἰνᾶν* et *ἰνεῖν*, *ἧσσᾶσθαι* et *ἔσσοῦσθαι*, *ἀντιᾶν ἀντιᾶσθαι* et *ἀντιοῦσθαι*, quae ionica sunt, doricum vero *κοινᾶσαι* v. Ahrens. Dor. p. 182. Horum omnium in utraque conjugatione eadem est potestas etsi nonnulla a diversis partibus orta sunt, *ἧσσᾶσθαι* ab *ἧσσα*, *ἔσσοῦσθαι* ab *ἔσσων* ut *ἐλαττοῦν*, *μειοῦν*, caetera supra allata. Praetereo multa, quorum aut exempla rariora sunt quam ut significatio judicari possit ut *ὀφρυᾶν* et *ὀφρυοῦσθαι*, *ὑπεροφρυοῦσθαι*, *Κοιᾶται ἱερᾶται* et *Κοιώσατο καθιερώσατο*, Hes. aut scriptura non satis explanata.[10]) Sed non praetermittere possum *δηιοῦν* et *δηιᾶν*. Etenim homerica *δηιόων* et *δηιόωντο* summo jure non ad *δηιάω* referuntur sed ad *δηιόω*, quia apud poetam *ἐδῄουν* et *δῃωθέντες* legitur saepius, nusquam vero *δηιάει*, *δηιάᾳν* vel simile quiddam; neque dubitem quin Quintus indidem traxerit *δηιόωντα* VII. 554. Apollonius vero non solum *δῃοῦντες* dixit sed etiam *δηιάασκον* a *δηιάω* declinatum; hoc autem a *δηίς* et *δηίω* duci potuit ut a *δῆρις δηρίω δηριάω*, a *μῆνις μηνίω μηνιάω*, vel etiam a *δηΐζω* (*δαΐζω*, *συνδαΐζω*) ut *ἀφρίζω ἀφριάω*, *καπνίζω καπνιάω*, *μαστίζω μαστιάω*. Verum non *δηιόωντο* solum per se ambiguum est utri conjugationi attribui oporteat sed etiam nonnulla alia eodem modo dilatata, quae priusquam examinem, de hac epenthesi disserendum est copiosius. Nam Thierschius in Gramm. §. 220. pro operis amplitudine in homericis substitit exemplis.

10) Pro *τρυχώμενος* Maneth. I. 160. Riglerus *τρυχούμενος* scripsit, pro *ἑδνάσομαι* Eur. Hel. 950. Hermannus *ἑδνώσομαι*, quod Euripides ab epicis mutuatus est potius quam ut *ἑδνᾶσθαι* fingeret. Si tamen illa sincera scriptura est, exemplum sumsit a *ϑοινάσομαι* et *ποινάσομαι* v. ad Phryn. 204.

CAP. V.

De verborum secundae et tertiae classis diectasi. *)

§. 1. Verborum in $\overline{\alpha\omega}$ derivatorum notum est apud poetas epicos tres reperiri formas, integram, contractam et ex contractione dilatatam; quarum altera omnibus verbis concessa est [1]) reliquae non omnibus. Ac primae quidem personae tria sunt apud Homerum exempla, unum integrae formae ναιετάω Od. IX. 21. duo dilatatae ῥυπόω Od. XIX. 72. et γελόω Od. XXI. 105. quae non fortuita videtur differentia sed usu quodam sancita; nam ναιετάω etiam Nonnus dixit XXII. 95. ναιετάεις Opp. Hal. I. 411. ναιετάει Apoll. III. 313. Nonn. XXIV. 25. XXVI. 239. XXXI. 52. ναιετάουσι Hom. Hesiod. H. H. in Ven. 259. Opp. H. I. 114. Dionys. 822. ναιετάων Nonn. III. 363. XX. 240. ναιετάων per omnes casus ii, quos nominavi, poetae nullo alterius formae ναιτόω, ναιετάᾳς etc. interventu. Ex quo perspicitur cur Grammatici homericum ναιετάωσα, quod nemo posteriorum imitari ausus est, non ex ναιετόωσα sed ex ναιετάουσα conversum dixerint trope dorica. Quanta autem est hujus verbi in una forma stabilitas, tanta religione Homerus verbum ἐᾷν continet in altera; nusquam enim ἐάεις, ἐάει, ἐάειν reperitur sed ubique ἐάᾳς etc. [2]) nisi metrum contractionem poscit. Verum eandem esse etiam aliorum quorundam constantiam, exemplis plurimis demonstrari potest; quae ne mole sua legentes obruant, per classes distribuam. Prima continentur verba homerica, quae a posterioribus perpetuo usu celebrata et semper eodem

*) In seqq. omittam notationem locorum, qui in Thes. indicati aut omnibus noti sunt. Et compositis praepositiones, ubi nihil ad rem pertinent, detraham.

1) Nimis scrupulose Wernickius ad Tryph. 684. *Neandri*, inquit, *correctionem γοῶν epica dialectus non accipit.* Γοῶντες Homerus dixit, γοῶσα Theognis 264. neque ullum est verbum, quod contrahi non possit.

2) Hoc ἐάᾳν, sicut ἀγάασθαι et ἀϊτάασθαι post Homerum in desuetudinem venisse videtur.

modo scripta sunt; ex eo quidem genere quod Grammatici epenthesi subjiciunt, haec: *ἀγοράασθαι* Hesych. *ἠγορόωντο* Apollon. Nonn. XXVII. 243. *ἀσχαλάᾳ* et *ἀσχαλόωσι* Nic. Al. 124. Orph. A. 644. et saepissime Apollon. Quint. Nonn. *γανόων* et *γανόωσα* Oppian. Anth. *γελόω* Anth. Pal. X. 71. Plan. CCXLVII. *γελόωσι* Callim. Dian. 149. Nonn. XI. 283. XX. 62. et aliis locis, *γελόων* Orph. Arg. 445. Nonn. XI. 98. XVII. 247. Musaeus 67. (*γελάων* edit. Basil.) *γελόωντες* Hesiod. Nonn. XV. 119. XXX. 119. *γελόωσα* XV. 304. XXXI. 82. Anth. VII. 668. IX. 447. quibus praeter doricum *γελάοισα* Theocr. I. 95. unum repugnat *γελάει* in epigrammate ignoti versificatoris Corp. Inscr. T. I. n. 1147. nam quod pro *γελόωντα* Anth. VII. 59. Planudes *γελάοντα* scripsit, auctori imputari non debet. *Γλαυκιόων* Hesiod. Quint. VII. 488. Nonn. XIV. 84. *γλαυκιόωσι* Oppian. *δαμόωσι* Quint. V. 247. *δαμόωνται* 249. *δεικανόωσι* Arat. *ἐδεικανόωντο* Apoll. *δηριόων* Quint. IV. 177. Opp. Cyn. II. 246. Nonn. XVII. 253. *δηριόωνται* Apollon. *εἰλυφόων* Hesiod. Nonn. VI. 148. XXX. 81. *ἐρυκανόων* Quint. VII. 18. *εὐχετόωντο* Apoll. *εὐχετάασθαι* Oppian. *θαλπιόων* Arat. *ἰσχαναᾷν* et *ἰσχανόων* Nic. Th. 471. Opp. H. I. 287. Dionys. 778. Quint. II. 339. *καγχαλάᾳ* Quint. II. 652. Opp. Cyn. I. 506. *καγχαλόωσι* III. 80. *καγχαλόων* Apoll. *κατηπιόωντο* Quint. IV. 404. *κρεμόωντο* Nonn. XX. 173. *κυκόων* Nonn. XXIX. 168. *λαμπετόων* Hesiod. Apoll. Maneth. Sibyll. III. 22. *λαμπετόωσα* Orph. Lith. 89. *λιπόων* Callim. Nic. Dionys. Quint. Opp. Cyn. IV. 129. et al. *μητιάασθαι* et *μηχανάασθαι* apud eosdem, *παμφανόωσι* Dionys. 530. et saepissime participium *παμφανόων* Quint. VII. 2. et alii, *ῥυπόωσι* Nonn. XXXVII. 405. *ῥυπόωντες* Quint. IX. 373. Nonn. X. 272. XVIII. 354. P. Silent. in Anth. IX. 658. *ῥυπόωσα* Nonn. III. 92. *τρυγόω* Anth. V. 227. *τρυγόωμεν* Nonn. XLII. 297. *τρυγόων* XII. 238. *φαληριόων* Joh. Gaz. Ecphr. 231. (II. 6.) Nonn. XII. 306. *ἀκροφαληριόωσα* idem, *φυσιόων* Hesiod. Nonn. XV. 118. Opp. Cyn. II. 245. Quint. VII. 324. et quod ad ultimum reservavi *ὁρόω* omnium tritissimum perque omnes, quoad fieri potest, personas modosque declinatum nullo unquam ad primigeniam formam reditu. — Ex altero genere huc pertinent *ἰλάονται* et *ἰλάεσθαι* Dionys. 853. et Apoll. II. 847. IV. 479.

κραδάων I. 522. Opp. Cyn. IV. 410. κραδάοιεν I. 91. ὑλάει IV. 219. ὑλάουσι III. 281. ὑλάων Anth. VI. 175. ὑλάοντες Theocr. XXV. 70. Tryph. 610. ὑλάουσα 421. ὑλάειν Opp. Cyn. I. 448. cui quod in cod. supra scriptum est ὑλάᾳν, Schneiderus comprobat sed exempla illa infirmant.

Hactenus enumeravi verba homerica; nunc de iis agam, quorum usus post Homerum increbuit sed terminatio nihilo secius immutabilis est: ἐνδιάει Opp. Cyn. IV. 81. ἐνδιάειν Christod. Ecphr. 121. ἐνδιάοντες Nonn. Par. I. 196. XX. 14. et aliis locis a Ruhnkenio collectis v. Matthiae Animm. ad H. II. p. 459. σταλάει Apollon. IV. 1064. Anth. IX. 208. Opp. Cyn. III. 370. IV. 198. et 324. σταλάουσι Androm. Galen. T. XIV. p. 37. Nonn. XXXVIII. 434. σταλάουσα Plan. CLXX. Nonn. XIV. 174. Christod. Ecphr. 110. σταλάοντα Anth. V. 237. quorum immemor Vossius in Arat. 965. σταλόωντα edidit; χλοάουσι Opp. Hal. I. 24. Nic. Th. 569. Anth. XII. 195. Nonn. XXXI. 211. XXXIII. 37. χλοάειν Anth. XIV. 126. cum participio χλοάων, χλοάουσα Nic. Th. 30. P. Silent. Soph. 289. Nonn. XIV. 74. nunquam vero χλοόωντι, quod Graefius XLVIII. 389. vulgato χλοάοντι praeferre meditabatur. — Ad alterum genus, epenthesi affectum referenda sunt ἀφριάᾳ Opp. H. I. 771. ἀφριόων V. 183. Quint. VI. 221. Nonn. XXXVII. 300. ἀφριόωσα I. 153. γαληνιόων Oppian. Anth. Ioann. Gaz. 225. ἐρευθιόωσι Opp. ἐρευθιόων Nonn. ἐρυθριόωσα (ἐρευθ.) Mus. 161. εὐδιόων Arat. Apoll. Opp. pro quo in Thes. perperam εὐδιάων scribitur, κατηφιόων — όωσα Quint. et saepissime Nonnus, [3]) κεδόωνται Apollon. IV. 500. κελαινιόωσι Opp. κελαινιόων Nonn. ἀκροκελαινιόων Hom. κελαινίοωσα Io. Gaz. I. 354. λοχόωσι Quint. III. 76. λοχόωντες Opp. Cyn. III. 454. Tryph. 187. μυδόωσι Nic. μυδόωσα Apoll. πλαδόωσα Apoll. Nic. σφριγάᾳ Opp. Cyn. III. 308. pro quo Schneiderus σφριγᾷ incuriose edidit, σφριγόωντες Christod. 105. σφριγόωσα Apoll. III. 1258. Nonn. I. 352. XII. 317.

§. 2. Non exiguus est numerus verborum quae ab aliis aliter ac ne ab iisdem quidem semper eodem modo formantur.

3) Κατηπιώωντι Paraphr. XX. 13. vel pro κατηφιόωντι scriptum est vel pro κατωπιόωντι, quo Quintus utitur. Idem vitium in Dion. XXXVII. 701. correxit Hermannus.

Homerus quidem uno modo *ἀντιόω*, *ἀντιόων*, *ἀντιάᾳν*, *ἀντιάασθε* locis plurimis et aequaliter plerique insequentium Nic. Th. 77. Arat. 1014. Opp. H. II. 325. III. 242. Quint. III. 59. IV. 191. Nonn. VI. 25. et all. locc. eademque forma Apollonius circiter vicies usus est sed idem bis, quod mirum, primitiva *ἀντιάει* IV. 1675. et *ἀντιάοιτο* II. 804. quicum discrepat *ἀντιόφτο* I. 470. Ejusdem inaequalitatis reus est Lithicorum auctor, si *ἀμφαφάεις* scripsit 522. et *ἀμφαφόων* 248. *ἀμφαφάασθαι* 187. quae verbi forma ab Homero prodita multo plures habet testes *ἀμφαφάᾳς* Nonn. XXIV. 298. *ἀφόωσι* Opp. H. V. 239. *ἀφόων* Anth. XI. 366. Quint. IX. 246. Nonn. XI. 168. *ἀφόωσα* XLI. 406. Christod. 109. Homerica *βιόωνται* et *βιῴατο* adoptarunt Apollonius et Oppianus Hal. II. 48. III. 284. sed Nicander Al. 361. anteposuit integrum *βιάοιο*. Pro *βοάουσα* Coluth. 329. Bekkerus recepit codicis Mut. scripturam *βοόωσα*, idque unicum verbum est, cujus regulam a grammaticis traditam invenimus: *τὰς μετοχὰς τῶν τῆς πρώτης συζυγίας οἱ Ἴωνες διαιροῦσι, φρονῶν φρονέων· βοῶν δὲ οὐκ ἐθέλει διαιρεῖσθαι· τὰ γὰρ τῆς δευτέρας φεύγουσι τὴν διαίρεσιν πλὴν ὀλίγων* Joann. de Dial. 374. qui quod de *βοάων* dixit, idem valet de ceteris inclinamentis; nam Homerus idemtidem *βοάᾳς*, *βοόωσι*, *βοόωντα*, et ad hoc exemplum ceteri Arat. 1003. Nic. Al. 457. Bion. I. 24. Apoll. I. 1272. Quint. I. 322. *Γοάουσι*, quod Wellauerus Apoll. III. 395. ex potioribus libris pro *γοάασι* (sic) reposuit, congruit cum homericis *γοάοιμεν* et *γοάοιτε*, nec discrepant *γοάεις* Anth. IX. 70. *γοάει* Mosch. III. 88. Opp. H. III. 407. et doricum *γοάοντι* Mosch. III. 24. a quibus dissonantia sunt participia *γοόων*, *γοόωντες*, *γοόωσα* apud eundem Homerum ejusque sectatores Quint. VII. 342. Nonn. XI. 355. Anth. IX. 481. Sed pro *γοόωσα* Anth. VII. 467. in Plan. *γοάουσα* scriptum est. Pro *διχόωντι* Arat. 512. ante Vossium legebatur *διχάοντι*, cui et libri refragantur et tria alia poetae exempla. Homerus uno loco Od. VII. 319. utitur participio *εἰσελάων* et *ἐξελάων* sed aliter infinitivo *ἐλάᾳν*, cujus supra decem sunt exempla; ad Od. VII. 319. ubi *ἐλόωσι* vulgatur, adscriptum est *τινὲς ἐλάωσι ἀντὶ τοῦ ἐλαύνωσι* de qua subjunctivi forma postea dicetur. Quae vett. edd. Hesiodi praebuerunt *ἐλάειν* et *ἐλάουσι*, nunc

exemta sunt, sed post eum haec forma increbescit *ἐλάω* Apollon. III. 411. *ἐλάει* Anth. XIV. 14. *ἐλάουσι* Maneth. VI. 634. Sibyll. III. 239. *ἐλάων* H. H. in Merc. 343. Tryphiod. 625. *ἐλάοντες* Arat. 1111. Apoll. II. 80. et 375. Man. VI. 407. *ἐλάουσα* Emped. 343. Callim. Lav. 141. rarius *ἐλάᾳ* Anth. Plan. 336. *ἐλόωντες* Opp. H. V. 242. 260. 389. Cyn. I. 267. *ἐλόωσι* II. V. 435. sed idem in utroque carmine etiam altero utitur *ἐλάει* II. I. 203. IV. 378. *ἐλάοιεν* Cyn. IV. 72. *ἐλάοντες* Il. III. 574. quibus in locis nulla est librorum differentia. Praeter *ἐρῇν* et *ἐρᾶσθαι* poetis consueta sunt *ἐράω* Bion. XVI. (XI. Mein.) *ἐράουσι* Opp. Cyn. I. 238. sed tertiae rationis unum habeo documentum *ἐράασθε* homericum, pro quo apud Hesychium *ἐράεσθε* scriptum est. *Ἑδριάει* Theocr. XVII. 19. dubito num alibi reperiatur; nam ut Homerus *ἑδριόωντο* et *ἑδριάασθαι* frequentavit, sic etiam Apollonius illud saepius, hoc semel scripsit I. 328. et activum *ἑδριόων* II. 1039. III. 170. Orph. A. 802. Nonn. IV. 75. XXVII. 242. Coluth. 15. *ἑδριόωσα* Jo. Gaz. I. 70. *Ἐψιάουσα* Anth. V. 288. sed *ἐψιάασθαι* et *ἐψιόωνται* Hom. Apollon. Callim. Nonn. X. 326. XXII. 37. *Ἰχθυάοντες* Hesiod. sed *ἰχθυάᾳ* Hom. et Opp. Hal. I. 426. nec minus cum homericis *κερόωντο* et *κεράασθε*, cumque *κερόωσι* Anth. XIV. 133. discordat *κεράων* Nic. Al. 321. *Κομόωσι, κομόων, κομόωσα* apud Homerum, Apollonium, Theocritum, Opp. Cyn. II. 209. Nonn. XII. 164. XIII. 324. XVIII. 249. XLIII. 109. ita inveterata sunt ut nullum alterius scripturae vestigium emergat; quodque in cantilena illa Anacreontia LXII. (LXIV. ed. Mehl.) legitur *κομάει*, ne minimi quidem momenti instar habet. *Κνδιάουσα* in H. H. in Cer. 170. Vossius suspicatur in *κνδιόωσα* mutandum esse, quia hoc et *κνδιάων* nunquam inveniatur, sed resistit *κνδιάεις* Coluth. 117. et Apollon. IV. 283. qui tamen in I. 174. ad homericam formam revolvitur qua et Hesiodus et plerique recentiorum usi sunt Quint. I. 145. V. 88. Nonn. VIII. 389. XLVIII. 880. etc. Aliquanto crebrius est *μειδιάει* H. H. in Ven. X. 3. Orph. Lith. 244. Anth. IX. 157. X. 6. H. H. in Bach. VII. 14. sed id quoque pars major poetarum homerico more figurat *μειδιάᾳς* Apoll. III. 129. *μειδιάᾳ* Opp. H. III. 228. *μειδιόων* et *μειδιόωσα* Theocr. VII. 20. Opp. Cyn. I. 15. II. 246. Nonn.

X. 291. Coluth. 37. *Μεσημβριόωντος* Apoll. II. 139. *μεσημβριάοντος* P. Silent. in Anth. IX. 764. Sed Nicander in uno adeo eodemque verbo ita fluctuat ut modo *πεδόωσι* scribat Ther. 427. modo *πεδάει* Al. 125. pro quo Moschus *πεδάᾳ* posuit II. 4. Integram et illibatam formam servat *πελάει* Arat. 74. et 271. Opp. Cyn. I. 514. Hal. V. 115. *πελάουσι* I. 489. *πελάων* V. 443. oracul. ap. Porphyr. V. Plot. p. 12. *πελάουσα* Nic. Al. 498. *πελάειν* Opp. V. 496. ut dubitari possit num recte Schneiderus in L. II. 431. ex duobus codd. receperit *πελάᾳν*, quod in H. H. in Bach. VII. 44. nec alibi scriptum est. *Περάουσι* et *περάων*, quae Hermannus ad H. H. in Merc. 133. verbo transitivo *περάσαι* attribuit, aut oculos meos fugerunt aut non leguntur omnino; sed modo *περάᾳν* pro *περνάναι* II. XXI. 454. Intransitivum per omnes aetates unam habet speciem *περόω*, *περάᾳ*, *περάᾳν* ap. Hom. Arat. Apollon. Orph. Lith. 575. Opp. Cyn. II. 218. Quint. II. 51. Maneth. II. 89. quorum tenorem interrumpit *πέραον* Hom. et Anth. App. CCCLXXIX. *τούτου περάει σώματα πάντα βέλη*· nam hoc non alia ratione accipi potest quam Quint. XIII. 96. *μελίαι διὰ νῶτα πέρησαν*· sed de Nonn. I. 125. *τοῖον ἔπος περόων* ambigas licet utrum *προφέρων edens* significet an *περαίνων*. Homerico *σκεπόωσι* Theocritus XVI. 81. substituit *σκεπάουσι* sed illius ductum sequitur *σκεπόωντες* Nonn. XXXVII. 556. *Σκιάουσα* Orph. Arg. 1130. Wernickius ad Tryph. v. 372. dubitabat an *σκιόωσα* scribendum sit quo Homerum, Apollonium, Quintum et Nonnum uti ostendit; sed idem tamen Apollonius *σκιάει* probavit I. 604. et praeter eum Nicander Ther. 30. Anth. X. 13. *σκιάειν* Arat. 736. P. Silent. Soph. 656. *σκιάουσα* Quint. II. 479. *σκιάουσι* Opp. Cyn. II. 593. Hal. I. 625. *σκιάοιτο* III. 467. sed *σκιόωνται* Aratus 599. Eidem Arato placuit *σειριάει* scribere 331. cui convenit participium *σειριάοντα* Apollon. II. 269. Nonn. V. 269. XXXVIII. 357. *σειριάουσα* Joann. Ecphr. 347. sed *σειριόωντος* Opp. Cyn. IV. 338. Schneiderus edidit Brodaei conjecturam sequens pro *σειριόεντος*. *Στιχάει* Hesych. EM. et Suid. pro usitato afferunt sed poetae semper altero utuntur *στιχόωσι* Apollon. Arat. Orph. Lith. 269. Nonn. XXV. 399. XXVI. 223. *ἐστιχόωντο* Hom. Nonn. Paraphr. IV. 206. XXXIV. 255. In

Orph. Arg. 1139. e cod. Mosq. pro *τηλεθάοντα* nunc ascitum est *τηλεθόωντα* idemque Opp. Hal. III. 418. e libro Sylburg. convenienter dativo v. 53. Sed in hoc verbo Homerus ipse parum sibi constat; nam in Iliade semel *τηλεθάοντες* legitur, in Odyssea bis *τηλεθόωντα*, in utroque carmine saepius *τηλεθόωσα*. Sic et apud Quintum modo *τηλεθόωντα* I. 399. modo *τηλεθάοντα* IV. 424. IX. 198. XII. 121. apud Dionysium 1079. *τηλεθάουσι* et brevi intervallo post *τηλεθόωσι* 1127. sed singularis numeri unum modo cognovi *τηλεθάει* Anth. IX. 437. et 663. *Τροχάει* Mosch. VII. 15. Arat. 227. *τροχάων* Anacr. XXIX. 6. Maneth. VI. 75. *τροχάουσα* Maxim. 5. Io. Gaz. II. 68. multi et saepissime in quarto pede, de quo jam dictum est, sed *τροχόωσι* idem ille Aratus tribus aliis locis, *τροχόωσα* Nonn. VI. 235. XVIII. 2. *Χαλάουσι* Nic. Al. 439. *χαλόωσι* Opp. H. II. 451. postremo participium (nam alium modum non reperi) *χνοάων* Theocr. XXVII. 49. et pluribus locis quos Wernickius indicat ad Tryph. p. 169. in Adnot. et *χνοόωσα* Tryph. 343. si hoc recte pro *χνοόεσσα* e cod. restitutum est. Ab his angusto intervallo disjungo verba, quorum exempla minus densa sunt partim ejus figurae, quae contractionem antecedit *ἀοιδιάει* Hom. *βριάει* Hesiod. *ἀροτριάοντι* Callim. Dian. 161. *σελάοντες* Hesych. *σελάοντος* Nic. *σελάειν* Gregor. Carm. II. p. 43. ed. Bill. partim ejus quae contractionem sequitur: *ἀραχνιόων* Ioan. Gaz. Ecphr. I. 343. *ἀραχνιόωσα* Nonn. XXXVIII. 14. *βυθόωσα* Nic. *γλαγόων* Anth. IX. 384. *γαυριόωντο* vel *γαυριόωντες* Theocr. *γειτνιόωσα* Anth. App. CX. *δειδιόωσα* Ioann. Ecphr. II. 46. (666.) *δερκιόωνται* Hesiod. *ἐγγυάᾳ* Anth. Plan. CIX. *ἐγγυάασθαι* Hom. *ἐμπολόωντο* Hom. *ἐπανθιόων* Apoll. III. 519. quod Meinekius Com. Fr. II. 751. paulo audacius in *ἐπιχνοάων* mutavit; *ζαλόωσα* Nic. Th. 252. *καπνιόωσι* Apoll. *καρδιόωντα* Nic. Al. 19. et 594. *κελευτιόων* Hom. *κυλοιδιόωντες* Theocr. *κυρτιόωντες* Maneth. *λιθόωσα πολύλιθος* Hesych. *μαλκιόων* Arat. *μαστιόων, μαστιχόων* et *μυλιόωντες* Hesiod. *μηνιόωσι* Apollon. *ξανάᾳ* Nic. Th. 383. *ὀκριόωντο* Hom. *ἐποκριόωσι* Nic. *ὀργιόωντες* (pro *ὀργιάζοντες*) Maneth. IV. 299. *παμφαλόωντες* Apollon. et Erycius v. Jacobs. Catall. Poett. Epigr. 892. *πλανόωνται* Hom. *πνευστιόων* Anth. X. 382. *ὑλακόων*

Opp. Cyn. III. 281. IV. 367. *ὑλακτιόωντες* Quint. II. 375. *ὑπτιόωσα* Arat. *φονόωντες* Tryph. 616. *φλιδόων* et *φλιδόωσα* Nic. *Φλιδόωντο διεσπιῶντο* Hes. *φριμάᾳ* Opp. Cyn. I. 490. *φυλλιόωσα* Arat. *χολόων* Nic. Th. 140. [4]) Verborum, quae in hunc coetum confluxerunt, pars longe maxima ex participiis constat, quae num ex se nata sint generatione, ut physici vocant, aequivoca an ceterorum modorum exempla communis Graeciae ruina oppresserit atque obruerit, quaerere insolentiae est. Sed illud tamen multis rebus cognosci potest poetas de versu concinnando satagentes, ubi adjectivum non in tempore sese offerret, sine intervallo participium arcessivisse sic ut scenici deum ex machina solent. Nec ullum genus vocabulorum a librariis saepius confusum aut ad dignoscendum difficilius est. Apud Homerum quidem Il. I. 157. *οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσα τε ἠχήεσσα* Aristarchus edidit *σκιόωντα*, quod nemo probavit; nam et concinnitatem membrorum turbat et activa forma *σκιόω* Homero inusitata non minus quam *ὀκριόω*, cujus participium *λίθος ὀκριόων* Apollonius in Lex. quasi homericum affert fortasse memoriam sequens, nam apud hunc *ὀκριόεντα* legitur. Quod Schol. Od. IV. 227. pro *φάρμακα μητιόεντα* scribi ait *μητιόωντα*, sententiae repugnat. Sed num VI. 87. *ῥυπόωντα* (*εἵματα*) scribatur an quod Schol. *ῥυπόεντα*, nihil interest, nisi quod adjectivum semel legitur idque in extremo demum libro. Gravior vero est doctorum dissensio de Hes. Sc. 289. ubi aristarum capita crassescentia vocantur *κορυνιόωντα πέτηλα* vel ut in aliis libris scriptum est *κορυνιόεντα*, quorum neutrum probat Goettlingius; „nam *κορυνιόεντα*, inquit, unde „iota habeat, non apparet, *κορυνιόωντα* autem et *κορωνιόωντα* „(nam haec quoque affertur lectio) habenda essent in desi„derativis ut *φαληριόωντα* Hom. quorum nullus hic locus est; „hinc puto poetam scripsisse *κορινώεντα* aut *κορυνήεντα*.“ Equidem neque *κορυνιόεντα* rejecerim neque *κορυνιόωντα*. Nam illi simile est *ἀφριόεις* iota epenthetico auctum ap. Nic.

4) *Σηπόωντο ὁρμὴν ἑλάμβανον* Hesych. ex poeta epico sumtum videtur, qui vel *σηπιόωντο* scripserat id est *ὁρμὴν ἑλάμβανον τοῦ σήπεσθαι* vel *ἠπιόωντο*.

et Antipatr. et *κορσιόεις* Orph. Lith. 492. cui dubito num recte *κορσήεις* substitutum sit; [5]) homericumque *τειχιόεις* a *τεῖχος* multo potius quam a *τειχίον* derivatum *πλεονασμῷ τοῦ ι* EM. 756, 17. [6]) desiderativae autem potestatis verbum ab illo loco alienum non esse ostendit *φυταλιαὶ φυλλιόωσαι* Arat. *Κορυνώεις* certe repugnat Grammaticorum praecepto adjectiva in *ωεις* exeuntia antepenultimam longam habere [7]) quae syllaba apud antiquiores quidem poetas in primitivo *κορύνη* semper brevis est ac si in *κορυνιόεις* et *κορυνιάᾳν* producitur, necessitati servitum esse apparet, sed pro *κορυνώεντα*, si nihil aliud suppetebat, *ἄδην κορυνεῦντα* dici poterat ut *λωτεῦντα*. Pro *ἐσχατόωντα* non uno in loco scribitur *ἐσχατόεντα* damnatum Bernhardio ad Dion. v. 65. et Meinekio ad Theocr. VII. 77. neque ego usitatum fuisse defendam;

5) Agitur hoc loco de lapide cui in epigraphe capitis nomen est *κορυφώδης*, quae terminatio consuetudini propior sed vis eadem est. Sic se habent *θυόεις* et *θυώδης*, *θολόεις* et *θολώδης*, *θανατόεις* et *θανατώδης* etc. cumque poetico illo *κορυνιόεις*, si Hesiodus ita scripsit, congruit *κορυνώδης* apud Theophrastum.

6) Similiter iota abundat ante terminationem secundae declinationis *φοινικιοῦς* Aristot. de Col. V. 795. a. 2. et *βατραχιοῦς*.

7) *Ἐλαφώεις* montis nomen in codd. Aristot. rectius scribitur *Ἐλαφόεις* ut *Πυξόεις*, *Ὑψόεις*. In Epim. Cram. I. 12. EM. 34, 39. et Gud. *ἐρώεις* aut in *ἐριοτώεις* mutandum aut prorsus delendum est; quis enim credat Grammaticos, quum *πηλώεις* vel *ὠτώεις* afferre possent, vocabulo ignoto et regulae contrario usos esse? Nec ullum ejus vestigium apparet in praeceptis antiquorum Herodian. *π. Μον.* 14. Excc. Cram. III. 401. *Κερώεις κερώεσσα* Theodosius commentus est Gramm. p. 68. *Λεχῶεν ὑλῶδες βοτανῶδες* Hes. literarum ordo indicat *λεχόεν* scribendum esse; quod sequitur *Λεχοέσας κατακοιμισθείς* huc mutandum videtur *λεχοέσσας κατακοιμισθείσας*, a *λέχος* ut *θύος θυόεις*, *κρύος κρυόεις*. In Nonni Par. (non Dion.) XVIII. 127. *εἶδον ἐγὼ δενδρώεντος ὀμέστιον ἔνδοθι κήπου*, Passovius *ἐγὼ* expungens duos in principio spondeos compegit, quod Nonno inausum et intolerabile; nam *ὑμείων παῖς οὗτος* IX. 95. non sic scriptum esse oportuit sed ut XIII. 128. *νῦν παῖς ἀνθρώπου*. Wernickius correxit *εἶδον ἐγὼ δρυόεντος*. Nec alienum fuerit *εἶδον δὴ δρυόεντος* vel *δροσύεντος*. Non magis probari possunt *ἀμυδρώεις* et *δινώεις*, quae edd. vett. Nicandri et Eurip. praebent; nam eadem adjectiva in *ηεις* et *ωεις* terminari non constat. In Nonn. Dion. XXX. 56. editionum vett. una *λυσσώεντι*, altera *λυσσήεντι*, Graefius *λυσσώωντι*.

nam ab *ἀγκύλος* quidem et similibus propagantur *ἀγκυλόεις*, *βροτόεις*, *δουλιχόεις*, *δαιδαλόεις*, *καμπυλόεις*, *λαλόεις*, *μεσόεις*, *μηλινόεις*, *ξενόεις*, *ὀβριμόεις*, *νηπιόεις*, sed ab *ἔσχατος ἐσχάτιος* ut ab *ὕστατος ὑστάτιος*, ab aliis eodem modo terminatis *μεσσάτιος*, *δευτάτιος*, *νειάτιος*, *ὁσσάτιος*. Pro *ἀχλυόεντι* Arat. 912. duo codd. *ἀχλυόωντι* praebent, quod Vossius praefert; *σειριόεντος* Opp. Cyn. IV. 338. Schneiderus, quia alibi non invenerat, in *σειριόωντος* mutavit, *χλιόεντι* Nic. Al. 110. in *χλιόωντι* sed hoc auctoritate codicum, nam ad sententiam utrumque pariter aptum. In Ther. 252. *χειμερίη ζαλόωσα χάλαζα* si scriptum esset *ζαλόεσσα*, tantumdem valeret; ac nescio an hoc interpretatus sit Scholiographus *χιονίζουσα ὥσπερ κρύος ζαλόεν*. Pro *βρόχον ἀγχονέοντα* Maneth. I. 317. Schaeferus *ἀγχονόεντα* optavit, Riglerus *ἀγχονόωντα*. Tryphiodoro 343. Wernickius e cod. restituit *χνοόωσαν χάριν ὄμβρου* pro *χνοέσσαν*. Sibylla si saeret, non *δύναμις φλογέουσα* se scripsisse affirmaret III. 72. sed *φλογόεσσα*.

§. 3. Trium formarum, quas verba secundae conjugationis per vices alternant, duae modo concessae sunt iis quae in *οω* exeunt, contracta et distracta; quae vero contractam natura antecedit, non legitur nisi forte in duobus modis obliquis; *ἀρόουσι* admisit poeta deterrimae notae Gregorius Naz. Carm. II. 43. Aratus vero certissime non *τυπόουσι* scripsit, quod Vossius ei tribuit v. 169. (171.) sed diphthongo *ου* in *ω* corrupta *τυπόωσι*, ut Eratosthenes Fragm. p. 144. ed. Bernh. *πυρόωσι*, Apollonius I. 196. *ἀρόωσι*, Callimachus Fragm. CLXXXIII. eodem intellectu *φαρόωσι*, Dionysius in Bassaricis ap. Steph. s. *Λαρσανία—πέπλα γυναῖκες κροκόωσιν* id est *κρόκας ἐμβάλλουσι*. In passiva forma *ἀστερόωνται* Arat. 548. et *δηιόωνται* apud Homerum et Quint. IV. 244. Nusquam vero *ἀρόεις*, *ἀρόειν* vel simile quidquam. Participiorum nominativi *ἀρόων* Hes. Opp. 448. *βιόων* Anth. XV. n. 41. *τυπόων* Nonn. VI. 21. Ioann. Geom. Paradis. XLVI. 433. per se ancipites si ex indicativo, ut par est, aestimantur, non *ἐντελεῖς* sunt sed ex contractis orti. Et hinc proficiscuntur obliqui *ἀρόωντα* Nonn. IX. 236. *δηιόωντα* Quint. II. 397. *μεσόωντα* Maneth. IV. 65. cf. Praefat. *πτερόωντι*

νόῳ in Gregorii epigr. Anth. VIII. 91. Jacobsius interpretatur *menti quae dat quasi alas* ut a πτερόω ductum; Muratorius vero πτερόεντι edidit. Reliquorum modorum exempla ita rara sunt ut regula non appareat. Subjunctivum non contractum ἀρόῃς legimus Hes. Opp. 479. sed codd. praebent optativum diectasi effectum ἀρόῳς. Hoc Hermannus approbavit, cui non opponam quod Goettlingius infert, Graecos hac optativi figuratione non usos videri quia eadem sit subjunctivi facies. Etenim hac ambiguitate etiam tertia persona numeri singularis laborat quae in tribus modis eadem est. Neque non dubito num modi dubitativi secunda persona in οῳς exiens reperiri possit. Interim optativum quoque hujusmodi demonstrare non possum, nisi forte latet in Nicandri Ther. 81. εἰ λιπόοις εὑήρεα γνῖα. In cod. Paris. scriptum est λιπῷης quasi optativus verbi λιπάω atticus. Id autem admitti nequit quia λιπάω habet intransitivam significationem τοῦ λιπαρὸν εἶναι, hic autem locus flagitat activum *ungere*. Quocirca aut λιπόοις scribendum, quod Schneiderus ex compluribus libris recepit, aut, si optativo forma nativa non conceditur, λιπόῳς a verbo λιπόω, etsi hoc alibi non invenitur sed λιπαίνω et λιπάζω. Si λιποῷς legeretur, is subjunctivus foret similis Aristarcheo σοῷς, si λιπῷς, alteri Aristarchi scripturae σαῷς v. ad Buttm. 296. Verbi medii optativus est χολῷτο Theogn. v. 325. pro χολοῖτο, ex χολόοιτο contractus ut τιμῷτο. Multo crebrius sese offerunt secundi ordinis optativi per omnes tres formas vagantes; frequentissime quidem primae ναιετάοις H. H. in Cer. 39. ἐράοι Opp. Hal. III. 48. ἐλάοι Man. VI. 711. γοάοιμεν Hom. γοάοιτε Anth. VI. 237. ἐράοιτε Callim. Fr. CVII. γοάοιεν Hom. γοάοισθε Mosch. III. 3. τροχάοιντο Arat. 815. Secundae ἀμῷς Theogn. 107. τρυπῷ Hom. ἀμῷεν et σκιρτῷεν apud eundem, ad haec ὀρῷτο et βιῴατο. Tertiae ὀρόῳτε, τρυγόῳεν, εὐχετοῴμην Hom. ὀροῷο (sic) Maxim. 389. ἀντιόῳτο Apollon. μηχανόῳτο Oppian. Hal. IV. 439. etc. Subjunctivorum item forma triplex in usu est; naturalis τροχάῃ Man. VI. 86. ὑπτιάῃσι Arat. 794. σκιάῃσι 863. κρεμάῃσι Nic. Fr. II. 42. περάῃσι Maxim. 503. et 578. διεξελάῃσι in cod. Vat. Apollon. III. 879. pro διεξελάσῃσι, et γελάῃ Mosch. I. 20. nuper assumtum pro γελάᾳ. In passivo ἐλάηται Oppian.

H. II. 14. *ἐράωνται* Bion. VIII. 1. Altera contracta *εἰ κὲν ἐᾷς* Hom. et multa similia; tertia poetice diducta *εἰ κ' ἐάᾳς* Od. XI. 110. *εὖτ' ἂν περόωσι* Oppian. H. I. 49. *ὄφρ' ὁρόωσι* Quint. XIII. 167. et alia pluralis numeri, unum medium Hes. Opp. 240. *ὅστις ἀλιτραίνῃ καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται* hoc est *μηχανάηται*.

§. 4. Si quis exempla hac disputatione comprehensa a capite usque ad extremum relegerit, intelligat necesse est *o* micron et alpha breve ante $\overline{\omega}$ et $\overline{\alpha}$ longum non aliter interseri nisi hae longae vocales conflatae sint ex brevi vocali, quae ad substantiam verbi pertinet, et monophthongo diphthongove, quae ad terminationem, *ὁρά—ω ὁρῶ ὁρόω, ὁρά—εις ὁρᾷς ὁράᾳς, ὁρά—ουσι—ὁρόωσι, ὁράοιτε—ὁρόῳτε*, si vero duae breves in unam longam confluxerint, nullam fieri interpositionem nisi consonantium pondus accedat. Itaque *ὁράατον* non dicitur, quia *ὁρᾶτον* ex *ὁράετον* contractum est, et sic ceterae pluralis personae praeter ultimam quae diphthongum in paralexi habet. Eademque ratione totum excluditur imperfectum, quia literam alpha brevis insequitur vocalis ut *ἴλαον*, et imperativus communis formae, non atticae (ut *ἀντιοώντων*) postremo participii genus neutrum ut *τηλεθάον* Hom. *σταλάον* Arat. 962. non *σταλόων*. Huic regulae quae adversantur perpauca sunt et non magnae auctoritatis: *πότε τρυγόωμεν ὀπώρην* Nonn. XLII. 297. quod pro conjunctivo haberi potest ut *πότε σπείρωμεν ἀρούρας* v. 288. duoque ad Buttm. 28. allata, *ἐλάατε* et *ὁράατε*. Tertiam personam Buttmannus in Gramm. I. 482. Homero inserere meditatus est; nam in Od. XX. 347. *οἱ δὲ γναθμοῖσι γελοίων ἀλλοτρίοισι* scribi jubet *γελώων* id est *ἐγέλων* (*ἐγέλαον*) quia *γελοιᾶν* non ridendi habeat significationem sed jocandi. Verum hoc ex uno illo H. H. loco nequaquam clare apparet et si quod fuit inter utrumque discrimen, tamen non necesse est ab omnibus constanter custoditum esse. Participiorum vero casus obliqui *ὁρόωντες* etc. duplicem excusationem habent, unam quod a nominativi *ὁρόων* similitudine abstrahi non potuere, alteram quod vocalis fulcitur positione; idemque fit in personis verbi passivi, cum in indicativo praesentis *δηριάσθων, ἀγάασθε* et *ἐράασθε*, tum in imperativo *ἐψιάασθων, κεραάσθων, infinitivo μνάασθαι, αἰτιάασθαι*, et in imperfecto *ἠγάασθε,*

ἠγοράασθε, ἀντιάασθε, κερόωντο, ἠγορόωντο, quae omnia sunt ejusdem Homeri. Primae vero personae, cujus terminatio est αομαι, exempla nulla, tertiae et numero pauca et minime antiqua βρυκανάαται Nic. Al. 221. εἰζοράαται Oppian. Cyn. III. 67. Orph. Fr. II. 12. μηχανάαται Sibyll. V. 125. et 171. quorum verborum haec una forma versui non repugnat. Verba tertiae declinationis quum non in α et ω sed in οι et ου contrahuntur praeterquam in nonnullis personis conjunctivi, natura sua ab hac epenthesi abhorrent sed interdum tamen huc relabuntur per quandam quasi synecdromen ut Grammatici volunt, ἀρόωσι ut ὀρόωσι, δηιόωεν ut τρυγόωεν. Causa forsitan fuerit persona tertia, cujus ad cogitatam speciem ἀρόονσι si quis animum referret, nihil admodum intererat utrum consonam refractariam in diphthongum mutaret ἀρόουσι (ut ἰέενσι ἰεῖσι) an in vocalem longam ἀρόωσι (ut ἰέασι) sed hoc praeferebatur ea re, quod ἀρόουσι omniaque non contracta a consuetudine abhorrent.

§. 5. De nonnullis controversia est utri ordini adscribenda sint. Homeri verba ἐσχατόωντα, ἐσχατόωσα et ἐστρατόωντο Buttmannus §. 105. Adn. 6. a praesentibus in οω exeuntibus repetenda esse statuit quia a nominibus ἔσχατος et στρατός propagata sint. Mihi tamen omnem verborum hujusmodi perlustranti nullum obvenit quod cum illis et etymi ratione et significationis perfecte congruat. Nam ab his, quae cum ἔσχατος maximam similitudinem habent πύματος, ὕστατος, ὕπατος, μύχατος, νέατος, μέσατος aut nulla sunt verba aut in ενω deducta. Στρατοῦσθαι semel legitur nec sine codd. dissensione sed terminatio a sententia loci Aeschylei non aliena; Στρατᾶσθαι cum ψυχᾶσθαι (v. Diss. IX. §. 3.) hactenus congruit quod utrique communis est character verbalium, alioqui ignotum. De illis quidem Grammatici morose tacent, neque de ἐρχατόωντο, κατηπιόωντο et δυόωσι consilii sui copiam fecere. Illi in Prolegg. 522. apposui nomen ἐρχάτης et ἐρκάτη ab εἴργω derivatum ut ab ἅπτω ἀπάτη, quo deducimur ad praesens ἐρχατάω, ut a ναιέτης ναιετάω, λαμπέτης (καλλιλαμπέτης, ἐριλαμπέτις) λαμπετάω. Ἡπιάω non extat nisi in Gloss. Graecolat. ἠπιῶσαι vero apud Hippocratem intellectu quidem neutrali sed hoc non obstat quominus huic verbo activa quoque concedatur significatio, ad

mitescendi notionem, quae homerico verbo subjecta est, *ἡπιᾶσθαι* et *ἡπιοῦσθαι* pariter conveniunt. *Δυόωσι*, quod illi interpretantur *εἰς δύην ἄγουσι*, propter hanc factitivam potestatem probabilius ad *δυόω* refertur quam ad *δυάω*. Veri simile est haec omnia ab antiquis Grammaticis curiose quaesita et disputata esse, sed nobis nihil amplius innotuit quam illud minusculum adnotamentum Schol. Il. III. 266. *ἀπὸ τοῦ στιχόω ἐστιχόουν* (sic) *ἐστιχώμεθα* (sic) *ἐστιχόωντο*· cui contrariam sententiam profitetur Eustathius p. 179, 34. *ὡς τοῦ στείβω ὁ ἀόριστος ἔστιβον καὶ μέλλων δεύτερος στιβῶ, ἀφ' οὗ ἐξ ἀναδρομῆς ἐνεστὼς δευτέρας συζυγίας ὁ στιβῶ, οὕτω στείχω στιχῶ ἐστιχόωντο* et Suidas Hesychiusque *Στιχάει πορεύεται*, quod fortasse poetarum epicorum aliquis scrupuloso illi *ὁμοστιχάει* assimilavit. Alia conjugationis indicia desunt, neque argumentum praebet significatio; nam *στιχόωσι* et de euntibus dicitur Orph. Lith. 269. Mosch. II. 138. ubi Meinekius ex optimis codd. *στείχουσι* reposuit, et de rebus quae *κατὰ στίχον* collocatae sunt *φηγοὶ ἐπ' ἀκτῆς ἑξείης στιχόωσι* Apollon. I. 30. *ἐν δὲ γενείῳ τρίστοιχοι ἑκάτερθε περιστιχόωσιν ὀδόντες* Nic. Th. 442. *νῆες — περιστιχόωσιν ἀμοιβαδὶς γείτονες ἀλλήλῃσι* Nonn. XXVI. 222. utrumque congruens homerico *ἐστιχόωντο*. Id secundae conjugationi attribuendum videtur; nec minus, quod semel legitur, *ἐγρηγορόων*, etsi *ἐγρηγοράω* non magis notum est quam *ἐγρηγορόω*, sed solum *ἐγρηγορέω* et id apud scriptores non admodum antiquos. *Ἀγριόωντα ταῦρον* id est ferocientem Opp. Cyn. II. 49. pro quo in nonnullis codd. et edd. *ἀγριάοντα* scriptum est, in Thes. perperam ad *ἀγριόω* refertur. *Κροκόωσι* in versu Dionysii supra ad *κροκόω* revocavi, sed *κροκόωντες κόρυμβοι* Nic. Fr. II. quum pro *κροκίζοντες* vel *κροκόεντες* positum sit, convenientius videtur verbo *κροκάω*, quo Thes. caret. Hujusmodi captiunculas ille plurimas objecit: *ὅταν σκιρόωσι* vel *σκυρόωσι βόες* Ther. 75. a verbo ignoto *σκιρᾶν* vel *σκιροῦν*, duoque synonyma *σκοτόωσι* Alex. 35. pro *σκοτοῦνται* sive *σκοτοδινιῶσι* positum et *ὑποζοφόωσα οὐρή* pro *ζοφόεσσα* vel *ζοφοειδής* Ther. 337. Quippe *ζοφᾶν* et *σκοτᾶν* non leguntur alibi, *ζοφοῦν* autem et *σκοτοῦν* significationem intransitivam non habent; sed fortasse a poeta *huc* deflexa sunt ut *μελαίνειν* interdum dicitur pro *μελανεῖν*

v. ad Aj. p. 383. Non minus ambiguum est *τριτόωσα σελήνη* Arat. 795. cujus verbi nullum aliud exemplum in promtu habemus, sed si aestimemus ex simili *ὑπτιόωσα σελήνη* 788. ad *τριτάω* pertinet; nec diversum praesens habere videtur *διχόωσα σελήνη* 799. quae ab eodem *διχαιομένη* vocatur, sed *διχάω* ipsum nunquam in conspectum venit et potest intelligi luna sese dimidians *ἑαυτὴν διχάζουσα* sive *διχοῦσα* a verbo *διχόω*, quod semel reperi in Hippocr. de Nat. Oss. p. 511. T. I. *ἡ ἡπατῖτις — ἐδιχώθη scinditur* in Thes. omissum; idemque principium convenit passivo *διχόωντο* Apoll. III. 1614. Ac nescio an duo fuerint verba significatione discreta, unum intransitivum *γανᾶν*, cujus usus pervulgatus est, alterum *γανοῦν* illustrare in Arat. 189. *οὔ μιν πολλοὶ ἀστέρες γανόωσι.* Vana vero illa est Eustathii suspicio p. 1618, 52. *τὸ ἀρόωσιν ἔοικε δευτέρας εἶναι συζυγίας· ἦν δ' ἂν καθαρῶς τρίτης εἴπερ ἐγράφετο ἀρόουσι*, nam *ἀράω* verbum nullum est, pro *ἀρόουσι* aut *ἀροῦσι* dicitur aut *ἀρόωσι*. Ac mirum est cur Lexicographi *ἐδεξιόωντο* in H. H. et Apollon. non sub *Δεξιοῦμαι* referant sed thema comminiscantur inauditum *δεξιάομαι*. Quod vero Hesychius suppeditat *Δεχόωντο συνεκάθηντο* fortasse ex libro vitioso sumtum est; nam *λοχᾶσθαι* significat *τὸ εἰς λόχον συγκαθῆσθαι.*

§. 6. Haec verborum secundae et tertiae conjugationis amplificatio, de qua tam multa diximus, quo nomine appellanda sit, nondum satis constitutum est. Veteres in duas abeunt partes. Schol. Il. IV. 1. *ἠγορόωντο ἐκ τοῦ ἠγορῶντο διαιρέσει ἢ μᾶλλον ἐπενθέσει*, nisi *μᾶλλον ἢ ἐπενθέσει* scripsit. [8]) Quam hic epenthesin, Eustathius vero p. 30, 40. *παρένθεσιν* vocat, a Schol. Hes. Opp. 179. adjectio dicitur: *τηλεθόω προσθήκη ὡς ὁρόω*, ab aliis pleonasmus EM. 633, 12. *ἀπὸ τοῦ ὁράοιτε ὁρῶτε καὶ πλεονασμῷ ὁρόῳτε* et p. 178, 33. *ἀφόωντα πλεονασμὸς τοῦ ο̄*, p. 452, 50. *καγχαλόωσι πλεονασμῷ τοῦ ο̄ ποιητικῶς.* Alteri nomini favent Schol. Od. V. 377. *ἀλόω διαίρεσις τοῦ ἀλῶ, διὸ καὶ βαρύνεται*, et ad v. 129. *ἄγασθε ὡς δύνασθε· δύναται δὲ καὶ μακρὸν εἶναι· οἶδε γὰρ τὸ κατὰ διαίρεσιν ἀγάασθε.* Et EM. 637, 39.

8) Populariter loquutus est Schol. Il. III. 387. *ναιέτης ναιετῶ καὶ διαιρέσει ναιτάω*, non ignorans hoc esse *τὸ ἐντελές.*

mitescendi notionem, quae homerico verbo subjecta est, *ἡπιᾶσθαι* et *ἡπιοῦσθαι* pariter conveniunt. *Δυόωσι*, quod illi interpretantur *εἰς δύην ἄγουσι*, propter hanc factitivam potestatem probabilius ad *δυόω* refertur quam ad *δυάω*. Veri simile est haec omnia ab antiquis Grammaticis curiose quaesita et disputata esse, sed nobis nihil amplius innotuit quam illud minusculum adnotamentum Schol. Il. III. 266. *ἀπὸ τοῦ στιχόω ἐστιχόουν* (sic) *ἐστιχώμεθα* (sic) *ἐστιχόωντο*· cui contrariam sententiam profitetur Eustathius p. 179, 34. *ὡς τοῦ στείβω ὁ ἀόριστος ἔστιβον καὶ μέλλων δεύτερος στιβῶ, ἀφ' οὗ ἐξ ἀναδρομῆς ἐνεστὼς δευτέρας συζυγίας ὁ στιβῶ, οὕτω στείχω στιχῶ ἐστιχόωντο* et Suidas Hesychiusque *Στιχάει πορεύεται*, quod fortasse poetarum epicorum aliquis scrupuloso illi *ὁμοστιχάει* assimilavit. Alia conjugationis indicia desunt, neque argumentum praebet significatio; nam *στιχόωσι* et de euntibus dicitur Orph. Lith. 269. Mosch. II. 138. ubi Meinekius ex optimis codd. *στείχουσι* reposuit, et de rebus quae *κατὰ στίχον* collocatae sunt *φηγοὶ ἐπ' ἀκτῆς ἑξείης στιχόωσι* Apollon. I. 30. *ἐν δὲ γενείῳ τρίστοιχοι ἑκάτερθε περιστιχόωσιν ὀδόντες* Nic. Th. 442. *νῆες — περιστιχόωσιν ἀμοιβαδὶς γείτονες ἀλλήλῃσι* Nonn. XXVI. 222. utrumque congruens homerico *ἐστιχόωντο*. Id secundae conjugationi attribuendum videtur; nec minus, quod semel legitur, *ἐγρηγορόων*, etsi *ἐγρηγοράω* non magis notum est quam *ἐγρηγορόω*, sed solum *ἐγρηγορέω* et id apud scriptores non admodum antiquos. *Ἀγριόωντα ταῦρον* id est ferocientem Opp. Cyn. II. 49. pro quo in nonnullis codd. et edd. *ἀγριάοντα* scriptum est, in Thes. perperam ad *ἀγριόω* refertur. *Κροκόωσι* in versu Dionysii supra ad *κροκόω* revocavi, sed *κροκόωντες κόρυμβοι* Nic. Fr. II. quum pro *κροκίζοντες* vel *κροκόεντες* positum sit, convenientius videtur verbo *κροκάω*, quo Thes. caret. Hujusmodi captiunculas ille plurimas objecit: *ὅταν σκιρόωσι* vel *σκυρόωσι βόες* Ther. 75. a verbo ignoto *σκιρᾷν* vel *σκιροῦν*, duoque synonyma *σκοτόωσι* Alex. 35. pro *σκοτοῦνται* sive *σκοτοδινιῶσι* positum et *ὑποζοφόωσα οὐρή* pro *ζοφόεσσα* vel *ζοφοειδής* Ther. 337. Quippe *ζοφᾷν* et *σκοτᾷν* non leguntur alibi, *ζοφοῦν* autem et *σκοτοῦν* significationem intransitivam non habent; sed fortasse a poeta huc deflexa sunt ut *μελαίνειν* interdum dicitur pro *μελανεῖν*

v. ad Aj. p. 383. Non minus ambiguum est *τριτόωσα σελήνη* Arat. 795. cujus verbi nullum aliud exemplum in promtu habemus, sed si aestimemus ex simili *ὑπτιόωσα σελήνη* 788. ad *τριτάω* pertinet; nec diversum praesens habere videtur *διχόωσα σελήνη* 799. quae ab eodem *διχαιομένη* vocatur, sed *διχάω* ipsum nunquam in conspectum venit et potest intelligi luna sese dimidians *ἑαυτὴν διχάζουσα* sive *διχοῦσα* a verbo *διχόω*, quod semel reperi in Hippocr. de Nat. Oss. p. 511. T. I. *ἡ ἡπατῖτις — ἐδιχώθη scinditur* in Thes. omissum; idemque principium convenit passivo *διχόωντο* Apoll. III. 1614. Ac nescio an duo fuerint verba significatione discreta, unum intransitivum *γανᾶν*, cujus usus pervulgatus est, alterum *γανοῦν* illustrare in Arat. 189. *οὔ μιν πολλοὶ ἀστέρες γανόωσι.* Vana vero illa est Eustathii suspicio p. 1618, 52. *τὸ ἀρόωσιν ἔοικε δευτέρας εἶναι συζυγίας· ἦν δ' ἂν καθαρῶς τρίτης εἴπερ ἐγράφετο ἀρόουσι*, nam *ἀράω* verbum nullum est, pro *ἀρόουσι* aut *ἀροῦσι* dicitur aut *ἀρόωσι*. Ac mirum est cur Lexicographi *ἐδεξιόωντο* in H. H. et Apollon. non sub *Δεξιοῦμαι* referant sed thema comminiscantur inauditum *δεξιάομαι*. Quod vero Hesychius suppeditat *Δεχόωντο συνεκάθηντο* fortasse ex libro vitioso sumtum est; nam *λοχᾶσθαι* significat *τὸ εἰς λόχον συγκαθῆσθαι.*

§. 6. Haec verborum secundae et tertiae conjugationis amplificatio, de qua tam multa diximus, quo nomine appellanda sit, nondum satis constitutum est. Veteres in duas abeunt partes. Schol. Il. IV. 1. *ἠγορόωντο ἐκ τοῦ ἠγορῶντο διαιρέσει ᾗ μᾶλλον ἐπενθέσει*, nisi *μᾶλλον ᾗ ἐπενθέσει* scripsit. [8]) Quam hic epenthesin, Eustathius vero p. 30, 40. *παρένθεσιν* vocat, a Schol. Hes. Opp. 179. adjectio dicitur: *τηλεθόω προσθήκη ὡς ὁρόω*, ab aliis pleonasmus EM. 633, 12. *ἀπὸ τοῦ ὁράοιτε ὁρῷτε καὶ πλεονασμῷ ὁρόφτε* et p. 178, 33. *ἀφόωντα πλεονασμὸς τοῦ ο̄*, p. 452, 50. *καγχαλόωσι πλεονασμῷ τοῦ ο̄ ποιητικῶς.* Alteri nomini favent Schol. Od. V. 377. *ἀλόω διαίρεσις τοῦ ἀλῶ, διὸ καὶ βαρύνεται*, et ad v. 129. *ἄγασθε ὡς δύνασθε· δύναται δὲ καὶ μακρὸν εἶναι· οἶδε γὰρ τὸ κατὰ διαίρεσιν ἀγάασθε.* Et EM. 637, 39.

8) Populariter loquutus est Schol. Il. III. 387. *ναιέτης ναιετῶ καὶ διαιρέσει ναιτάω*, non ignorans hoc esse τὸ ἐντελές.

ἔθος ἐστὶ τῷ ποιητῇ τὰ ῥήματα τῆς δευτέρας συζυγίας διαλύειν εἰς δύο α, ὧν τὸ μὲν πρῶτον συνεσταλμένον, τὸ δὲ δεύτερον ἐκτεταμένον καὶ σὺν τῷ ι γραφόμενον, ὁράᾳς, ὁράᾳ [9]) sed neutrum nomen satis definitum est. Nam dialysin sive diaeresin vulgo vocamus diphthongi vel monophthongi in breves vocales dissolutionem δῆλος δέελος, κοῖλος κοΐλος, ἄται ἄαται v. ad Buttm. 124. quibus ὁρόω, quia ω integrum permanet, simile dici nequit. [10]) Pleonasmi autem nomen tam multas res tamque dissimiles complectitur ut ipsum definitione indigeat; neque convenit cum illo Technicorum praecepto οἱ πλεονασμοὶ τὸν τόνον οὐ μεταβάλλουσι Apoll. de Adv. 570. Ἡρωδιανὸς λέγει ὅτι ὁ πλεονασμὸς τὸν οἰκεῖον τόνον φυλάσσει, ἡ δὲ διαίρεσις ἀλλάσσει EM. 614, 40. quam regulam confirmat Epim. 316. duobus exemplis ex hoc ipso genere verborum repetitis ἠγορόωντο et ἐράασθε, idemque etiam in nominibus φόως, θόωκος observari monent. [11]) De nostris doctis aliqui hanc epenthesin epicam nuncupant nomen a potiori, ut dici solet, sumentes; nam exempla, nisi librarii identidem lapsi sunt, fines epicorum excedunt: ἀμφαφόωσα

9) His in Edd. antiquioribus iota saepe deest, saepius etiam infinitivis, quibus Wolfius olim illud addidit, postea detrahi jussit in Anall. p. 425. T. II. ὁρᾶν ex ὁράεν ortum ratus, idque in Homeri editione sequutus est Bekkerus. Sed fuisse ullum tempus quo Graeci ὁράεν pronunciarent aut ita pronunciatum esse meminissent vereor ut probari possit.

10) Similes essent infinitivi μνάασθαι, εὐχετάασθαι, μηχανάασθαι, si alpha postpositivum breve esset, quod veterum Grammaticorum antesignani una voce conclamant: τὰ γὰρ εἰς θαι ἀπαρέμφατα τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχοντα ὀξεῖαν φιλεῖ πρὸ τέλους βραχύνεσθαι, τίθεσθαι, δύνασθαι Sch. Il. VI. 268. Is fuit antiquae disciplinae rigor; nos affecta alio atque integra et nativa moderamur sono.

11) Regulae obnititur Sch. Od. XII. 417. τὸ θεείου (sulphuris) εἰ ἀπὸ τοῦ θείου κατὰ διαίρεσιν, διὰ τί διὰ διφθόγγου; φαμὲν (οὖν) ὅτι πλεονασμός ἐστι τοῦ ε ὡς ἔξις, nam substantivum θέειον proparoxytonon est, eodemque accentu notandus videtur nominativus adjectivi θεείης Opp. Cyn. I. 18. id est θέειος et substantivi χεείαις Nic. Ther. 19. id est χεεία. Sed σταλεηδών Hes. πετεηνός sive πετεεινός et Κομμαγεηνός Dionys. 877. ne accentum retraherent, fortasse character qui dicitur prohibuit. Κληηδών eta non ex abundanti additum habet sed pro κλεηδών dicitur ut μενοινήησι pro μενοινέησι v. Spitzn. ad Il. XV. 82.

Aret. Diut. Sign. II. 4, 141. ἀμφαφόωντα Cur. Acut. II. 3, 267. γανόωντες Sign. Diut. I. 8, 94. μηχανάασθαι Hipp. de Humor. p. 124. T. I. ὑπόωντα in Aristippi epistola dorice scripta IX. p. 16. ed. Orell. et tertiae conjugationis ἀξιόωντι in Anonymi Dissert. III. in Opusc. Moral. Orell. 222. ut ea omittam quae Buttmannus ex Herodoto attulit. Res tamen dubia propter crebras librorum discordias et multo frequentiorem contractionis usum, a quo cur aliquoties discessum sit, causa nulla apparet. Interim poeticae quoque figurationis ratio explicari non potest; nam quo loco illi ἐλόω, ἐλάᾳς ponunt, eodem conveniunt ἐλάω, ἐλάεις, et vicissim quae neque integra versum intrare possunt ut ἐλάομεν, neque contracta ut ἐξελῶμεν, ἐξελᾶτε, his illud fomentum non adhibent.

CAP. VI.

De verbis in μι.

§. 1. Ad multiplices illas thematis interpolandi rationes accedit transitio in eam conjugationis formam, quae a Technicis tertio censetur loco. Hujus tres sunt terminationes ημι, ωμι, υμι, omnes illae verbis adjunctae et duae priores puris quidem praeter δίζω δίζημαι, nam ἀχνάσθημι [1]) et si quid hujus simile Aeoles finxerunt excludit operis dispositio et ordo praescriptus. Sed verba in υμι alio loco absolvi in Diss. XI. §. 4. De reliquis, quae olim praelibavi ad Buttm. p. 70. hoc brevior nobis sermo erit quia omnia eadem via decurrunt a verbis vel barytonis vel perispomenis, quorum nonnulla permanserunt integra, pleraque dici desita sunt sed cognoscuntur tamen ex modis temporibusque derivatis. Ex barytonis igitur primae conjugationis duo in ημι deflexerunt δέω διδέω δίδημι, cujus unum legitur tempus imperfectum ἐδίδην, et θέω τιθέω τίθημι, totidemque in diphthongum contracta ἕω εἶμί et εἶμι, cujus prima positio ἕω *eo* non extat in sermone graeco. Multo plura vero a secunda, quorum nonnulla afferunt EM. 202, 20. Cram. IV. 210. πλῶ

1) Circumflexo ἀχναζέω nihil habeo quod componere possim praeter dubium illud ἐριζήσασθαι. Nam δίζω δίζημαι diversa sunt.

πίμπλημι, *χρῶ κίχρημι*, *πιπρῶ πίπρημι*, quorum primitiva praeter *χράω* e nostro conspectu oblitescunt, tum *βίβημι*, *τίτρημι*, *δίδρημι*, nisi infinitivus *ἀποδιδράναι*, ubicunque deprehenditur, in *ἀποδρᾶναι* mutandus est, et medium *ἵπταμαι*, cui convenit aoristus *πτάς*, *ἔπτατο* sed epsilon praevaluit in antepositis *πέτομαι* (*πτέω*) *πτέρον*. Eademque utriusque vocalis vicissitudo cernitur in aliis conjugatorum *φρέω φρείς ἐμπιφράναι*, quod codd. optimi Aristotelis praebent, *τιτρᾶν τιτράναι τερέσαι τέρετρον* v. Diss. V. §. 4. Adnotam. et nonnunquam etiam in iisdem *ἐμπιπλέει* Herod. VII. 39. [2]) *ἐμπιπλείς* Hippocr. de Morb. II. 226. T. II. et alibi v. ad Buttm. 274. *ἐμπιπρείς* in tribus codd. Herodoti convenienter etymo *ἔπρεε* sive *ἔπρεσε*, *πέρθω* etc. De duplici verbi *φημί* et *ἠμί* themate quid Grammatici opinati sint, loco hujus rei proprio dixi Diss. I. §. 8. — A verbis tertiae declinationis Herodianus *π. Μον.* p. 23. docuit unum esse *δίδωμι*, ipseque Choeroboscus Cram. IV. 342. non ignoravit *γίγνωμι*, *τίτρωμι* et cetera verborum defectivorum complementa ab Artigraphis introducta esse. Idem Herodianus *ἶμι*, quod Apollonius assumsit propter *ἴτην*, *ἴμεν*, *ἶναι*, ingenue repudiavit argumento haud invalido quod verba, quae ancipitem in stirpe habent, nunquam in *μι* traducuntur; nam *Πινυμένη συνετή* Hes. indicativo destitutum est, *ἔρυτο* Hesiodi praesenti. Itaque etiam ab *ἴω* mitto non potuit derivari *ἶμι*, sed deverticulo opus fuit, quod praebuit paragogum *ἰέω*.

§. 2. Sic ipso rei ductu pervenimus ad alteram classem quae ex paragogis in *εω* et *αω* nascitur. Lexicon de Spir. 204. *ἰέω πέμπω ἀφ' οὗ ἵημι*. Schol. Il. XII. 70. *δέον ἐστὶ τὸ δίω βαρύτονον πολὺ πρότερον περισπᾶσθαι ἵνα ἀποτελέσῃ τὸ δίημι, ἐξ οὗ τὸ ἐνδίεσαν καὶ δίενται*. Quemadmodum igitur in primo genere verbi barytoni vocalis thematica cum ea quae terminationem meram et simplicem *εμι* *ομι* orditur, in monophthongum cogitur, sic in hoc alpha et epsilon paragogicum. Sed *διέω* tamen non reperitur et omnino duo modo sunt quorum triplex species demonstrari possit, unum

2) Hoc retinuit Dindorfius in loco ipso sed in Comm. de Dial. Herod. p. XLII. quae commodum affertur, omnia ad unum exemplum *scribi jubet.*

ἄω, ἀέω et ἄημι, quanquam ἀέω quoque tollitur imperfecto διάει in διάη mutato, alterum ἴω unde compositum ἀφίει et alia v. Diss. I. §. 4. ἰέω v. Diss. VI. §. 1. et ἵημι, quod non prostheticum iota habet ut ἵστημι et ἵπταμαι, nam hoc consonis modo anteponitur vel simplex vel cum consona verbi prima conjunctum, sed nativum, nisi origine prius fuit ἕω, cujus simulacra sunt futura ἥσω, ἀνήσω, ἀνέσω. Haud dissimili ratione cum θέω (τίθημι) constat Θίημι ποιῶ, Θιῆσαι ποιῆσαι Hes. [3]) cujus praesens non aliud fingi potest quam θιέω. Ex iisdem vocalibus conflata sunt εἶω τὸ πορεύομαι et εἶμι, quod si interius scrutamur, relinquitur unum elementum vel epsilon ἕω vel iota ἴω, v. Dissert. I. §. 4. sed harum vocalium utra principalior sit, haud satis convenit. Ab illo derivatum est imperfectum Εἶεν ἐπορεύετο Hes. κατεῖεν Hesiod. Sc. 254. et Εἴημι πορεύομαι Hes. quorum secundum tamen alio mutat Hermannus, primum et tertium non suo loco scriptum est sed post Εἰθύφαλλος h. e. Ἰθύφ. et facilis correctio ἴεν et ἴημι, cujus certum indicium praebet infinitivus ἰέναι et optativus ἰείην Hom. minus certum medium ἵεμαι. Id enim plerique doctorum praeeunte Brunckio ἴεμαι scribunt quia id non tam eundi significationem habet quam appetendi et properandi v. Goettling. ad Hes. Scut. v. 65. et qui laudantur ab Ellendtio in Lex. Soph. T. I. 507. Veteres vero utramque eidem assignant verbo et hinc etiam nomen diptoton ἰότης repetunt, ἰότητι ὁρμῇ παρὰ τὸ ἰέναι Sch. Il. XIX. 8. ἰότητι γάμων — πορείᾳ, ἤγουν ἐν συνόδῳ γάμων παρὰ τὸ ἰέναι Sch. Aesch. Prom. 558. ἰότης παρὰ τὸ ἴεσθαι EM. 473, 7. nec dissentit Herodianus π. Μον. 33. etsi nullum extat nomen in οτης a verbo traductum v. ad Buttm. 419. — Κεῖμαι veterum nonnulli e κέομαι sic ut πλεῖν e πλέον contractum, alii ex κείομαι concisum volunt ea ratione qua οἴομαι οἶμαι Cram. II. 146. Buttmannus vero I. 492. perfectum esse statuit reduplicatione privatum κέκειμαι, cui

3) Ἔθηκεν ἐποίησεν, ἀφ' οὗ καὶ θέσις ἢ ποίησις παρ' Ἀλκαίῳ EM. 319, 30. Θετὴρ πράκτης Hes. Si θείημι scriptum esset, cum εἶημι conveniret. Pariter fluctuant ἐανόν, εἰανόν, ἰανόν a simili principio ἕω ἕννυμι ducta, et δέος δίομαι δείομαι. Ἰήτης τοξότης, ἰοβόλος Hes. si et spiritus et accentus recte se habet, compositum est ut ἰαφέτης, si ἰητής scribimus, cum ἵημι (ἰήσω) convenit cf. Proll. 387.

adversatur accentus participii. Mihi subesse videtur *κέω*, cujus participio utitur Homerus *ὄρσο κέων, κακκείοντες ἔβαν* eo intellectu quo interdum *ἰών* dicit hoc est pro futuro; medio *κέονται* idem utitur et Alcaeus. Repudiatis quae ab hoc *κέω* uno gradu absunt *κῆμι* et *κεῖμι* evitatoque paragogo *κεέω* per circuitum perventum est ad *κεῖμαι* ex *κέεμαι* contractum, cujus activa forma foret *κέημι*. Haud aliter Choeroboscus Canon. 667. Cram. Oxon. IV. 381. Paris. T. IV. 22. et 29. Sch. Theocr. I. 48. explicat correlativum *ἧμαι*, quod Buttmanno perfectum verbi *ἕω* videtur: *ἔστιν ἕω καὶ κέω βαρύτονα· ταῦτα περισπωμένως γίνεται ἕῶ καὶ κεῶ, εἶτα ἐκ τούτων γίνεται παραγωγὰ εἰς μι ἕημι καὶ κέημι καὶ λοιπὸν ὁ παθητικὸς ἑνεστὼς ἕεμαι καὶ κατὰ κρᾶσιν ἧμαι, πῆ δὲ εἰς τὴν ει δίφθογγον κεῖμαι.* Haec manifestum est *καθ' ὑπόστασιν* dici, namque nullum esse verbum primitivum cujus tres sint literae extremae *εεω*, illos certe non fugit. Eorum quae alpha in primordiis habent vestigia impressa sunt temporibus obliquis. *Ἐπριάμην*, quod aoristi locum accepit, natura imperfectum est verbi *πρίαμαι*, cujus activa forma non ea esse potest quam Apollonius ponit [4]) sed *πρίημι* et hac ulterior *πριάω*. *Πρίαμαι* vero et synonymon *περάω* (*πέρναμαι*) eodem modo inter se comparata sunt, quo *ἔραμαι* et *ἐράω*, nisi quod illud eam speciem habet ut ex aeolico *πέῤῥαμαι* ortum videatur quo modo *Πρίαμος* ex *Πέῤῥαμος* extitisse dicunt. *Δεάμην ἐδόξαζον* (*ἐδόκουν*) Hes. et homericum *δέατο* vel ut alii scribunt *δόατο*, non aliud protypum habere potest quam *δέημι* et *δόημι* et longius prospectantibus *δέαω, δοάω·* nam ex *δέω δόω* nascerentur *δῆμι δέμαι, δῶμι δόμαι*, quae ne fingi quidem apte possunt. Scrupuli plus nobis praebent duae Hesychii glossae *Κίασθαι κεῖσθαι* et *Κίατο ἐκινεῖτο*, in quibus si omnia integre et incorrupte scripta sunt, duo exponuntur verba sono eodem, intellectu contrario, unum cum *κίω κινέω* conjugatum, alterum cum

4) De Adv. 612. *τῷ ἥδω τὸ ἥδην παράκειται καὶ ἄδην καὶ παρὰ τῶν εἰς μι βίβημι βάδην, ἵημι ἀέδην καὶ ἀνέδην· ἔδει οὖν παρὰ τὸ πρίαμι πριάδην*, quod si legeretur uspiam, non cum *βάδην* comparandum esset sed cum *μιγάδην*, nam alpha ad terminationem pertineret *non ad stirpem.*

κεῖμαι ejusque themate κέημι. Hinc κίημι effingi potest ut θίημι, et κίαμαι. Sed si quis aut κεῖσθαι in κινεῖσθαι, aut ἐκινεῖτο in ἔκειτο verterit, utrique glossae unum idemque verbum subest. De ἔω, ἐάω, ἔημι quae veteres commentati sunt retuli in Diss. VII. §. 1.

§. 3. Tertiae classis fundamenta posita sunt in verbis primitivis, quorum consonae stirpis ultimae terminatio non proxime adjungitur sed interposito alpha brevi hoc modo: ἰλ—ά—ω (ἰλάομαι) ἵλημι (ἵλαμαι) cujus supersunt modi obliqui ἵλαθι, Ἱλάντες ἐξιλευόμενοι, Ἱλαότι ἵλεῳ Hes. ut ἑσταότι, quanquam hoc etiam cum μεμάοτες componi potest; ἰσ—ά—ω, ἵσημι quod Doriensium proprium est excepta tertia ἵσασι, et media ἄγαμαι, ἔραμαι, κρέμαμαι, πέταμαι, δύναμαι, quorum postremum primitivo circumflexae conjugationis caret, omnibus deest thema barytonon praeter unum πέτομαι, unde πετάω et πέταμαι quod doricum dicunt Cram. IV. 339. Δίζημαι si ex synonymo διφάω aestimatur, a διζάω propius abest quam ab aeque insolito διζέω, sed κιχείς, quod metaplastis adnumeratur, ad verbum primae declinationis pertinet. Et ὀνίνημι, ὀνήμενος, ὠνήμην, nisi extaret vox media ὀνίναμαι, ad ὀνέω revocari possent unde ὀνεῖσθαι, ὄνειαρ etc. derivata sunt. Quae vero a verbis hujus conjugationis usitatis originem trahunt αἴνημι, κάλημι, φίλημι etc. quia gentiliciarum dialectorum finibus coercentur, viam nostram non attingunt. Tertiae classis unum superat exemplum ὄνοσαι ab ὀνόω, ὄνωμι. Disputationem consummant septem verba in αω exeuntia quae vocali connexivae adjungunt ν, δαμάω δαμνάω δάμνημι, κεράω κιρνάω κίρνημι, κρεμάω κρημνάω κρήμνημι, πελάω πιλνάω πίλνημι, περάω περνάω πέρνημι, πετάω πιτνάω πίτνημι, σκεδάω [5]) σκιδνάω σκίδνημι. Nulli omnium simile est μάρναμαι, cui nec barytonon verbum antecedit, nec perispomenon.

5) Σκεδόωνται tres codd. praebent Apollon. IV. 500. σκιδνάω et πετάω auctoribus idoneis carent.

Pars altera.

De verbis barytonis.

CAP. I.

De puris.

§. 1. Verba in $\overline{\alpha\iota\omega}$ omnia a prosa alienata sunt praeter *παλαίω παρὰ τὸ πάλλω ἢ ἀπὸ τῆς παλάμης* EM. 647, 21. vel verius *ἀπὸ τῆς πάλης. Ὠραίουσι*, quod olim scribebatur Hes. Th. 903. et codices redarguunt, unde *ὠρεύουσι* assumtum est, et ipsa natura hujus terminationis, quam semper brevis antecedit antepenultima *διχαίω*, *ἰσαίω* ceteraque ad Buttm. 59. adnotata, quae poetae Alexandrini frequentant non relicta interim altera terminatione, cui Nonnus et suppares favent. Haec a verbis secundae declinationis proficiscuntur: *τοῦ κεδῶ οὐ μόνον τὸ κεδάζω παράγωγον ὡς τοῦ ἰσῶ τὸ ἰσάζω ἀλλὰ καὶ τὸ κεδαίω πρὸς ὁμοιότητα τοῦ ἰσαίω παρ᾽ Ἀράτῳ* Eust. 140, 27. *λῶ λιλαίω ὡς κερῶ κεραίω* Schol. Il. XV. 317. *ὡς κερῶ κεραίω, περῶ περαίω, οὕτω λιλῶ λιλαίω κατὰ παραγωγὴν* EM. 566, 3. Epim. Cram. I. 259. qui pro *περαίω* fortasse *κεδαίω* posuit, nam illud non dici solet. Neque cognitum habemus *λιλάω* sed modo *Λιλεῖ φθονεῖ* [1]) *ἐπιθυμεῖ* Hes. *Βιβαιόμεναι* id est *βιβαζόμεναι* sive *ὀχευόμεναι* Arat. 1074. Buttmannus jure praetulit Vossii scripturae *βιαιόμεναι*. In Nic. Alex. 396. *τήθη τε γεραιόμενα μνίοισι*, si id significatur quod Schneiderus sumit ad Aristot. T. III. 223. *delectata muscis, in quibus videlicet habitent*, scribi poterat *τ᾽ ἐπαγαιόμενα* id est *ἐπιχαίροντα*, vel vulgato propius *τε παρειάμενα* id est *παρήμενα*, si forte poeta grammaticae doctrinae ostentator nomen *εἰαμενή* interpretatus est *ἡμένην* id est locum depressum, quem Theocritus

1) *Ποθεῖ* corrigit Heckerus Comm. de Anth. p. 48.

XIII. 40. *χῶρον ἥμενον* dixit. — In *ανω* nullum terminatur verbum; nam pro *ἀγανόμενοι* ap. Oppianum Schneiderus ex compluribus libris recte reposuit *ἀγαιόμενοι*. — Terminatio *ειω* duo complectitur verborum genera, alterum desiderativum *γαμησείω*, *δωσείω* v. ad Buttm. 389. alterum poetice auctum *ὀκνείω*, *τελείω*. Verum de hoc non omnes consentiunt. EM. 620, 43. *ὀκνείω οὐκ ἔστι πλεονασμός· λέγει γὰρ ὅτι ἔστιν ὀκνῶ καὶ κατὰ Ἴωνας ὀκνέω καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι ὀκνείω. Οὐκ ἔστι δὲ οὕτως, ἀλλὰ κατὰ παραγωγήν, ὥσπερ παρὰ τὸ θάλπω γίνεται θαλπείω, ῥιγῶ ῥιγείω· Οὕτως ὀκνῶ ὀκνείω· περὶ παθῶν.* Hic duo certant contrariis suffragiis, quorum alter sententiae verae veterisque desertor *ὀκνείω* eodem loco habendum ducit quo sunt *παλαίω* et *ἡγεμονεύω*. Horum enim terminatio non pleonasmo affecta est ut *κεραίω*, *οἰνοχοεύω*, sed proprio quodam et nativo paragogae genere constat. Verum haec vulgo recepta sunt, *ὀκνείω* autem nisi in carminibus non legitur, ideoque cum *ἀθρείω*, *οἰκείω*, *οἰνοβαρείω* aliisque numerorum poeticorum supplementis comparari oportet. Itaque unum relinquitur verae paragogae exemplum *θαλπείω* a *θάλπω* ductum (nam *θαλπέω* non apparet) dubitabile tamen, quia nemo auctorem sistit.

§. 2. Jam venio ad illam amplissimam familiam verborum in *ενω* desinentium, quorum duplex origo. Verbalium nonnulla a barytonis orta afferunt Grammatici: *ἀπὸ τοῦ βούλω παράγωγον βουλεύω ὡς ἄρχω ἀρχεύω* EM. 208, 28. *Γνάφω γναφεύω ὡς ἄρδω ἀρδεύω* Sch. Plut. 166. *ἀπὸ τοῦ κέλω γίνεται κελέω καὶ κελεύω ὡς βούλω βουλεύω* Eust. 884, 12. Hoc certe paronymon est, *ἀρχεύω* esse potest, quanquam *ἀρχή* apud Homerum non imperium significat sed initium. Itaque acquiescimus in *κελεύω* et *ἀρδεύω*. Significatione nihil differunt *φρύξαι καὶ φρυγεῦσαι* Poll. VII. 181. *σκάλλειν* et *σκαλεύειν*, sed his tamen interseri possunt nomina *φρυγεύς* et *σκαλεύς*. *Νηπιαχεύω* a *νηπιάχω* productum esse tacite negat Schol. A. ad Il. XXII. 502. *νηπιαχεύων παράγωγόν ἐστι ῥῆμα παρὰ τὸ νηπίαχος ὡς ἵππος ἱππεύω*, qui fortasse sic sibi persuasit *νηπιάχω* esse novitium verbum ab Apollonio et Moscho per quandam quasi anadromen ex

homerico *νηπιαχεύω* effictum. *Σηπεύειν* Manetho IV. 269. pro *σήπω* dixisse videtur.[2]) *Ῥεμβεύειν* in LXX. idem significat atque *ῥέμβεσθαι*. Alia nominibus adnexa sunt verbalibus, a *σεπτός Σεπτεύει σεβάζει* Hes. *κρυπτός κρυπτεύω* tecte ago sive insidior (ut *σκοτεύω* latito) diversum a *κρύπτω* tego, *ὀπτεύω* ab *ὄπτομαι* incertum an ab *ὄπτης* (*ὀπτήρ*) ut *ἐπόπτης ἐποπτεύω*. Pro *Φερῥεύει ἀποφέρει* Hesychius fortasse *φερτεύει* scripsit cujus paraschematismus est *φερτάζειν*. Sed ab his parumper abeamus. Etenim saepe quaestio incidit unde verba hujus formae derivata sint, a verbo an a nomine. Quare de paronymorum ortu interponenda est disputatio, sed brevis nec pro copia exemplorum; haec enim qui singillatim persequi instituat, finem vix inveniet. Equidem pauca cujusque declinationis proponam, ac primum homerica *ἀλητεύω* et *ἱκετεύω* et quod in H. H. legitur *φιλητεύω*, tum quae oratores attici comprobarunt *δραπετεύω*, *ἰδιωτεύω*, *ληστεύω*, *ὁπλιτεύω*, *ταμιεύω*, *πυκτεύω*, *τραπεζιτεύω*, *προφητεύω* etc. Sed non omnia sic figurata parem auctoritatem habuisse notum faciunt Atticistarum notationes: *σοφιστεύειν οὐκ ἐν χρήσει κεκριμένῃ* Poll. IV. 17. *φιλοδεσποτεύομαι· οὕτως Ἀναξίλας* EM. 794, 19. illeque mancus articulus Phrynichi Epit. 443. *** *ενιτεῦσαι ἰδεῖν δεῖ εἰ Φαβωρῖνος οὐκ ὀρθῶς χρῆται* certe ad verbum hujusmodi spectat sive id *πενητεῦσαι* fuit sive *ξενιτεῦσαι*, quod Coraes Atact. T. II. 262. non ante Strabonem legi putat; medium *ξενιτεύεσθαι* Isocratem (Philipp. 107.) pro *μισθοφορεῖν* usurpasse Harpocratio memoratu dignum habuit. Multo plura emergunt apud scriptores, qui vulgari dialecto assignantur: *γυμνητεύω*, *ἐργατεύομαι*, *λογιστεύω*, *μεταναστεύω*, *μεσιτεύω*, *πειρατεύω*, *προξηλυτεύω*, *πλανητεύω*, quod et ad *πλάνης* referri potest. Sed ut longe plura sunt substantiva quae in *της*, quam verba quae in *τευω* exeunt, ita verbis nonnullis deest nomen genitale, sicut *ἀγιστεύειν* apud Platonem alios-

2) Eos qui mortuos condiunt vocat *ταριχευτῆρας ἀπηνεῖς — καὶ ἐμπορίης* (fort. *κακεμπορίης*) *τε ματευτὰς καὶ μυσαρούς* (fort. *παμμυσάρους*) *σηπιάς τε τεχνάσμασι σηπεύοντας*. Pro *σηπιάς* (quod certe *σήπιας* scribi debebat) Dorvillius *σηπτοῖς* corrigit i. e. *σηπτικοῖς*.

que reperitur, ἀγιστής ignotum est non minus quam ξενίτης et ἱεράτης, sed hoc colligi potest ex feminino Ἰρήτειρα ἱέρεια Hes. cui vereor ne Stephanus injuria praetulerit ἀρήτειρα, et ex adjectivo ἱερατικός. Hinc profectum est ἱερατεύειν, pro quo scriptores antiqui et attici utuntur primitivo ἱερᾶσθαι. Illi simile videtur nomen magistratus boeotici οἱ ἀφεδριατεύοντες. Ἐραστεύειν usurpavit Aeschylus non alio sensu quam ἐρᾶν. Nimirum quod in re et natura positum est ut paronyma potestatem habeant magis determinatam quam verba nominibus praecurrentia, id Graeci in dicendo non ubique observant. Longissimo quidem intervallo disjuncta sunt βουλεύεσθαι et βούλεσθαι, πειρατεύειν et πειρᾶσθαι, δυνατεύειν et δύνασθαι, κλητεύειν et καλεῖν, μισθωτεύειν et μισθοῦν, ἀρεσκεύεσθαι et ἀρέσκειν, sed minus longe a μνᾶσθαι distat μνηστεύειν, etsi hoc proprie dicitur de iis qui mulierem ambiunt, illud magis universe, idemque a λῄζεσθαι differt λῃστεύειν, ab ἁλᾶσθαι ἁλητεύειν, a κηρύσσειν κηρυκεύειν, sed propter communem ortum permutantur non raro; τομεύουσι Hesychius interpretatur τέμνουσι, οἰκετεύειν Euripides dixit pro οἰκεῖν, pro ἁλεῖν Homerus ἁλετρεύειν, cui quod respondet nomen ἁλέτης multis aetatibus post in lucem prodit, sed etiam ab inusitato ἄλετρον derivari potuit ut ὄλεθρος ὀλοθρεύω, ἄροτρον ἀροτρεύω, ὄφελτρον ὀφελτρεύω, λίστρον λιστρεύω. Eademque originis disceptatio iteratur in verbis perispomenis; ἀπὸ τοῦ ἐλήλασμαι ἔλαστον καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ ἔλαστρον καὶ ἐκ τούτου ἐλαστρέω· ἢ ἀπὸ τοῦ ἐλαστής ἐλαστρῶ ὡς βοαστής βωστρῶ, καλιστής καλιστρῶ EM. 325, 32. quibus simile etymon fingendum est ad explicandum βληστρίζειν. A femininis ejusdem declinationis Homerus derivavit λωβεύω, πομπεύω, τολυπεύω, cujus nomine abstinet; Attici receperunt θαλασσεύω, μαιεύω, πορνεύω, δεκατεύω, πεντηκοστεύω etc. Ejus generis, quod a nominibus secundae declinationis ortum ducit, ille exempla plurima suppeditat δαιτρεύω, λιστρεύω, λιτανεύω, ὁδεύω, ὀϊστεύω, τοξεύω, φυτεύω, quorum omnium nomina apud eum leguntur praeter τὰ λίτανα. Numerum multis partibus auxerunt insequuti scriptores: ἰατρεύω, μεταλλεύω, μοσχεύω, νεοσσεύω, ὀγμεύω, πεσσεύω, φονεύω, χορεύω, pro quo Homerus ὀρχέομαι dicit.

Ab adjectivis *κιβδηλεύω*, *πτωχεύω*, *τιθασεύω* et parasyntheta *ἰδιοβουλεύω*, *κακοβουλεύομαι*, *φιλανθρωπεύομαι*, quibus auctores probatissimi utuntur. Sed verbum *βδελυρεύεσθαι* Libanio Argum. in Dem. Or. de Foed. Alex. p. 211. suspicionem injecit hanc orationem non Demosthenis esse sed Hyperidis, qui etiam *νωθρεύεσθαι* admisit improbatum Polluci IX. 137. Idem Pollux *ἀπανθρωπεύεσθαι* rejicit II. 5. Phrynichus Ecl. 386. *χρησιμεύειν* et *φρονιμεύεσθαι*. Alia suspecta reddit ignobilitas auctorum: *ἀπαιδευτεύειν* Apollon. de Conj. 501, 18. (omiss. in Thes.) *ἀπληστεύεσθαι* Sch. Pind. Ol. VI. 78. *καθαριεύειν*, *μεγιστεύειν*, *δολιεύεσθαι*, *ἰταμεύεσθαι*, *θηλυκεύεσθαι*, *ψυχρεύεσθαι*, quibus similia attuli ad Phryn. 67. *Συνωρικεύεσθαι* Aristophanes finxit ab adjectivo *συνωρικός* Poll. VII. 205. qualia multa ab adjectivis in *ικος* propagavit novitius sermo: *διαλεκτικεύεσθαι*, *διαφυσικεύεσθαι*, *λογικεύεσθαι*, *μερικεύειν* et alia ad Phryn. 764. indicata. — Declinationis tertiae quot sunt exitus, totidem fere sunt verborum fontes: *παιδεύω*, *θητεύω*, *γοητεύω*, *λαμπαδεύω*, *χειμαδεύω*, *τερατεύω* — *παγιδεύω*, *σταφιδεύω*, *θεμιστεύω*, *εἰλωτεύω* [3]) et ab iis, quorum genitivus pure terminatur, *λατρεύω*, *μαντεύω*, *ἁλιεύω*, *βασιλεύω*, *βραβεύω*. Ita dubium fit utrum *ἱππεύω* ut EM. 132, 2. ab *ἵππος* derivatum sit an ab *ἱππεύς*. Sed *ἀριστεύω* Eustathius 655, 48. recte ab *ἄριστος* repetere videtur, neque aliter sentio de *ἀγχιστεύω*. De *πρωτεύω*, *καλλιστεύω*, *κρατιστεύω* nemo dubitat. Ab his quae in duplicem exeunt orta sunt *βλακεύω*, *κολακεύω*, *σκυλακεύω*, *θεραπεύω*, *θωπεύω*, *ῥωπεύω*. In magno numero substantivorum quae in *ην*, *ων*, *ηρ* terminantur, nullum reperio in verbi naturam conversum praeter quod Glossographi afferunt *Ματηρεύειν*, *ζητεῖν* et novitium *βακτηρεύειν*, quod neque cum *βάκτρον* accurate convenit nec cum *βακτηρία*, sed aliquam multa ab *ωρ*, *ἑκτορεύω*, *ῥητορεύω*, *αὐτοκρατορεύω*. A *πῦρ* *πυρεύω*, ab obsoleto *νύχος* *νυχεύω*, ab aliis sic terminatis *ἰχνεύω*, *κηδεύω*, *σκυτεύω*, quanquam hoc alia

3) Doctum Anglum qui genitivum *εἰλωτέων* ap. Herodotum in *εἰλώτων* mutandum censet quia *εἰλώτης* barbarum sit, Dindorfius in Thes. refellit Stephani Byz. exemplo. Idem genitivus tertiae declinationis esse potest ut ostendi ad Buttm. 337.

via derivari potuit a *σκυτεύς*, et *γραμματεύω* duplicem quasi recessum habet ad *γράμμα* et ad *γραμματεύς*, sed *ἁρματεύω*, *πραγματεύομαι*, *Πλεγματεύεσθαι ἐμπλέκεσθαι* Hes. nominibus in *μα* subjici necesse est. Adjectivorum personalium, quae in *ων* exeunt, prompta facilitas *ἀλαζονεύομαι*, *γεροντεύω*, *ἡγεμονεύω*, *μνημονεύω*, sed ab altera terminatione *ης* pauca provenerunt simplicia *ἀληθεύω*, *πενητεύω*, plurima vero parasyntheta sed omnia a scriptorum classicorum consuetudine aequaliter remota *ἐπιεικεύεσθαι*, *κακοηθεύεσθαι*, *μικροπρεπεύεσθαι*, excepto uno *ἐπιτηδεύειν*, cujus primitivum est nulli illorum simile *ἐπιτηδές*. Huic addo duo alia solitaria ex superiore genere *εὐτραπελεύομαι* et *δυστροπεύω*, praeter quae nullum novimus cum particulis *εὖ* et *δύς* compositum.

§. 3. Tertium genus constat ex dicatalectis quae modo in *εω* vel *αω* exeunt, modo in *ευω* ut *γειτονεῖν γειτονεύειν*, *ὑποτοπεῖν ὑποτοπεύειν*. Horum unum paronymon esse significat EM. 778, 5. *ὑπερηφανῶ καὶ ὑπερηφανεύω ἐκ τοῦ ὑπερήφανος*, nisi hoc voluit *ἐκ τοῦ ὑπερήφανος ὑπερηφανῶ καὶ ἐκ τούτου ὑπερηφανεύω*. Sic enim plerisque visum: *τὸ ἐμόχλεον πρωτότυπόν ἐστι τοῦ ἐμόχλευον* Eust. 903, 61. *τὸ ἡνιοχεύειν ἐκ τοῦ ἡνιοχεῖν γίνεται πλεονασμῷ τοῦ υ αἰολικῶς ὡς καὶ τὸ ζητέω ζητεύω παρ' Ἡσιόδῳ* 834, 9. *τοῦ θηρεύω δοκεῖ προϋπάρχειν ἢ τὸ θηράω ἢ μᾶλλον ἀῤῥητόν τι τὸ θηρέω κατὰ τὸ χέω χεύω* p. 1872, 43. *στεῦται ἀπὸ τοῦ στῶ στεύω ὡς ἀθλῶ ἀθλεύω*, *οἰνοχοῶ οἰνοχοεύω* EM. 726, 32. *παρὰ τὸ ἄχος ἀχέων*, *ἀχεύων δὲ ἀπὸ τοῦ ἀχέω* 181, 8. *παρὰ ἀλῶ τὸ ἐκφεύγω πλεονασμῷ τοῦ υ ἀλεύω ὡς τὸ χέω χεύω*, *δέω δεύω* Sch. Od. IV. 396. *παρὰ τὸ ἀλῶ παραγωγὸν ἀλεύω*[4]) *ὡς παρὰ τὸ ἀθλῶ ἀθλεύω* Epim. Cram. I. 44. quorum postremum confirmat Herodianus *π. Μον.* 28, 3. De *χεύω* et similibus, quae L. I. C. I. tractavi, dubitandi causa nulla. Sed hic in quaestione versantur verba paragoga. *Ζητεύω* quidem, quo non solum veteres Epici sed etiam

4) Si *δατέασθαι*, quod Buttmannus cum *ἀλέασθαι* comparat, alicubi legeretur, non ex *δατέσασθαι*, ut ille, ortum dicerem sed ex *δατεύασθαι*. At enim vero legitur nusquam.

Archimedes usus est Arenar. p. 38. nihil in vestibulo habet praeter *ζητέω*, idemque valet de *Ἐρεύειν ἐρευνᾷν* Hes. quod Homerus *ἐρέειν* dicere solet. Horum nullum tempus invenitur praeter primum eoque conveniunt cum verbis in *αιω* et *ειω*, quae ultra imperfectum nunquam procedunt *κεραίω*, *τελείω* etc. Haec igitur a perispomenis orta dicimus cum epenthesi ejusdem vocalis. Sed longe major est copia verborum quae liberum habent per omnia tempora motum, eorumque pars multo maxima cum nominibus cohaeret iis, quae, ut antea ostendi, pari facilitate in verba utriusque terminationis *εω* et *ενω* declinari possunt. Jam distinguamus oportet verba poetarum propria et promiscua. Illa poetae in praesenti et imperfecto sic conformant ut cuique versus loco aptum est, Homerus *δινεύων* et *ἐδίνεον*, idem *οἰνοχοεύων* et *ᾠνοχόει*, Oppianus Cyn. IV. 231. *οἰνοχοεῦντες* ut *φυλλοχοεῦντι* Anth. VII. 141. Apollonius *ὀτλεύουσι*, Manetho *ὀτλεῦντες*, eodemque modo *ἀμφιπολεύειν* et *πυρπολέοντες* Hom. *αἰθροπολοῦσα* Maxim. 357. sed *ἀκροπολεύει* Maneth. *μυστιπόλευε* Nonn. XXXIII. 229. *ὀπηδεῖν* Hom. *ὀπηδεύειν* Apollon. *ὀρσολοπεύει* in H. H. et alibi, *ὀρσολοπεῖται* Aeschyl. Horum verborum utra prius nata fuerint, circumflexa an barytona, per se non cognoscitur sed ad epenthesis assumtionem adducimur hac re quod ea tempora, quorum utraque forma eandem mensuram habet, a praesenti puro sumuntur: *ὀτλήσω* Apollon. *δινῆσαι* et *δινηθῆναι* Hom. et posteriores, *οἰνοχοῆσαι* Hom. *ποντοπορήσω* Nonn. IV. 114. ab Homerico praesenti *ποντοπορεύω*. Itaque eundem Homerum arbitror, si ita ei usu venisset, non *ἡνιοχεῦσαι* dicturum fuisse sed *ἡνιοχῆσαι*, et de Odyss. VI. 157. ubi poeta Nausicaam praedicat *τοιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν*, non justam esse Eustathii dubitationem utrum hoc sit participium aoristi an praesentis; nam hujus quidem temporis duplici pro numerorum ratione utuntur forma *εἰσοιχνεῦσι* Od. IX. 120. *ἐποιχνεῖς* Anth. XII. 131. *διοιχνεῖ* Aeschyl. et *οἰχνεύων* Pind. Fr. CCXXXVII. sed una futuri forma *οἰχνήσω* ad omnem illa usum apta. Quae aliter conformata sunt non tantam auctoritatem habent ut regulam labefactent *ἡνιοχεῦσαι* Anth. IX. 696. Joann. Gaz. II. 213. *ποντοπορεύσῃ* in Orac. Plut. V. Thes. XXIV. *ποντοπορεῦσαι*

Anth. Plan. CCXXI. 3. *ὑμνοπολεύσω* Apollinar. Ps. IX. 4. Mirabilius vero est quod Homeri imitatores Nonnus IX. 150. XXV. 10. et Musaeus 197. *ἀθλεῦσαι* admiserunt contra illius praescriptum qui in prima quidem positione *ἀθλεύειν* vel *ἀεθλεύειν* dicit, in aoristo autem *ἀθλῆσαι* [5]) ut et Empedocles fecit v. 34. et alii Epicorum. Illi poetico generi adscribi potest *ἰχνέων*, quod Critici metri causa in Pindari quodam loco posuerunt pro *ἰχνεύων*, caeteroqui incognitum; nam *διιχνεῖν* Theodori Prodromi vix afferre dignamur; sed Hesychii adespota *Ὀθέων*, *Ὀθεύων*, *Ὠρεῖν φυλάσσειν* et cum eodem interpretamento conjunctum *ὠρεύειν*, non constat unde fluxerint. Si constaret e carmine sumta esse, quaeri posset utrum alterum ex altero processerit an utrumque ab eodem nomine *ὄθη* et *ὦρη* diverse deflexum sit. Verum illa epenthesis ratio Grammaticis placita prorsus non convenit ad verba in commune recepta, cujusmodi unum adnotat Eustathius 760, 28. *μυθέεσθαι ὁμηρικὸν*, *μυθεύεσθαι δὲ τὸ ψευδῶς λέγειν τῆς μεθ' Ὁμηρόν ἐστι χρήσεως*, sed sunt plura *μοχλεύω* pro homerico *μοχλέω*, *δισκεύω* pro *δισκέω* v. Jacobs. ad Anth. 502. *Σύες ὀχέονται* Arat. 1069. poeticum est, vulgare *ὀχεύονται* [6]) quodque Theocritus dixit *αἶγες βατέονται* I. 87. Schol. interpretatur *βατεύονται*, cui similia sunt *ἐπιβατεύω* et *ἐμβατεύω* vulgo recepta, sed *ἐμβατέω* poetarum proprium. Plerumque vero contra fit. Nam pro *ἐπιδημεύειν*, *μυθολογεύειν*, *ἡνιοχεύειν*, *ὡρονομεύειν*, *ποντοπορεύειν*, *πενταθλεύειν*, *φρουρεύειν* Opp. Hal. IV. 233. invaluerunt pura, et rhetores nisi *βυσσοδομεύειν* ab Homero accepissent, sine dubio dixissent *βυσσοδομεῖν* ut *οἰκοδομεῖν*. Pollux. III. 144. *ἀθλεύειν παρὰ ποιηταῖς καὶ παρ' Ἡροδότῳ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ ἀθλεῖν*, quam terminationem constanter sequuntur syntheta vulgaris notae *ἐναθλεῖν*, *καταθλεῖν*, *πενταθλεῖν* et nomina *ἀθλητής*,

---

5) Id duobus locis de servientibus dictum est, *ἀεθλεύειν* semel hoc intellectu in postrema Iliade, ter de concertantibus.

6) Empedocl. v. 157. *ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, δαλερὸν δαλερῷ δ' ἐποχεῖτο·* pro quo Sturzius et Karstenius v. 269. parum cogitate *ἐποχεῦτο* substituerunt, nec tolerabilius *οἱ δὲ πορεῦται λισσόμενος θύοντα* v. 411. Hic *ἐπαρᾶται* scribendum videtur, illic *ἐπεχεῖτο*.

ἄθλησις etc. sed simplicis duplex est conformatio apud Platonem ipsum ἀθλεῖν, ἀθλοῦντες et ἀθλεύοντες de certaminibus ludicris verisque. [7]) Similiter Xenophon variat προστατεῖν et προστατεύειν, quorum illi conveniunt ἀποστατεῖν, περιστατεῖν et παραστατεῖν, huic ἐπιστατεύω in uno loco Eusebii scriptoris ionici. Νοσεύοντες Aret. Sign. Diut. II. 9, 158. omnes tuentur codices et nomen νόσευμα crebrius iteratum in Hippocr. de Med. p. 64. T. I. de Aer. et Locc. p. 529—533. T. I. sed infinito saepius νοσέοντες, νοσεῦντες, νόσημα. Ὀχλεῦνται κινοῦνται· ὀχλεύονται ὁμοίως Hes. quorum illud poeticum est, hoc nescimus unde ductum sit. Ἀνακωχεῖν Hippocr. de Cord. 490. T. I. et Hes. ceteri ἀνακωχεύειν. Ex Photii judicio Τυραννεύσασα οὐ μόνον τυραννήσασα conjectura subit Atticorum aliquos in certis modis temporibusque alteram terminationem praetulisse alteri. Equidem apud Platonem, Xenophontem, Thucydidem reperio τυραννεῖν et τυραννεῖσθαι, sed ab altero capite τυραννεύοντες, τυραννεῦσαι, τυραννευόμενον. Atticistae plerumque favent perispomenis; ἀναισθητεύομαι μὴ εἴπῃς ἀλλ' ἀναισθητῶ Thom. ἀποσκοπεῖσθαι λέγουσιν οὐ σκοπεύειν Anecd. Bekk. 435. qui quod damnat verbum placuit Straboni XIII. 599. aliisque recentiorum; τὸ ἀηθεῖν σκληρόν, τὸ δὲ ἀηθεύειν ποιητικόν Poll. V. 145. nisi pro hoc ἀηθέσσειν scripsit. Nobis non eadem quae antiquis illis verborum censoribus judicandi facultas propter multiplices literarum graecarum defectus. Sed si stamus exemplis iis, quae fors fortuna nobis reliqua fecit, verba δεσποτεύειν, διακορεύειν, ζωγρεύειν, πανουργεύειν, πολυπραγμονεύειν (Damophil. in Opusc. Sent. Orell. N. 45. p. 84.) περιπολεύειν, [8]) ἑταιρεύεσθαι, τιθηνεύεσθαι, κακοσχολεύεσθαι, προμηθεύεσθαι, ἐπιμηθεύεσθαι, ὑπερ-

7) Galenus Καταμώσας — παρὰ τὸ ματεύειν ὡς καὶ καταματούμενος, quod Dindorfius Thes. T. IV. 1141. in καταματευόμενος mutandum censet. Sed ματεῖν (ut χατεῖν etc.) satis testatum est ac nescio an in Hipp. de Articc. p. 174. T. III. et in commentario Galeni c. XXIII. 453. T. XVIII. P. I. pro ἐσμάττεσθαι scribendum sit ἐσματέεσθαι. Ἐμματέων τοὺς δακτύλους καθιείς Schol. Nic. Al. 136.

8) Achill. Tat. IV. 14, 96. καθεύδουσα ταύτην ἀφίησι προπολουμένην τὴν φωνήν scripsisse videtur ὀνειροπολουμένη.

ηφανεύεσθαι postponenda sunt circumflexis διακορεῖν v. Fritzsch. ad Thesmoph. v. 480. δεσποτεῖν etc. Id tamen non eo valet ut de omnibus judicare possimus; nam saepe res vertitur: εἰρηνεύειν, βωμολοχεύειν sive βωμολοχεύεσθαι et φιλανθρωπεύεσθαι pure terminatis antiquitate antecedunt; Suidas pro Πεφόνηκεν ἐφόνευσε fortasse πεφόνευκε scripsit; nam φονεῖν relinquendum est Clytaemnestrae Mosquensi v. 231. 265. 288. δεσμεύειν etsi Atticistae minus probant quam δεῖν, tamen plus auctoritatis habet quam δεσμεῖν, cujus significatio prorsus eadem, ut apparet ex Diosc. Mat. IV. 155. (158.) p. 644. et Galen. de Simpl. Fac. VIII. 129. T. XII. quorum ille δεσμεύουσι scribit, hic in eadem re δεσμοῦσι. Διχηλεῖν et διχηλεύειν Alexandrinorum propria sunt. Κακοτροπεῖν ex uno cognovimus Hippocratis loco, ubi de morbidis dictum est, κακοτροπεύεσθαι de moribus Polyb. ut δυστροπεύειν Basil. Quod discrimen utrum fortuitum sit an terminatione expressum quis dijudicare audeat? Sed significationis quaedam diversitas haud obscure gliscit in quibusdam aliis: ῥᾳστωνεῦσαι enim otiari significat, ῥᾳστωνῆσαι convalescere, ὁμαδεύειν idem quod ἀθροίζειν Hes. ὁμαδεῖν tumultuari, ἀκρατεῖν oppositum est τῷ κρατεῖν sed ἀκρατεύεσθαι τὸ οὐκ ἐγκρατεύεσθαι Phryn. quo intellectu tamen Hippocrates ἀκρατῆσαι dixisse videtur; τορῆσαι (διατορῆσαι, ἐκτορῆσαι) ab adjectivo τορός derivatum vices explet verbi antiqui τετραίνω *perforo* sed τορεῦσαι plerumque significat *tornare* apte cum nomine instrumenti τορεύς. Ἐπιτροπεῖν, nisi librariis debetur (v. ad Phryn. 650.) nihil amplius est quam paraschematismus primitivi ἐπιτρέπειν, sed significando muneri tutoris aptius habetur ἐπιτροπεύειν id est ἐπίτροπον εἶναι ut ταγεύειν tagi munere fungi, quanquam Aeschylus ταγεῖν et ταγεύειν indistincte usurpavit pro στρατηγεῖν et in codd. nonnullis Xenoph. διαταγεῦσαι scriptum est pro διατάξαι. Certe in Aeschyli loco πανδοκεῖν plurimum distat a πανδοκεύειν ut simplex δοκεῖν a δοκεύειν. — Verba secundae et tertiae declinationis non ita longo sermone indigent. De illis eadem pervasit opinio quae de protoclitis: ἀπὸ τοῦ ἀγορᾶ ἀγορεύω Eust. 96, 10. τοῦ λωβεύειν πρωτότυπόν ἐστι τὸ λωβῶ p. 1936, 63. Multo vero credibilius est utrumque

ab *ἀγορά*, *λώβη* derivatum esse ut a *θήρα θηράω* et *θηρεύω*, quorum neutro utitur Homerus, nomine saepius. Ac si nullum suppeteret nomen, citius cogitationem transferremus ad verba primae declinationis, quibus ionica abundat dialectus, nec solum *λωβεύεσθαι* cum *λωβέεσθαι* cognationis lege sociaremus sed etiam *ἀπατεύειν* Xenophan. Fr. VII. p. 43. cum *ἀπατέειν* Hippocr. de dec. hab. p. 74. T. I. *συλεύειν* cum *συλέειν* in Xanthi Lydiacis ap. Dion. Hal. I. 28. *μωμεύειν* cum *μωμεῖσθαι* Theogn. *μηχανεύεσθαι* cum *μηχανέεσθαι* Herod. cognatum diceremus. Sed multo ad fidem propius est a nominibus verba esse derivata terminatione duplici, partim ejusdem significationis ut illa, partim diversae ut *λοχᾶν* et *λοχεύειν*, quod Hesychius tamen pro *ἐνεδρεύειν* positum affert, *μοιχᾶται ὁ ἀνήρ*, *μοιχεύεται ἡ γυνή* Thom. Pro *μεταλλᾶν* Nicander Th. 672. scripsit *μεταλλεύων αἰγὸς ῥόθον* posthabita vulgari nominis *μέταλλον* significatione, id quod excusatur ignorantia etymi; nam quod Buttmannus opinatur ex *μετ᾽ ἄλλα* conflatum esse, prorsus insolita est haec compositionis ratio, nec unquam *ἐξαλλᾶν* vel quid simile auditum est. *Μαχλᾶν* et *μαχλεύεσθαι* a veterum consuetudine aequaliter remota sunt *Ἐφορεύειν* Photius interpretatur *ἐποπτεύειν*, quod quantum ab *ἐπόπτεσθαι* distat, tantum illud ab *ἐφορᾶν*. Verborum ex tertia declinatione huc commeantium unum ab Atticistis exsignatum est *μαιεύεσθαι οὐ μαιοῦσθαι* Thom. *Κλαδοῦν* et *κλαδεύειν* scriptores minus elegantes substituerunt ad significandum *pampinare*, quia *κλᾶν*, quo veteres utuntur, latius patet. *Ὀρνιθεύειν* et *ὀρνιθοῦν*, *χωλεύειν* et *χωλοῦν*, *χηρεύειν* et *χηροῦν*, *χαλκεύειν* et *χαλκοῦν* vel ad distinctionem significationis intransitivae et factitivae pertinent vel aliam inter se differentiam habent. Sed Euripides *ὀρθεύειν* et *διορθεύειν* non ullius nisi metri causa usurpavit, nullaque prorsus ratione antiquis *ἀκριβόω*, *δαιδαλόω* superposita sunt *ἀκριβεύω*, *δαιδαλεύω*. Verum haec satis. Illud vere admonet EM. 803, 13. *οὐδέποτε ἀπὸ τῶν διὰ τοῦ νω γίνεται παράγωγον διὰ τοῦ ενω*, nam *φιτύω* et *φιτεύω* diversas stirpes habent. Neque invenietur facile qui *ἀρνεύειν* cernuare ex *Ἤρνυε ἐκυβίστα* Hes. conversum dicat, sed potius utrumque a communi etymo seorsum processit,

sive *παρὰ τοὺς ἄρνας* ut Schol. Il. XII. 385. dicit, etsi nunquam sic ut *μοσχιᾶν* et vitulari de haedulorum petulcorum lusibus dictum reperitur, sive ab alio quodam nomine oblivione deleto ut *παλεύειν* et *σταθεύειν*, quorum origo evanuit; nam quod nonnulli *στατεύειν* scripserunt ab Atticistis reprehensi, id quidem adjectivo *στατός* persimile sed a significatione assandi non minus remotum est.

§. 4. In *ηω* nulla verba exire nisi aeolica *ποθήω, ἀδικήω* auctor satis est Herodianus *π. Μον.* p. 43. Nec multa in *ιω*, quorum genus duplex, unum a substantivis in *ις δηρίω, κηκίω, κονίω, μητίω, μηνίω* Choerobosc. 170, 4. et ad hoc exemplum *δηΐω* a nomine ficticio *δηΐς* ortum esse sumitur. Prae veterum placito *τὸ ἶδος ἀπὸ τοῦ ἰδίω* EM. 465, 39. amplectimur contrariam sententiam verbum ex nomine extitisse. Verbalium vestigia rara sunt minusque expressa; ab *ἄω*, ut alio loco dixi, *ἄΐω*, ab *ἔσθω ἐσθίω*, ab *οὔλω Οὐλίοιεν ἐν ὑγείᾳ φυλάσσοιεν* Hes. *Ἐψίονται ἀκολουθήσουσι* quo referendum sit, patet. Verbi *ἀλίω*, cujus obliqua modo tempora extant *ἀλῖσαι* et *ἐξήλικα*, ejusque quod prosthesi crevit *κυλίω*, primitivum fuit *εἴλω, εἰλέω*, cujus similitudo apparet in *εἰλίνδησις* et in verbo *ἐνειλινδεῖσθαι. Μαρίειν ὀχλεῖσθαι πυρέττειν* et *Μαιριῆν τὸ κακῶς ἔχειν* Hes. non dubito arcessere ab obsoleto *μαίρω*, unde *Μαῖρα τὸ ἄστρον ἢ ἀκμαιότατον καῦμα* Hes. et *μαραίνω*. Contrarium corporis affectum declarant *μάλκη, μαλκίειν* [9]) et paragogum *μαλκιῆν* i. q. *μαλακιᾶν*. Pro *Χειμίουσα ψυχομένη ῥιγῶσα* Galen. Foesius *χειμιοῦσα* corrigit; praestat vero *χειμιῶσα. Μαστίω ἐκ τοῦ μαστίζω* Theognost. Cram. II. 146. sed propinquius est nomen *μάστις*. Boeotica sunt *αὐλίω, δοκίω* etc. quae Ahrensius enumerat de Aeol. p. 179. — Terminationem *οιω* excludunt canones *τὰ παραληγόμενα τῇ οι περισπᾶται* etc. Arcad. 165. *τὰ διὰ τοῦ νω βαρύτονα διὰ τοῦ ν γράφεται· προσκεῖται βαρύτονα διὰ τὸ ἀλοιῶ, ὁμοιῶ* Theogn. 148.

9) Schol. Nic. Th. 382. *τὴν μάλκην Νίκανδρος ἐν Γλώσσαις ῥῖγος περὶ τοὺς πόδας καὶ χεῖρας, καὶ ὑποδήματα* (fort. *ὑποδείγματα*) *τίθησι πνεύματος ἀργαλέοιο πόνοιό τε μαλκείοντες.* In seqq. *ὄμβρῳ τε κρυμῷ τε δέματ' ὅτε δάμνατο μᾶλλον* scrib. *δέμας τότε.*

unde patet ἀλείω a scholarchis Byzantiis confictum esse, quod ex inferto Diogenis epigrammate facili negotio eximitur. — In verbis eorum pauca: ὀρούω ab ὄρω productum, κολούω et κολούω sive κολεύω, quorum illud vel commune cum κολάζω significatum habet vel pariter cum proximo a nomine pronum: ἐστόμωσεν αὐτόμολοι id est stolones *Auslaueffer* componitur est: namque μολεύειν significat τὸ τὰς αὐτομολίας κόπτειν, ὃ καὶ τὰ πρέμνα τρεμνίζειν Poll. v. Dissert. I. c. I. § 6 fin. Κελούειν βήσσειν Hes. laconicum vel boeoticum pro κελύειν a κέλυς. — Verba in νω pleraque a nominibus tertiae declinationis eadem vocali finitis originem trahunt ἄλυς ἁλύω sive ἁλύω, ἀρτύω, ἀχλύω, γηρύω, δακρύω, ἐλινύω, ἰθύω, καττύω, μεθύω, a κάχρυς consimile verbum, cujus tempora quaedam καχρύσω et συγκαχρῦσαι a Grammaticis allata sunt, κορθύω, κικύω, σταχύω (ἀναστα-χύω, ὑποσταχύω) a μῶλυς μωλύω, a φῖτυς vel φῖτυ φιτύω. Sic etiam ἐκ τοῦ οἰζύς οἰζύω. Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος λέγει ὅτι ἀπὸ τοῦ σχετλιαστικοῦ ἐπιῤῥήματος γίνεται οἴζω ὡς λιάζω, αἰάζω καὶ ἐκ τοῦ οἴζω οἰζύω EM. 619, 53. Eust. 1217, 12. Verum etiam a neutris in ος, βρένθος βρενθύομαι, στρῆνος στρηνύομαι, ἐντύω ἀπὸ τοῦ ἔντεα Eust. 599, 15. Verbalium exempla affert EM. 632, 50. ἐλύσθη ἀπὸ τοῦ ἕλω ἑλύω ὡς ἕλκω ἑλκύω, et p. 333, 50. ἀρύω παρὰ τὸ ἀρῶ (ἀΐρω) ὡς πλήθω πληθύω, ἔρω ἐρύω, ἄνω ἀνύω, quorum nonnulla cum nominibus (πληθύς, ἄνη) consociari possunt, ἐρύω epsilon pleonasticum habet. In Arat. 746. ἀστέρες ὠκεανοῦ ἀρύονται, hoc et pro αἴρονται accipi potest et pro ἐρύονται, quod Vossius confirmat Hesychii glossa Ἄρυον εἷλκον, nec dissentit Eustathius 1159, 58. τὸ ἀρύω ἐκ τοῦ ἐρύω γίγνεσθαι δοκεῖ. Quippe *aquam trahere e puteo* idem est haurire et in Simonid. Fragm. LXXIII. 94. εἰρύεται ἁγνὸν ὕδωρ nihil differt ab ἀρύεται.[10]) Huic consimile ἀφύω, a quo Gram-

10) Verbum ἀρύειν, quod Hesychius varie interpretatur ἀντιλέγειν, βοᾶν, κελεύειν, Kuesterus ad γαρύειν refert. Neque idem esse videtur illud, de quo EM. 134, 12. ἀρά ἡ εὐχὴ παρὰ τὸ ἀρύειν τὸ καλεῖσθαι καὶ ἐφέλκεσθαι. Ἄρυε᾽ ἂν φύζειν. Hoc quidem poetae dictum non video quid significare possit nisi ἠρᾶσθε vel ηὔχεσθε ἂν φυγεῖν.

matici *ἀφύσσω* repetunt, non legitur nisi compositum *ἐξαφύω*. Sed longe diversum est in Hipp. de Affect. Intern. p. 498. T. II. ed. Lips. p. 553. Foes. de aegroto quodam *ἐρεύγεται πυκινὰ καὶ ἀλγέει τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον ἀφύει*, quod quum Galenus ita enarrat *Ἀφύει ἀπολευκαίνεται καὶ ὥςπερ ἀφύης τὸ χρῶμα ἴσχει*, indicium praebet hoc loco verbum imitativum scriptum fuisse *ἀφυᾷ apuae colorem imitatur*, cujus forma cum *ἐγγύη ἐγγυᾶν*, sententia cum *κορυνιᾶν*, *μολυβδιᾶν* similibusque congruit. Numne *ἀφθᾷ* ad illum locum conveniat, viderint medici. — *Ἀπὸ τοῦ ἔργον ἀργαλέος ὡς ἔπω ἀπύω* Schol. Plut. v. 1. et Sch. Lips. ad Il. II. 413. quod non improbabile videtur praesertim si nomen intercessit *ἦπυς* ut *γῆρυς*. *Πιδύω* EM. non absurde cum *πηδάω* componit; nam germanice quoque *πῖδαξ* vocatur *Spring* et *Sprint*, et Latini aquam *salire* dicunt ut Euripides Bacch. 705. *ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς*, et Hippocrates de Humor. 129. T. I. *ἡ γαστὴρ διίει τὴν τροφὴν ὥςπερ ὕδριον νέον διαπηδᾷ, παλαιούμενον στέγει* i. e. *οὐ διαπιδύει*, neque multum abest quin Hesiodum Pegasi nomen falso interpretari contendam; id enim nomen non *fontanum* significare videtur sed *salium* ut *Πήδασος*, quomodo equus Achillis vocatus est. *Κωλύω* qui cum *κόλος* et *κολούω* comparant, non ab re consulere videntur. Vocum naturalium vocabula *κωκύω*, *ὠρύομαι*, *ἐπωρύω* ad regulam etymologiae exigere haud obstinamus. Sed *μηρύω* quoque desperandum est. Num *μηνύειν* ab EM. recte ad *μνᾶσθαι* referatur, in dubio relinquam. *Ἰνύεσθαι κοσμεῖν ἱδρύνεσθαι* Hes. fortasse ab *ἵζω* deflexum est ut *ἱδρύω*, quod praecipue de imaginum consecratione et exornatione dici solet; eidemque Hesychio pro *Ἴννοιεν καθέζετο* reddendum suspicor *ἴννυεν*, cui adjunctum est *καθίννυσθαι* sive *καθίγνυσθαι* v. Aglaoph. 646.

Hactenus loquutus sum de verbis, quorum origo aut a nominibus ducta aut ambigua est. Qua parte absoluta restat illud genus quod uno et certo tramite a verbis descendit assumta in hoc transitu litera *ν*. Ab hoc autem sejungi non possunt verba in *νμι* exeuntia. Etsi enim *ὀμόργνυμι*, *ὀρέγνυμι*, *δέχνυμαι*, *πτάρνυμαι* et alia nunquam in *νω* deflectuntur, nihilo secius regulae instar est quod Theodosius dicit

p. 196. *ἡ τετάρτη συζυγία τῶν εἰς μι ἀπὸ τῆς ἕκτης τῶν βαρυτόνων ζευγνύω ζεύγνυμι, κεραννύω, κεράννυμι*, quam terminationem notum est ab Atticistis praeferri: *ἡ τετάρτη συζυγία τῶν εἰς μι προτιμοτέρα τοῖς Ἀττικοῖς τοῦ βαρυτόνου* Thom. 229. *ἀποκτειννύναι ἀττικῶς, ἀποκτιννύειν ἑλληνικῶς* Moer. *ὀμνύναι μᾶλλον ἢ ὀμνύειν ὡς ζευγνύναι καὶ τὰ ὅμοια* Phot. *ζευγνύασι καὶ κτιννύασι καὶ δεικνύασι· τὸ δὲ ζευγνύουσι καὶ τὰ ὅμοια κοινά* Thom. etc. Horum igitur verborum quatuor sunt fontes; a verbis bisyllabis, quorum terminationem (ω) praecedit vocalis; a verbis hyperdisyllabis, quorum stirps consona terminatur accinente vocali brevi; tertius ab his quae diphthongum in penultima habent; quartus a verbis non puris. Primo generi tres sunt subjectae species pro numero conjugationum circumflexarum. A verbis primae conjugationis sive usitatis sive thematicis *ἐννύω, σβεννύω, βδέννυμαι*. Ab altero ordine unum *χρηννύναι*, si sequimur Criticorum conjecturam qui hoc in Theophr. Char. V. (VI. ed. Schneid. XXI. Ast.) ex codd. vestigiis *χρὴ νῦν ἀεί* reposuerunt; ab obsoletis *τάω* et *στάω* processerunt *τείνω* ut *κτάω κτείνω* et *ἱστάνω*, hinc per misturam quandam *τανύω* et *στανύω* in Inscript. Cret. A tertio *χώννυμι*, quod ut manifestum est ab usitato *χόω* derivatum esse, ita quae Etym. Gud. 315, 38. et Theogn. II. 159. huic adjungunt *ζωννύω, ῥωννύω, στρωννύω, σωννύω, τρωννύω* non a *τρώω, ῥώω* sed a brachyparalectis repeti consentaneum est quamvis maximam partem ab usu remotis. Verba secundi generis sunt *σκεδαννύω* sive *σκεδάννυμι, πετάννυμι, κεράννυμι, κρεμάννυμι*, quae primitivorum locum occuparunt, duoque a verbis primae conjugationis, unum *κορέννυμι* Hes. quo multo usitatius est *κορέω*, alterum *στορέννυμι*, nullum vero ab iis, quae futurum in *ησω* mittunt, *φιλήσω, τιμήσω*· nam *κατεκεντάνντο* in Pseudoluciani Philopatr. §. 4. assignandum est auctori barbaro; *Ἐπιπωμάννυμι* in Math. Vett. neque verbo neque nomini apte cohaeret. Haec omnia ante ypsilon habent duplex *νν*. Nam quae Eustathius p. 790, 59. in libris suis scripta invenit *ζωνύω, χωνύω*, hodie non comparent, neque consentanea sunt regulae EM. 251, 26. Epim. Cram. I. 111. *τὰ εἰς νυω εἰ μὲν διφθόγγῳ παραλήγονται, δι' ἑνὸς*

ἀμεταβόλου ἐκφέρεται, οἷον δαίω δαινύω· εἰ δὲ ἑνὶ φωνήεντι, διπλασιάζει ἔννύω, σβεννύω. Hoc δαινύω sive δαίνυμι pertinet ad tertium genus, cujus duo modo praeter hoc exempla ψαίνυμι τὸ ψωμίζω Hes. et εἰνύω, καταεινύω, ἐπείνυμαι, quorum usus minime frequens, primitiva ψαίω, εἴω perispomenis ψάω, ἔω apta sed prorsus ignota sunt. Ab horum vero norma aberrat γάνυμαι, cujus futurum γανύσσομαι et aoristus Ἐγάνυσαν ἐκόσμησαν χαρῆναι ἐποίησαν Hes. ad praesens γανύω respectat, hoc autem, si viam directam sequimur, ad γαίνω ut τανύω ad τείνω (τιταίνω) sed demonstrari nihil potest praeter γαίω. Quartum genus oritur a verbis non puris qua usitatis qua imaginariis οἴγω οἰγνύω οἴγνυμι, πλέκω πλέγνυμι, ἔργω ἔργνυμι, φώγω φωγνύω φώγνυμι — ἄγνυμι (καταγνύω) δεικνύω, μιγνύω, ζευγνύω, πηγνύω, ἐκπλήγνυμι, ῥηγνύω, φράγνυμι — ἄχνυμαι, δέχνυμαι, quorum omnium consona principalis e numero est gutturalium; dentali subjunctam esse terminationem νυμι uno exemplo cognoscitur ἵζω καθίγνυμαι, ἐγκαθίγνυμαι et προσκαθίγνυμαι Hippocr. et Aret. labialibus nunquam adhibetur, non ita saepe liquidis ὀμνύω, θορνύω, ὀρνύω, ἄρνυμαι, πτάρνυμαι, eaque via etiam ὄλλυμι ortum putant ex ὄλνυμι conversum, quam assimilationem non summe necessariam fuisse probatur integro πίλναμαι.[11]) Horum prototheta partim usus reprobavit partim ratio, sed una tenuerunt εἴλω et εἰλύω omisso tertio εἴλυμι, nam εἴλυτο controversum est v. ad Buttm. p. 7. Liquidarum tertia invenitur in uno ἄνω ἀνύω ἄνυμαι. Nam καίνυμαι Grammatici quidem consentiunt a καίνω derivatum esse sed significatio parum similis. Verborum τίνυμι et κτίνυμι et scriptura fluctuat et disceptatur derivatio. Buttmannus ut a ζόω ζώννυμι sic a τίω τίννυμι propagatum censet. Verum verborum purorum, quae ancipitem in penultima habent, nullum huc deflexum reperimus et δίκην τινύς nequaquam idem quod τίων significat sed est τίνων poenam dans, nec τίνυμαι idem valet quod τίομαι sed, ut τίνομαι, poenam

11) Conjunctio literarum λν latino sermoni licita (alnus, ulna, balneum) a consuetudine graeca alienior fuit; nam πίλναμαι totum poeticum est.

exigo, quam significationem *τίομαι* non accipit nisi in futuro et aoristo. Quapropter *τίννμι* a *τίνω* derivatum dicitur et consona simplici scribimus ut Wolfius et novissimi editores. De altero Choeroboscus Cram. II. 233. *κτεινύω διὰ τῆς ει καὶ δι᾽ ἑνὸς τοῦ ν κατὰ παράδοσιν· τὸ δὲ ἀποκτιννύναι διὰ τοῦ ι καὶ διὰ δύο νν*, cujus distinctionis ratio non apparet, neque consentit Phrynichus p. 29. *ἀποκτινύναι δι᾽ ἑνός ν*, sed optio anceps quia nullum est exemplar cui perfecte respondeat. Si a *τίνω τίννμι* normam petimus, *κτείννμι* probandum erit a *κτείνω* ductum; si *φώγω φώγννμι* conferimus, rectius videbitur *κτείννυμι*, quod qui propter diphthongum duplici *νν* praemissam minus probabant, iis promtum erat vel *κτείνυμι* scribere vel *κτίννυμι*. Postremo loco ea producenda sunt, quorum cognatio cum verbis circumflexis manifesta, sed proportio manca est, *αἱρέω, αἴννμαι, κινέω ὑποκινύω* [12]) *κίνυμαι*, cujus si primitivum *κίνω* in usu esset, prorsus nihil differret a *τίνω τίννμι*. Cum *ἀγρέω* conjugatum est participium defectivum *ἀγρυμένη* capta in Anthol. — Verborum in *νιω* tria affert Theognostus 149, 4. *ἀλνίω, μεθνίω, ὀπνίω*, quod Arcadio restituendum p. 165. pro *ἀρπνίω* (non *ἀπνίω*, quod Ahrensius Dor. p. 509. probavit) idque unum ad propositum nostrum pertinet quippe in commune receptum idemque paragogum ab *οἴφω*.

§. 5. Catalexis *ωω* non reperitur in verbis derivatis nisi affectis. Etenim verba secundae et tertiae conjugationis, quorum nativa forma amphimacri mensuram habet (nam pleraque trisyllaba sunt) metro adaptari non possunt nisi penultima, quae in utroque genere brevis est, producta, id quod poetae non uno modo efficiunt. Verborum enim, quae natura in *οω* terminantur, *ο* micron mutatur in *ω*, de quo postmodo dicetur. Eorum quae in *αω*, duplex est conformatio; aut enim alpha, quod nisi brevitatem exuat, contractionem effugere non potest, non contractum transit in longum *ἀναμαιμάει, πει-*

12) Quint. IV. 510. *ἵπποι ποιπνύεσκον — πόδας δ᾽ ὑπεκίνυον αὖτως·* nisi *ὑπεκίνεον* scripsit.

νάων, διψάων [13]) cujus generis unum apud posteriores reperitur λυσσάων Apollinar. Ps. IX. 48. aut eodem alpha cum syllaba finali in ᾱ vel ω contracto, vocalis prothetica protenditur, alpha in alpha longum μενοινάᾳ, ἠγάασθε, μνάασθε, quae Homeri peculiaria sunt, ο micron in ω μενοινώω, μαιμώωσι, μαιμώων apud Homerum, hisque similia apud alios: διψώω Nonn. Par. XI. 57. XIX. 149. διψώων Dion. XVII. 91. ἠβώων Quint. XII. 272. μαιμώων Theocr. XXV. 253. ἀμώων Apollon. III. 1382. Anth. IX. n. 362. v. 25. Nonn. V. 38. XII. 335. λυσσώων XXXVI. 449. Anth. V. 266. λιχμώων Nonn. XXVI. 197. quorum originem declarat Schol. Hesiod. Sc. 210. ἐν ταῖς μετοχαῖς ἡ ἐπένθεσις τοῦ ω, εἰ μὲν ἔχει τὴν παραλήγουσαν (προπαραλήγουσαν) βραχεῖαν, βραχύνει καὶ τὸ πρῶτον ο, οἷον τηλεθόων, φυσιόων· εἰ δὲ μακράν, ἐκτείνει καὶ ἀμφότερα, αὐδώων, qui intempestive quidem epenthesin appellat sed quid velit apertum est, nempe αὐδώων dici pro αὐδόων, hoc autem ex αὐδῶν ortum esse, in quod αὐδάων contractum est. Obliquorum casuum triplex est vicissitudo. Nam ab homerico πεινάων Oppianus Hal. V. 5. et Tryphiodorus 196. recta declinarunt πεινάοντα, quo exemplo non satis defenditur librorum nonnullorum scriptura μαιμάοντο Dionys. 1156. cetera autem verba aut praesentis parenthesi et ectasi amplificati exemplum sequuntur ut ab ἀμώω ducitur ἀμώοντες Apollon. III. 1187. μαιμώοντες Opp. Hal. IV. 93. V. 375. Quint. I. 177. II. 203. III. 20. IV. 241. XI. 301. μενοινώοντες Apollon. IV. 1253. λυσσώοντα Apollinar. Ps. LIV. 7. ἠβώοντα Silent. Ecphr. 289. (156.) ut a ζώω ζώοντα. Aut pro ο brevi recipiunt longum ἠβώωντες Quint. II. 328. Opp. Hal. V. 471. λιχμώωντες Quint. V. 40. VI. 200. Nonn. XXII. 30. μαιμώωντες Quint. I. 620. II. 110. III. 307. IV. 217. XIV. 17. quod ad μαιμώωντες eandem proportionem habet, quam μαιμώω habet ad μαιμόω. Sed in his libri multifariam discrepant, nec minor Criticorum dissensio. Prae ἠβώωντα Aristarchus probavit ἠβώοντα v. Spitzner. ad XXIV. 609.

13) Hinc patet defendi posse ἀμάειν Hesiod. Scut. 392. sed complures codd. ἀμᾶσθαι praebent; ἠβάοις nonnulli Theogn. 1229. (877.) pro ἠβώοις.

cui adstipulatur Goettlingius de Acc. p. 101. alterum tuetur Nitzschius ad Od. X. 5. idemque Apollonio vindicat Wellauerus ad IV. 29. et 1255. Nonno Graefius *διψώωντες* scribens XVII. 114. *ἠβώωντος* II. 577. XXIV. 188. *αὐχμώωντα* XXVI. 108. XXXV. 119. *ἀμώωντα* 267. *λυσσώωντα* XL. 87. *λιχμώωντα* XXXII. 140. quibus omnibus locis editt. veteres ō micron praebent praeter *λιχμώωντες* XXII. 30. intactum vero reliquit *αὐχμώοντα* XLVII. 153. Pro *μαιμώοντα*, quod summo codicum plurimorum consensu sustentatur, Planudes Anth. XIV. 98. edidit *μαιμώωντα*, cui Jacobsius p. 806. comparat *γελώωντες* Od. XVIII. 111. sed et hoc in libris nonnullis *γελώοντες* legitur, quod Bekkerus praetulit; et sive sic scribitur sive illo modo, a caeteris dupliciter differt, quod syllaba prima brevis et quod secunda in arsi posita est. Codicum in hac causa exigua est auctoritas, sed praeferimus scripturam Aristarcheam, non quo alterius ratio reddi non possit, sed quia simplicior videtur et homerico *μνώοντο* similior. Femininis ex tribus illis formis una deest; nam quod masculino *διψάων* respondet *διψάουσα* Tryph. 548. Wernickius jure posthabuit veteri scripturae *διψώουσα* quod legitur in Nonn. XXXVI. 199. et huic similia *αὐχμώουσα* XXXVII. 421. *λυσσώουσα* XLVI. 320. *ἠβώουσα* Joann. Gaz. Ecphr. I. 40. Nonn. XII. 299. quod Graefius suo periculo in *ἠβώωσα* mutavit ceteris parcens, et legitur hoc *ἠβώωσα* XLII. 296. Joann. Ecphr. I. 90. *ἀμώωσα* Nonn. VII. 31. Apollinar. LXXVIII. 105. *λιχμώωσα* Quint. VI. 213. *μαιμώωσα* Apollon. II. 269. *λυσσώωσα* Nonn. XLVIII. 884. *διψώωσα* XLVIII. 590. *αὐχμώωσα* Joann. Ecphr. II. 123. pro quo in cod. *αὐχμώουσα* scriptum ut v. 40. *ἠβώουσα* pro *ἠβώωσα*. Hoc vero et *μαιμώωσα* apud Homerum ipsum leguntur, illud semel hoc bis sine ulla aut librorum dissensione aut Grammaticorum. Schol. Od. IV. 1. *κητώεις καὶ ὠτώεις καὶ κηώεις καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐκτείνει τὸ ō διὰ τὸ εἶναι τὸ πρὸ αὐτῆς μακρὸν, ὥςπερ τὸ ἠβώωσα. Καὶ τὸ τηλεθόωσα συμικρύνει διὰ τὸ εἶναι τὴν πρὸ αὐτῆς συλλαβὴν βραχεῖαν*, unde intelligitur in EM. 113, 50. *ἀντιόωσα ποιητικῷ πλεονασμῷ τοῦ ō ὡς βοόωσα, γελόωσα· τὸ τηλεθώωσα* (sic) *δὲ καὶ τὸ μαιμώωσα μόνον διὰ τοῦ ω̄ μεγάλου*, post *τηλεθόωσα* excidisse id quod a Schol. dicitur

et alterum ectasis exemplum *ἠβώωσα*. His concinunt tertiae personae pluralis *ἠβώωσι* Oppian. Hal. I. 474. pro quo in cod. Prag. *ἠβώουσι* legitur, *ἐφορμιώωσι* II. 94. *αὐδώωνται* I. 378. sed alterum flexum sequitur *ἀνηβώουσι* Apollinar. CIII. 66. ab *ἀνηβώω* declinatum sine illa triplici ambage synaeresis, epenthesis et ectasis. Postremo optativus *ἠβώοιμι* Hom. integre derivatus est a corrupto *ἠβώω*. Num igitur ut *ζάω* in *ζώω* sic *μνάομαι* in *μνώομαι* transformatum an, quia *μνόωντο* versum vitiat, pro hoc *μνώοντο* substitutum est vocalibus trajectis? Idem quaeritur de *τεχνώοντο* Sibyll. I. 97. *αὐδώονται* et *ὁρμιώονται*, quae cod. Pragensis Opp. Hal. I. 776. et 598. pro *αὐδώωνται* et *ὁρμαίνονται* (cod. Reg. *ὁρμιώωνται*) praebet, deque *μαιμιώοντο* Dion. 1156. quod in nonnullis libris *μαιμιώωντο* scribitur, pari utrumque bonitate. Sed probabilior videtur metathesis, non solum in indicativis sed etiam in participio *μνωομένη* Hom. et quae posteriores addiderunt *ἀλωώμενος* Dion. 702. Maneth. III. 122. VI. 445. Quint. XIV. 269. Nonn. XXIII. 27. XLII. 269. Anth. IX. 408. *ὁρωομένη* Anth. IX. 103. *κυκωομένη* quod Graefius reposuit Nonn. IX. 336. et *βιωμένη* a Meinekio reductum Mosch. II. 13. pro quo *βιαιομένη* dici poterat, pro illis mutato verborum ordine *ἀλοώμενος* etc. sed non libitum est.

§. 6. Cum praesentibus illis secundae conjugationis EM. 237, 35. compingit subjunctivum aoristum tertiae: *τὸ ἅλῶ, ἠβώω ἢ ἐπαύξησιν χρονικὴν ἔχει ἢ πλεονασμὸν τοῦ ω̄*, significans *ἁλώω* vel ex distracto *ἁλόω* extitisse protenta vocali parenthetica vel ex contracto *ἁλῶ* longa litera vacanter addita. Sed pleonasmum accentus non admittit. Hoc aoristi exemplum unicum est, saepius vero praesens huc deflectit, cujus eae personae quae in *ω̄* exeunt, ambiguae sunt; nam utrum *ὑπνώω* ex *ὑπνόω* extiterit an sine ulla hujusmodi praemunitione natum sit, ex forma ipsa non cognoscitur. Byzantii quidem doctores *ὑπνώω* non eodem loco habent quo *μαιμώω*. Philemo in Rhemat. §. 67. p. 277. et Planudes in Bachmanni Anecd. T. II. 42. postquam edixerunt verbis secundi ordinis, si antepenultima brevis sit, breve interponi *ο̄* *ὀρώωντες*, sin longa, longum *μαιμώωντες*, continuo addunt *τό γε μὴν ἱδρώοντες καὶ ὑπνώοντες οὐκ ἀπὸ περισπωμένων*

θεμάτων ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἱδρώω καὶ ὑπνώω βαρυτόνων ποιητικῶν καὶ αὐτῶν — καὶ κατὰ τὰ βαρύτονα κλίνεται ὑπνώεις καὶ ἡ μετοχὴ ὑπνώοντος. Et ad hanc sententiam nos adigit epicorum tertiae aetatis, quae cum Caesaribus incessit, auctoritas: *ὑπνώεις* Nonn. V. 415. XI. 331. XX. 44. *ὑπνώει* Opp. Cyn. III. 51. Anth. X. n. 16. v. 7. *ὑπνώεσκε* Quint. X. 191. *ὑπνώειν* IX. 524. Nonn. XXXI. 190. et quod mirabilius est in oratione numeris soluta *ἱδρώει* Lucian. Dea Syr. §. 10. et 17. quibus accedunt duo passivae formae verba *ἀμβλώεσθαι* Maxim. v. 215. et Nonno familiare *χολώομαι* XLVIII. 720. *χολώεται* V. 447. XV. 362. XXVI. 130. XLVII. 339. *χολώεο* XXXI. 152. *χολωόμενος* V. 437. IX. 246. XIII. 462. Anth. Plan. N. 128. De participio verborum in $\overline{\alpha\omega}$ desinentium quod dixi, idem convenit ad hoc genus; nam nominativi una est forma *ἱδρώων* Nonn. X. 380. *ὑψώων* Apollinar. Ps. IX. 26. obliquorum duplex *κυρτώοντε* Hes. Scut. 234. pro quo in Med. *κυρτώωντε* scriptum est, *ὑπνώοντες* Nic. Ther. 433. et 546. Bion. III. 1. Orph. Arg. 561. Anth. VII. 202. IX. 378. et 765. Opp. Cyn. I. 517. Hal. II. 657. Nonn. V. 498. XVIII. 205. XXXIV. 89. XL. 404. XLVIII. 531. Orph. H. LV. 9. *κυκλώοντα* Apollinar. Ps. III. 10. *ἱδρώοντα* Apollon. IV. 1284. Opp. Cyn. I. 532. Quint. V. 56. VI. 106. Nonn. X. 382. Sibyll. I. 58. quibus se admiscet prosae ionicae scriptor Hippocrates, si vera est scriptura *ἐφιδρώοντι* Prorrh. I. 160. T. I. Coac. p. 255. T. J. non *ἐφιδροῦντες* ut p. 162. vel *ἐφιδρῶντες* ut p. 166. et aliis locis. Sed quae cum *ἀμώωντα* et similibus comparari possint, paucissima reperiuntur in hoc numero, *ὑπνώωντα* Apollinar. Ps. LXXVII. 145. *ἱδρώωντες* Nonn. IX. 268. quod in uno Vindob. scriptum est II. VIII. 543. discrepans duobus aliis Homeri exemplis. Et feminina positio saepius huc inclinat quam illuc: *ἱδρώουσα* Anth. IX. 534. Nonn. V. 482. XV. 284. *ὑπνώουσα* Mosch. II. 24. Quint. I. 664. XIV. 275. Nonn. XLVIII. 525. quare videndum ne *χεῖρας ἐρετμώωσα* VII. 185. vitio affectum sit; alibi *χεῖρας ἐρετμώσασα* legitur XXXIV. 246. *ἠερίους κενεῶνας ἐρετμώσασα* XIV. 3. *ἐρετμώσας πορείην* XXXIII. 191. Interim tertia quoque persona numeri pluralis plerumque quidem similis est tertiae singularis *ὑπνώει*, *ὑπνώουσι* Maneth. I. 82. Quint.

I. 604. Coluth. 342. *ἱδρώουσι* Opp. Hal. II. 450. *κυκλώουσιν* Apollinar. LXXXVII. 37. sed ecce etiam *ὑπνώωσι* Quint. XII. 45. Quod si recte se habet, triplici modo affectum est, primum trope dorica, ut dici solet, qua *ὑπνοῦσι* in *ὑπνῶσι* mutatum est, dein parenthesi vocalis systoechae, unde *ὑπνόωσι* emersit ut *ὁρόωσι*, tertio ectasi *ὑπνώωσι*. Verum *ὑππνώουσι* breviore via derivatum censeo a positione prima *ὑπνώω*, *ὑπνώεις* etc. cujus secunda vocalis non nativa quidem est (nam *ὑπνόω* dicitur ex analogia) sed tamen longe altius insidet quam in verbis secundae conjugationis, *ἀμώω* etc. quorum nullum declinatur in *ωεις*, *ωει*. Et hac ratione etiam homericum *ὑπνώοντα* explicandum videtur, de quo secus sentit Buttmannus in Gramm. T. I. 483. ex *ὑπνοῦντα* primum factum esse *ὑπνόοντα* et altera vicissitudine *ὑπνώοντα*. Verum enim propius est praesens *ὑπνώω*, quo Homerum usum esse sane demonstrari non potest, sed eo quod Buttmannus posuit *ὑπνόοντα* ne potuit quidem uti. Neque fore puto qui *χολοῦμαι* principio in *χολῶμαι*, hoc vero per epenthesin in *χολόωμαι*, postremo trajectis vocalibus in *χολώομαι* conversum dicat; quam metathesin verbis primae classis *ἀλώομενος* etc. non denegavimus. Verum praeter mutationem vocalium brevium in longas verba utriusque classis etiam aliis remediis versui accommodata sunt, uno prorsus singulari *γελοίωντες*, Od. XX. 390.[14]) cui quae Eustathius assimulat, *ἀγνοιῆσαι*, *ἀλοιῆσαι*, omnino similia non sunt, neque unquam factum est ut vocalis parenthetica in diphthongum verteret, *ὁρόω* in *ὁροίω*. Ea causa fuisse videtur cur nonnulli illo loco *γελώωντες* scriberent. Alterum praebuit interpositio vocalis iota syllabam conficiens. Nam quibus *φυσῶντες* dicere non libuit, *φυσόωντες* non licuit, iis praeter *φυσώωντες* suppetebat *φυσιόωντες*, quo Homerus utitur, pro *ὠχρῶν ὠχριόων* Paul. Sil. Soph. 641. *παρὰ τὸ γλαυκὸς γίνεται ῥῆμα παραγωγὸν γλαυκῶ καὶ γλαυκιόω* EM. 233, 24. qui *γλαυκᾷν* significare videtur non *γλαυκοῦν*, quod significationem factitivam habet ut *λευκοῦν*, *ἐρυθροῦν*. Ex altero genere huc pertinet *κυρτιόωντες* Maneth. IV. 119. pro *κυρτοῦντες*.

14) *Γελόωντες* codd. Harl. et Vind. *γελοιῶντες* Harl. in marg.

significant. Sed Ῥεμφάξῃ ῥυγχωθήσῃ Hes. cui subjacet nomen ῥέμφος, praesens ῥεμφάζομαι habere videtur. Quod idem refert Ῥαφάσσει πλανᾶται nescio quid similitudinis habet cum ῥέμβεσθαι. Sed Καμάσσειν σείειν, unde κάμαξ profectum videtur ut a δονέω δόναξ.[2]) Κοράσσειν ὀρχεῖσθαι, Ῥαιφάσσειν ἀγνεύειν et alia aeque tenebricosa silentio transeo.[3])

§. 2. Quatuor verborum in εσσω exeuntium, quae ex Theognosti libello attuli in Parall. 438. unum πυρέσσω paronymon est, alterum κυνηγέσσω commenticii simile, tertium ἀηθέσσω ab ἀηθέω ductum sicut quartum ἐρέσσω ab insolito ἐρέω repetivimus, quo duo alia ducunt ἐμέττω vomo in Gloss. Graecol. et τελέσσω, quod EM. 381, 24. Siculis tribuit. A barytono ἄλθω non solum ἀλθαίνω declinatum est sed etiam ἀλθέσκω, si quidem futurum ἀλθέξομαι et nomen ἄλθεξις ad hoc praesens pertinent, quae in libris Hippocratis et Aretaei saepius per alpha scripta inveniuntur. Tria sunt, quae eta in paralexi habent, homericum ἐγρήσσω, syntheta ἐφεδρήσσω et παρεδρήσσω, quibus epici posteriores utuntur pro ἐφεδρεύω et παρεδρεύω, tertiumque θωρήσσω, quod si inebriandi significationem habet, Grammaticorum nonnulli diverse scribere instituerunt: θωρήσσειν ἀπὸ τοῦ θώρηξ, θορίσσειν δὲ ἤγουν μεθύσκειν μικρὸν τὸ ι ἀπὸ τοῦ θόριξ ὁ ἄκρατος οἶνος Sch. Hes. Scut. 198. τὸ θώρηξις τινὲς μὲν διὰ τοῦ ω καὶ η γράφουσι, τινὲς δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ ἀπὸ τοῦ θόρω τὸ πηδῶ ὡς φοινίσσω, δειδίσσω Excc. Cram. III. 401. Eodem modo aliquoties ἐφεδρίσσειν scriptum est et contrario errore λαπήττειν τὸ ψεύδεσθαι pro λαπίττειν. Ὀρήσσοντα φυλάσσοντα et Ὠρήσσονται φυλάσσονται Hes. Suid. pro futuris irrepserunt. Iota Theognostus II. 143. quatuor verbis tribuit, δειδίσσω, ἐνίσσω, δρομίσσω, αἰνίσσω, quorum duo modo posteriora ad hunc paragogorum locum pertinent; sed δρομίσσω testatum non est, nec δρωμίσσω

2) Eadem ratione a κράδη derivatum est κραδαίνω, a synonymo κλάδος Κλαδάσαι σεῖσαι Hes.

3) Grammaticorum inventa sunt δοάσσω et τιθάσσω in EM. αἰχμάσσω Eust. 1292, 19. ταλάσσω 995, 25.

legitur praeter Hesychium eoque plus suspicionis habet quod ne *δρωμάω* quidem satis stabilitum videtur. His vel ejectis vel procrastinatis succedunt primum verbalia: *ἄΐσσω παρὰ τὸ ἄω τὸ πνέω* Eust. 592, 32. et certiora *εἴλω εἰλέω ἑλίσσω, σύρω συρίττω*, hoc majore quam illud significationis discrimine a primitivo sejunctum. Deinde paronyma *τυλίσσω* cum synthetis *ἀνατυλίσσω, διατυλίσσω, ἐντυλίσσω, περιτυλίσσω*, quorum si unum in carminibus legeretur, sciri posset utrum a *τύλος* derivatum sit an a *τύλη*, cujus penultima longa; *μέλι μειλίσσω, κέρας κυρίσσω*, quod Thomas attice dici perhibet pro *κερατίζω, φόνος φοινός φοινίσσω, θέμις θεμίσσω*, quibus subjici possunt glossae Hesychianae *Δηρίττειν ἐρίζειν, Φαλίσσεται λευκαίνεται* a *φαλός*, unde *φαλύνειν* et *φαρύνειν* i. q. *λαμπρύνειν*, et *φαληριᾷν.*[4]) Homericum *θρυλίχθη* non satis patet utrum praesens habeat *θρυλίσσω*, quod Eustathius ponit, an *θρυλίζω*, cujus alius quidem est intellectus in H. H. in Merc. 488. nam hic de stridore chordarum dicitur, *θρυλλίχθη* autem non ut *θρῦλος*, unde derivatum est, de sono dicitur sed pro *ἐθράυσθη*, quomodo deuteroparagoga saepius ad significationem principii sui replicantur transmisso medio. *Συρίττειν* et *συρίζειν* Grammatici non tam intellectu quam genere dicendi disterminant, illud atticum dicentes, hoc vulgare v. ad Phryn. 192. sed ex Atticorum scriptorum locis cognoscitur hos *συρίττειν* et *ἐκσυρίττειν* de sibilantibus dicere consuesse, poetas vero tragicos *συρίζειν* usurpare de cantu fistulae. Nec satis caute Suidas *Αἰνίζω καὶ αἰνίσσω τὸ ἐν παραβολαῖς λαλῶ*, nam illud epici asciverunt pro *αἰνῶ*, *αἰνίσσομαι* vero verbum consuetum est significatione diversa. Tarentinorum dialecto adscripta sunt *λακτίσσω, σαλπίσσω*, Cretensi *θεμίζω*, idemque fortasse discrimen fuit inter *Θωμίζει δεσμεύει* Phot. et quod Hesychius eodem modo interpretatur *θωμίσσει. Θυμιχθεὶς πικρανθείς* Hes. ad *θυμίζομαι* pertinere videtur, quo nescio an Graecorum aliqui pro *θυμοῦμαι* usi fuerint. Sed *ἀφρίσσειν*, quo idem utitur s. *Φαλίττεται*, forsitan sermo vulgaris

4) *Λαγαρίττεται μειριεύεται, Ψαλίττεται ἁμιλλᾶται* (*ψαλὶς ἡ ταχεῖα κίνησις*) et alia aeque obscura.

structura est ut versui heroico nullo modo adaptari possint velut ἀντιάζω, εὐδιάζω, ὀκριάζω, ἰχθυάζω, σκεπάζω, σκιάζω, σταλάζω, ὀργιάζω substituerunt vocaliora illa, quae supra exposui, ἀντιόω, ἰχθυόω etc. Sed eosdem non raro animadvertimus hac terminatione usos esse ubi evitari poterat verbis aliter collocatis et ex eo concludimus utriusque formae promiscuum fuisse usum εἰλυφόων εἰλυφάζων, σκοπιαζέμεν διασκοπιᾶσθαι, ἰσάσκετο ἰσάζουσι [1]) βιάζετε βιόωντο, οὔτασκε οὐταζε, quae apud Homerum leguntur, apud alios χνόαων χνοάζων, et quae ad metri rationem admodum nihil differunt σκοπίασκε et saepius ἐσκοπίαζε apud Quintum v. Spitzner. de Vers. her. 209. αὐδῆσαι et αὐδάξαι etc. [2]) Multorum vero diversi exitus diversum intellectum faciunt. Nam βιβᾷν, λιπᾷν, σιγᾷν significationem intransitivam habent, βιβάζειν [3]) λιπάζειν, σιγάζειν factitivam, idemque discrimen interdum obtinet in verbis ἀνιᾷν et ἀνιάζειν, πελᾷν et πελάζειν, nec omnibus locis idem valent ἀγαπᾷν et ἀγαπάζειν, αἰθριᾷν et αἰθριάζειν, πειρᾷν et πειράζειν, longissime vero differunt ἀγορᾶσθαι et ἀγοράζειν. Alia diversis generibus scribendi distributa sunt. Etenim pro puris quae poetae frequentant, sermo communis adoptavit barytona: ἀτιμάζω, βιάζομαι, εὐδιάζω, σεληνιάζω, [4]) θοινάζω, σκεπάζω, χλοάζω, vel etiam alio deflexit ὑφάω ὑφαίνω, κρεμάω κρεμάννυμι etc. Sed interdum contra accidit; nam γειτνιᾷν, πειρᾷν, ἀκροᾶσθαι, λιχμᾶσθαι in prosa praevalent; πειράζειν Moeris nominatim damnat. Et nonnullis scriptores promiscue utuntur αἰτιᾶσθαι et αἰτιάζεσθαι. De duabus reliquis con-

1) Nonnus constanter σκοπίαζε XXXII. 111. XXXVII. 269. Idem ἰσάζοντο XXVIII. 30. non ἰσάσκοντο, quo nemo post Homerum usus est, et διχάζομαι III. 33. XXVIII. 30. XXXVI. 456. Man. IV. 7. Joann. Ecphr. II. 284. non διχόω vel διχαίω.

2) Ἀερτάσσειε Nonn. X. 303. correctoris est; alibi ἀερτῆσαι legitur. Φοιβάσουσι Lycophro dixit 1166. pro φοιβήσουσι *purgabunt* et vicissim τὰ φοιβαθέντα Liban. Decl. T. IV. 33. pro φοιβασθέντα vaticinia; sed hic praestat φανθέντα in marg. scriptum. Λινοπτᾷν Hesychius interpretatur λινοπτάζειν, idemque affert ἐπωπᾷν, ἐπωπάζειν et ὠπάζεσθαι, pro quo Oppianus ὠπήσασθαι dixit.

3) Synonyma facere videtur Thomas διεβίβων καὶ διεβίβαζον.

4) Manetho non σεληνιάζοντα scripsisse videtur sed σεληνιόωντα.

ἀπινύσσω, quorum illud epenthesi crevit ut a πτύω πιτύσσω, sed compositi analogia nequaquam in clara luce posita est. Ad explicandum φορυτός cogimur etymo uti, quod Eustathius 799, 10. fingit φορύω, idque 1917, 42. dicit prototypon esse τοῦ τε φορύνειν καὶ τοῦ φορύσσειν. Utrumque autem Hesychius iisdem verbis explanat: Φορύνει φυρᾷ μολύνει, Φορυσσέμεναι μολῦναι, et hoc rursus utitur in interpretando Μεμορυχμένα μεμολυσμένα et in Φολύνει μολύνει καταπίμπλησι [6]) quibuscum consentit Herodianus Epim. 252. μολύνω καὶ φορύνω τὸ αὐτό, hisque omnibus supervenit ϑολύνω i. q. ϑολόω, cui origo est a ϑολός sive ὁλός. Ita nescias utrum haec verba ut similem significationem ita etiam commune fundamentum habeant ὁλός praepositione consonantium ϑ, φ, μ varie auctum, an alia aliunde orta sint, ac μολύνω quidem a μόρον morum rubi unde Liberi Patris cognomentum Μόρυχος ductum putant ἀπὸ τοῦ τὸ πρόςωπον μολύνεσθαι γλεύκει καὶ σύκοις· μορύξαι γὰρ τὸ μολῦναι cf. Preller. ad Polem. 110. φορύνω autem et φορύσσω a φύρω vel proxime a nomine φόρυς δακτύλιος ὁ κατὰ τὴν ἕδραν ut Μολυνίη ἡ πυγή Hes. Ab alio nomine in υς exeunte Schol. Nic. Al. 81. χελύσσεται διὰ τὴν χέλυν τὴν ἀναφορὰν ποιεῖται βήσσων καὶ Ἱπποκράτης ἀναχελύσσεται, quod in Erotiani et Galeni Gloss. minus recte ἀναχελύνεται et ἀναχελλεύεται scribitur, dorice vero χελούειν βήσσειν Hes. hoc est χελύειν, sicut idem χανύειν et χανύσσειν interpretatur uno verbo βοᾷν. [7]) Sic ἀλύσσω Grammatici, quos antea appellavi, ab ἀλύω ortum putant sed Sch. Il. XXII. 70. παρὰ τὴν ἀλύν. Ἐλύσσει εἰλεῖται Hes. nihil habet, cui inniti possit, praeter verbum ἑλύω, unde ἔλυτρον involucrum. At κορύσσω non verbo se applicat sed nomini κόρυς ita tamen ut pro significatione,

---

6) Sic ut germanice dicitur *voll machen* pro κηλιδῶσαι. Et versa vice Oppianus Cyn. I. 380. ἔχις πεφορυγμένος ἰοῦ usurpavit pro ἐμπεπλησμένος.

7) Pro χηνυστεῖς βοᾷς vel χηνύσσεις scribendum est vel magis ex ordine χηνυστρεῖς· nam praecedunt Χηνύστρα ἡ χάσμη, Χηνυστρᾶσθαι χασμᾶσθαι, quibus affine χήνημα καταμώκευμα ab eodem χαίνω ductum et χηνῆσαι καταμωκήσασθαι. Illi simile est καλιστρεῖν.

qua nomen circumscriptum est, assumat generalem τοῦ κορυφῶσαι extollere ut μόδιος κορυστός cumulatus. Λαφύσσω duabus quasi ancoris sustentatur, verbo λάπτω [8]) et nomine Λαιφύς βορός Hes. cujus diphthongum refert λαιφάσσω. Αἰθύσσειν ἀνακαίειν Hes. cum αἴθω et αἶθος pariter junctum est, βλαβύσσειν βλάπτειν Hes. cum βλάπτω et βλάβη, doricum δωρύττομαι cum δωρέομαι et δῶρον, θωύσσω cum θοός et θοάζω, [9]) ἰθύσσω, si recte ita scriptum est, [10]) cum ἰθύς et ἰθύω, πλανύττω cum πλανῶμαι et πλάνη, quodque Suidas affert interpretatione subtracta στωβύσσω et Hesychianum στηβύσσω ἀδολεσχῶ cum στόβος στοβέω στοβάζω una complexione devinctum est. Sed alia propter verbi defectum paronymis adnumeranda sunt δριμύσσω, λαβρύσσω i. q. λαβρεύω, ἐκ τοῦ πτέρον πτερύσσω Cram. I. 355. πτερύσσομαι volo Lycophr. 1106. cujus aoristum exhibet Hesychius Ἐπτερύγη ἀνέπτη. [11]) A μόρμος et μόρμορος id est φόβος profecta sunt μορμύσσομαι, μορμολύττομαι et μορμορύζω, a synonymo τάρβος ταρμύξασθαι, a φλῆνος Φλανύσσει φλυαρεῖ Hes. cui simile θρανύσσω confringo (nam id haud dubie praesens est aoristi θρανύξαι) speciem habet a θρᾶνος acceptam sed significationem a verbo ut Θρανεύεται συντρίβεται et Τεθράνευται κατακέκλασμαι ἀπὸ τοῦ θραύω Hes. pro quo Euripides συντεθράνωται dixit; quae omnia nomine aequiparabili carent; nam diversum est θρᾶνος, unde ἡ βύρσα σου θρανεύσεται Aristoph. Δορύσσειν labefactavit Bergkius in duobus locis pro δορύσσοντες metri causa e codd. reponens δορυσσόητοι. Syntheton unum reperi ἐμφαρύξασθαι sive ἐμφαρύγξασθαι (ut σαλπίγξω) cum nomine φάρυγξ compositum ut ἐνστερνίζεσθαι, ἐνωτίζεσθαι. Quomodo a μάρμαρος ductum est μαρμαρίζω, sic a conjugato

8) Λαφύσσει λάπτει· τῶν κατὰ μίμησιν ἡ λέξις Sch. Il. XVII. 64.

9) In Eur. Med. 1309. θρηνῶ κἀπιθοάζω μαρτυρόμενος δαίμονας, alterum verbum, quod Schol. ἐπιφθέγγομαι interpretatur, ab ἐπιθωύσσω non longe abest.

10) Καὶ νόον ἰθύσσων—ζωοτύπος μόρφωσε—κούρας Joann. Gaz. Ecphr. II. 260.

11) Πτέρυσις id est πτῆσις in Aetii loco, quem Schneiderus ad Aristot. T. IV. p. 86. e MS. edidit, scribae vitium est pro πτέρυξις.

μαρμαίρω processit *μαρμαρύσσω* et *ἀμαρύσσω*. Hinc traducor ad illud genus verbalium, quod a similitudine primitivi longius abstractum est: *ἀπὸ τοῦ σκαίρειν καὶ τὸ σκιρτᾷν καὶ τὸ σκαρδαμύττειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἴρηται* Schol. Il. XIII. 443. quod non inepte conjectum videtur; namque creber et palpitans motus, qui illo verbo exprimitur, non dissimilis est nictationis; *nictantia fulmina* Lucretius dixit VI. 181. quae germanice appellantur *zuckende Blitze*. *Δατύσσω*, quod Hesychius *λαφύσσω ἐσθίω* interpretatur, e marg. Harl. receptum est in Aret. Diut. II. 13, 175. *ὅπως δατύσσεσθαι εἴη ut cibum capere possint elephanti* pro *ἐντύσσεσθαι*, quod tres codd. praebent nemini cognitum; ex utroque autem conficiendum est *ἐνδατύσσεσθαι* idem significans quod *ἐνδατεῖσθαι* hoc est *ἐμφαγεῖν* vel ut Schol. Soph. Trach. 793. *σφοδρῶς ἐσθίειν* quasi frequentativum verbi *δάσασθαι*, quod in EM. exponitur *φαγεῖν*. *Δαδύσσεσθαι ἕλκεσθαι σπαράσσεσθαι* Hes. a *δαΐζειν* traductum est interposito delta ut *δαίω δαιδάλλω*. Duo hujus generis parum dextre tractavit Ruhnkenius Ep. Crit. p. 86. *λατύσσω*, inquit, *prima et origine et notione nihil magnopere discrepat* ab *ἀτύζω, sicut λαφύσσω nihil ab ἀφύσσω*. De hoc supra actum est; verbi *λατύσσειν* interpretationes antiquitus traditae *πτερύσσεσθαι, νήχεσθαι, τινάσσειν* etc. omnes redeunt ad unam notionem plangendi et plaudendi ut aves aerem alis, pisces aquam pinnis plaudunt, unde patescit illud et cum latinis hisce cognationem habere et cum graecis *πλήσσω, πλατύς, πλατυγίζω* hoc est *τοῖς πτεροῖς κρούω*, germanicisque *platt, plaetten, plaetschern* v. Proll. 304. *Βδελύσσομαι* et *βδελυχρός* cum vocabulis foetoris *βδεῖν, βδύλλειν, βδόλος* ita omnibus partibus conveniunt ut de etymo nulla disceptatio esse possit, nec minus aperta contagia verborum ab Hesychio compositorum *Σπαλύσσεται σπαράσσεται, Ψαινύσσειν ῥιπίζειν, Ψαινύζειν καταψύχειν διὰ ῥιπισμοῦ, Ψαίρειν τινάσσειν ῥιπίζειν*, quorum prototypa sunt *σπάω* et *ψάω*.[12]) Nec mihi falli videntur qui *κηρύσσω* a

12) Ab eodem *σπάω* fortasse non solum spinarum nomina *ἀσπάλαθος* et *σφάλαξ*, sed etiam verba *σφαλάσσειν* i. e. *τέμνειν κεντεῖν* Hes. et *Φαλύσσεται καταῤῥήσσει*.

γηρύω natum suspicantur. Ἀμύσσω Eustathius 924, 41. ab ἀμῶ, EM. ab αἷμα, alii ab ἀϊμός, unde αἱμασιά, ductum putant, quorum nihil satis probatum est. Sed venio nunc ad ultimam vocalium: *Τὰ διὰ τοῦ ωσσω πάντα διὰ τοῦ ω γράφεται πτώσσω, ῥώσσω, ἀμβλυώσσω, τυφλώσσω, ἀγρώσσω, ὑπνώσσω, λιμώσσω, νεώσσω* Theogn. II. 143. quibus desunt non pauca; primum *Ἀκρώσσει ἀκροᾶται, ἐκών οὐχ ὑπακούει, προσποιεῖται* Hes. quod quasi deminutivum dici potest verbi *ἀκροᾶσθαι*, et *Ἀλεώσσει μωραίνει*, tum *ἰδρώττειν* (omiss. in Th.) Galen. Comm. III. Prorrh. p. 778. T. XVI. Sch. Arist. Ranu. 236. *ἰκτερώσσω* i. q. *ἰκτεροῦμαι* (om. in Th.) Cram. Epim. I. 26. nam sic scribendum est pro *ἰκταρώσσω*, postremo *κρυμώσσω* et *ὀφρυώττω ὑπερηφανεύομαι* Zonar. 1490. cui idem valent *ὀφρυάζειν* et *ὀφρυοῦσθαι*, postremo *κικυμώττω* a *κικυμίς* vel *κικκάβη* derivatum et *τιθαιβώσσω*, quod per ignotos tramites a *θάω* nutrio deductum videtur. [13]) Ceterorum origo manifestior, vel a nominibus ut a *βούλιμος βουλιμώττω* et *βουλιμιῶ* vel a verbis *ἀγνοῶ ἀγνώσσω*, *ἀκροῶμαι ἀκρώσσω*, *ἀγρῶ ἀγρώσσω*, vel utrinque apta *λαιμός λαιμιῶ λαιμάζω λαιμάσσω* et *λαιμώσσω*.

§. 4. Num Graeci eadem verba in σσω et σκω terminare licitum habuerint difficilis est cognitio propter raritatem exemplorum. De duobus, quae ad Buttm. p. 60. apposui, unum *ἀλθέσσω* et *ἀλθήσκω* parcius legitur quam ad dijudicandum satis est; pro homerico *ἐπίνυσσε* Hesychium *ἐπίνυσκε* scriptum invenisse animadvertit Ruhnkenius Ep. 37. Schol. Il. XV. 10. *Ἀριστοφάνης κῆρ ἀπινύσκων· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ διὰ τῶν δύο σσ. Ἐξαμβλώσκω* e Dioscoride attuli ad Phryn. 210. quo multo frequentius est *ἐξαμβλώττω*, *ἀμβλώττω*, *ἀμβλίσκω*. *Σελάσκων λάμπων* Theogn. Cram. II. 11, 18. rectene scriptum sit an pro *σελάσσων*, dubium reddit multiplex antecedentium corruptio: *σέβετος ὁ*

13) In Theogn. Cram. II. 10, 22. ubi enumerat vocabula quae diphthongum αι in prima habent *εἰ δὲ (ἔτι δὲ) καὶ τὸ παιφάσσω καὶ τὸ παίπαλον τὸ τραχύ, παιπαλώσσω τὸ παίζω* scribendum est *καὶ παιπαλόεσσα, καὶ τὸ παίζω.*

κοχλίας pro σελάτης, σέβαλα ἡ ἔκπληξις p. σέβασμα, σεύελις p. σέσελι, σελασμός ἡ ἀλαζονεία p. σελλισμός. Nec saepe terminationes σκω et ζω eidem verbo adaptantur ut ἐμφανίσκω quod semel inventum est et ἐμφανίζω, στερίσκω et στερίζω (ἀποστερίζω) γενειάσκω et γενειάζω, quorum illud inchoativi similius, hoc pro γενειῶ, aliterque discreta syntheta ὑπογενειάζειν τὸ ἅπτεσθαι τοῦ γενείου, ὑπογενειάσκειν δὲ τὸ ἄρτι ἐξανθεῖν τὸ γένειον Herodian. Philet. p. 443. alterum enim a nomine proficiscitur, alterum a verbo γενειᾶν. In tribus N. T. locis pro ἐκγαμίσκονται codd. complures γαμίζονται praebent et pro γαμίσκοντα in Callicratidae fragm. Stob. LXXXV. 18. p. 182. quod de viro dictum est nuptias ineunte Valckenarius corrigit γαμησείοντα, sed praeteriit quod non multo post sequitur p. 183, 14. αἴκα τις— ἀκμάζουσαν γαμίσκῃ hoc est γαμῇ, ceteraque fere omnia a verbis circumflexis derivata eandem cum illis significationem habent, πωτάσκεται in Orac. Chald. XXVIII. p. 23. τρωπασκέσθω μεταβαλλέσθω Hes. et alia ad Buttm. p. 60.[14]) collata. Ὀφλίσκουσι Suidas fortasse ex epimerismis sumsit quasi primitivum verbi ὀφλισκάνω. Terminationis οσκω exemplum nullum praeter Hesychianum φυγόσκειν φεύγειν, cui non plus fidei tribuo quam sequenti φυτοσμῶν (sic) φεύγων. Eorum quae ypsilon in penultima habent uni ἀλύσκω deest primitivum ἀλύω sed damnum supplet ἐξαλύω in hymno hom. Quae sequitur vocalis in uno paragogorum apparet ἀμβλώσκω, si quidem id ut plerisque veterum videtur, ab ἀμβλύς declinatum est suppresso ypsilo, quod Nicander etiam conjugato ἀμβλώσσω i. q. ἀμβλυώσσω seu ἀμβλυωπέω detraxit. Si vero singulari quodam syncopae genere ex ἀναβάλλω ortum est, quod Suidas significare videtur Ἀμβλίσκειν προβάλλειν κυήματα v. ad Aj. p. 97. not. et ad Buttm. 111. ad longe alium locum pertinet. Ab ἀμβλυώσσειν aliisque ejusdem potestatis verbis τυφλώττειν, κικυμώττειν et novitio τζιμπλώττειν differt ἰλλώπτειν, quod non compositum est ut Wyttenbachius censet ad Plut. de discrim. Adul. p. 433. sed a composito ἴλλωψ derivatum, ut a γόργωψ γοργώψασθαι

14) Ibi consulto omisi Ἰάσκειν ἄγειν Hes. et alia aeque obscura.

v. ad Phryn. 607.[15]) Ἐνιλλώττειν vero merito rejicitur in Thes. Sed non suspecta habeo Θαλυσσόμενος φλεγόμενος et Θαλύψαι θάλψαι πυρῶσαι Hes. v. Prolegg. 345. neque negem ab ἀμαλός et ἀμαλάπτω duci potuisse et quod Hesychius praebet ἀμαλάττω πορθῶ, nam sic saepius variantur affinia κορύπτω κυρίσσω, quod attice dicitur pro κερατίζω, Ἀλεώσσει μωραίνει et Φαλίπτει μωραίνει ab uno themate ἠλός ἠλεός ἠλίθιος ἀλεόφρων et aspirata auctum Φαλόν μωρόν Hes. Verum praeter has solitas et ordinarias paragogas, quas jam absolvimus, reperiuntur quaedam singulae singulis verbis attributae ab ἄγω ἀγινέω, ἀτέω ἀτέμβω v. Diss. II. c. II. §. 1. δίω δίομαι διώκω, ὄρομαι ὀροθύνω, εἴλω ἀλίω ἀλίνδομαι ut κυλίω κυλίνδω, sed verbum alexandrinum ἀλισγέω, quod Lennepius ab eadem stirpe, Coraes vero ab ἀλίνω derivatum putat v. Diss. V. §. 3. a recondito fonte manavit unde ἄλερος et ἀλαρύνω v. Prolegg. 262.

Proximum est ut nomina ab unoquoque verborum genere propagata recenseantur. Verum hujus disputationis pars ea quae ad paragogas pertinet, in aliis librorum meorum tractata est. Quo facto restant ea quae omnia praesentis usitati elementa nec plus minusve continent.

---

15) Ab altera terminatione γόργοψ, quae cum αἰθίοψ, κύκλοψ convenit, duci potuit γοργοπιᾷν et Ἐγοργοπίασκεν ἀτενὲς ἔβλεπε Hes. quod verbum epicum esse ostendit terminatio, nec repugnat augmentum; quod vero Dindorfius in Thes. reponit ἐγγοργωπίασκεν, versui reclamat.

LIBER TERTIUS

DE

NOMINIBUS VERBALIBUS.

significant. Sed Ῥεμφάξῃ ῥυγχωθήσῃ Hes. cui subjacet nomen ῥέμφος, praesens ῥεμφάζομαι habere videtur. Quod idem refert Ῥαφάσσει πλανᾶται nescio quid similitudinis habet cum ῥέμβεσθαι. Sed Καμάσσειν σείειν, unde κάμαξ profectum videtur ut a δονέω δόναξ. [2]) Κοράσσειν ὀρχεῖσθαι, Ῥαιφάσσειν ἀγνεύειν et alia aeque tenebricosa silentio transeo. [3])

§. 2. Quatuor verborum in ε̄σσω exeuntium, quae ex Theognosti libello attuli in Parall. 438. unum πυρέσσω paronymon est, alterum κυνηγέσσω commenticii simile, tertium ἀηθέσσω ab ἀηθέω ductum sicut quartum ἐρέσσω ab insolito ἐρέω repetivimus, quo duo alia ducunt ἐμέττω vomo in Gloss. Graecol. et τελέσσω, quod EM. 381, 24. Siculis tribuit. A barytono ἄλθω non solum ἀλθαίνω declinatum est sed etiam ἀλθέσκω, si quidem futurum ἀλθέξομαι et nomen ἄλθεξις ad hoc praesens pertinent, quae in libris Hippocratis et Aretaei saepius per alpha scripta inveniuntur. Tria sunt, quae eta in paralexi habent, homericum ἐγρήσσω, syntheta ἐφεδρήσσω et παρεδρήσσω, quibus epici posteriores utuntur pro ἐφεδρεύω et παρεδρεύω, tertiumque θωρήσσω, quod si inebriandi significationem habet, Grammaticorum nonnulli diverse scribere instituerunt: θωρήσσειν ἀπὸ τοῦ θώρηξ, θορίσσειν δὲ ἤγουν μεθύσκειν μικρὸν τὸ ῑ ἀπὸ τοῦ θόριξ ὁ ἄκρατος οἶνος Sch. Hes. Scut. 198. τὸ θώρηξις τινὲς μὲν διὰ τοῦ ω̄ καὶ η̄ γράφουσι, τινὲς δὲ διὰ τοῦ ο̄ μικροῦ ἀπὸ τοῦ θόρω τὸ πηδῶ ὡς φοινίσσω, δειδίσσω Excc. Cram. III. 401. Eodem modo aliquoties ἐφεδρίσσειν scriptum est et contrario errore λαπήττειν τὸ ψεύδεσθαι pro λαπίττειν. Ὡρήσσοντα φυλάσσοντα et Ὡρήσσονται φυλάσσονται Hes. Suid. pro futuris irrepserunt. Iota Theognostus II. 143. quatuor verbis tribuit, δειδίσσω, ἐνίσσω, δρομίσσω, αἰνίσσω, quorum duo modo posteriora ad hunc paragogorum locum pertinent; sed δρομίσσω testatum non est, nec δρωμίσσω

2) Eadem ratione a κράδη derivatum est κραδαίνω, a synonymo κλάδος Κλαδάσαι σεῖσαι Hes.

3) Grammaticorum inventa sunt δοάσσω et τιθάσσω in EM. αἰχμάσσω Eust. 1292, 19. ταλάσσω 995, 25.

legitur praeter Hesychium eoque plus suspicionis habet quod ne *δρωμάω* quidem satis stabilitum videtur. His vel ejectis vel procrastinatis succedunt primum verbalia: *ἄΐσσω παρὰ τὸ ἄω τὸ πνέω* Eust. 592, 32. et certiora *εἴλω εἰλέω ἕλίσσω, σύρω συρίττω*, hoc majore quam illud significationis discrimine a primitivo sejunctum. Deinde paronyma *τυλίσσω* cum synthetis *ἀνατυλίσσω, διατυλίσσω, ἐντυλίσσω, περιτυλίσσω*, quorum si unum in carminibus legeretur, sciri posset utrum a *τύλος* derivatum sit an a *τύλη*, cujus penultima longa; *μέλι μειλίσσω, κέρας κυρίσσω*, quod Thomas attice dici perhibet pro *κερατίζω, φόνος φοινός φοινίσσω, ϑέμις ϑεμίσσω*, quibus subjici possunt glossae Hesychianae *Ληρίττειν ἐρίζειν, Φαλίσσεται λευκαίνεται* a *φαλός*, unde *φαλύνειν* et *φαρύνειν* i. q. *λαμπρύνειν*, et *φαληριᾷν*.[4]) Homericum *ϑρυλίχϑη* non satis patet utrum praesens habeat *ϑρυλίσσω*, quod Eustathius ponit, an *ϑρυλίζω*, cujus alius quidem est intellectus in H. H. in Merc. 488. nam hic de stridore chordarum dicitur, *ϑρυλλίχϑη* autem non ut *ϑρῦλος*, unde derivatum est, de sono dicitur sed pro *ἐϑραύσϑη*, quomodo deuteroparagoga saepius ad significationem principii sui replicantur transmisso medio. *Συρίττειν* et *συρίζειν* Grammatici non tam intellectu quam genere dicendi disterminant, illud atticum dicentes, hoc vulgare v. ad Phryn. 192. sed ex Atticorum scriptorum locis cognoscitur hos *συρίττειν* et *ἐκσυρίττειν* de sibilantibus dicere consuesse, poetas vero tragicos *συρίζειν* usurpare de cantu fistulae. Nec satis caute Suidas *Αἰνίζω καὶ αἰνίσσω τὸ ἐν παραβολαῖς λαλῶ*, nam illud epici asciverunt pro *αἰνῶ*, *αἰνίσσομαι* vero verbum consuetum est significatione diversa. Tarentinorum dialecto adscripta sunt *λακτίσσω, σαλπίσσω*, Cretensi *ϑεμίζω*, idemque fortasse discrimen fuit inter *Θωμίζει δεσμεύει* Phot. et quod Hesychius eodem modo interpretatur *ϑωμίσσει. Θυμιχϑεὶς πικρανϑείς* Hes. ad *ϑυμίζομαι* pertinere videtur, quo nescio an Graecorum aliqui pro *ϑυμοῦμαι* usi fuerint. Sed *ἀφρίσσειν*, quo idem utitur s. *Φαλίττεται*, forsitan sermo vulgaris

4) *Λαγαρίττεται μετριεύεται, Ψαλίττεται ἀμιλλᾶται* (*ψαλὶς ἡ ταχεῖα κίνησις*) et alia aeque obscura.

asciverit pro *ἀφρίζω*. — Verba in *οσσω* excludit Grammaticorum rubrica: *τὰ διὰ τοῦ σσ ῥήματα ἐξ φωνήεντα παραλαμβάνει, ἀλλάσσω, πυρέσσω, πτήσσω,*[5]) *δεδίσσω, ἀφύσσω, ἀγρώσσω· τὸ δὲ ο οὐκ ἔχει* Suid. s. *Δεδίσσω* et Cram. I. 26. cf. ad Phryn. 608.

§. 3. Ordo seriesque disputationis nos deduxit ad verba in *υσσω* exeuntia, quorum multa Technici a puris eadem vocali praefinitis repetunt: *ἀφύσσω ἐκ τοῦ ἀφύω ὡς ὑλάω ὑλάσσω, ὀδύω ὀδύσσω* Lex. de Spir. 231. Cram. I. 63. Eust. 68, 12. Postremi obliqua modo tempora innotuerunt *ὠδύσατο* et *ὀδώδυσται*, ex quibus forma praesentis non cognoscitur. *Ἀφύω* non legitur sed composita *ἐξαφύω* et *ὑπεξαφύω*, quibus cognatum esse *ἀρύω* similitudo significationis declarat non solum propriae sed etiam translatae ut Homerus dixit *διά τ' ἔντερα χαλκὸς ἤφυσε*, Virgilius vero *gladio latus haurit apertum* et similiter alii. Sed *ἀρύσσομαι* dubito an uno Herodoti loco, quem indicavi Diss. IV. §. 4. non satis munitum sit; nam *ἀρήρυγμαι* ne analogiae quidem examussim respondet v. ad Phryn. p. 32. Aliud huc adhibet Orion 65, 8. *καπύω καὶ καπύσσω ὡς ἀφύσσω*, sed ex aoristo *ἐκάπυσσε* non liquet quaenam fuerit terminatio praesentis, neque extat nomen, quo Hesychius illud refert *Κάπυς τὸ πνεῦμα* sed adjectivum ab eodem ante *Κάπος* allatum *Καπυκτὰ πνέοντα* a *καπύσσω* derivatum est. Plura ingerit Epim. Cram. I. 77. *ἀπὸ τοῦ ἀλῶ ἀλύω ὡς ἀνῶ ἀνύω· ἀφ' οὗ ἀλύσσω ὡς ὀρύω ὀρύσσω*, sed hoc *ὀρύω* commenticium est rectiusque Eustathii judicium 924, 41. *ὀρύσσω* ab *ὄρω* repetentis, unde *οὐρός* fossa v. Diss. IV. §. 4. Minus suspicionis habet *κινύω*, unde Schol. Aesch. Prom. 157. Eust. 472, 34. *κινύσσω* et *κίνυγμα* arcessunt. De *ἀτύω* hariolantur Grammatici supra citati Diss. XII. §. 4. *ἀτύω ἀτύσσω καὶ κατὰ παραγωγὴν ἀτύζω αἰολικῶς*, scilicet ut *ἀνάζω, ἐπιπλάζω, ἐμπάζω* aeolica perhibentur; *ἀτύσσω* autem fuit vetus scriptura a Schol. Od. XI. 606. commemorata. Cum *ἀφύω ἀφύσσω* Cram. I. 63. contendit *πινύω πινύσσω καὶ ἐξ αὐτοῦ*

5) Hoc non magis huc pertinet quam *πήσσω*, quod in Cram. l. c. substituitur, ipsumque *δεδίσσω*.

ἀπινύσσω, quorum illud epenthesi crevit ut a πτύω πιτύσσω, sed compositi analogia nequaquam in clara luce posita est. Ad explicandum φορυτός cogimur etymo uti, quod Eustathius 799, 10. fingit φορύω, idque 1917, 42. dicit prototypon esse τοῦ τε φορύνειν καὶ τοῦ φορύσσειν. Utrumque autem Hesychius iisdem verbis explanat: Φορύνει φυρᾷ μολύνει, Φορυσσέμεναι μολῦναι, et hoc rursus utitur in interpretando Μεμορυχμένα μεμολυσμένα et in Φολύνει μολύνει καταπίμπλησι [6]) quibuscum consentit Herodianus Epim. 252. μολύνω καὶ φορύνω τὸ αὐτό, hisque omnibus supervenit ϑολύνω i. q. ϑολόω, cui origo est a ϑολός sive ὁλός. Ita nescias utrum haec verba ut similem significationem ita etiam commune fundamentum habeant ὁλός praepositione consonantium ϑ, φ, μ varie auctum, an alia aliunde orta sint, ac μολύνω quidem a μόρον morum rubi unde Liberi Patris cognomentum Μόρυχος ductum putant ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον μολύνεσθαι γλεύκει καὶ σύκοις· μορύξαι γὰρ τὸ μολῦναι cf. Preller. ad Polem. 110. φορύνω autem et φορύσσω a φύρω vel proxime a nomine φόρυς δακτύλιος ὁ κατὰ τὴν ἕδραν ut Μολυνίη ἡ πυγή Hes. Ab alio nomine in υς exeunte Schol. Nic. Al. 81. χελύσσεται διὰ τὴν χέλυν τὴν ἀναφορὰν ποιεῖται βήσσων καὶ Ἱπποκράτης ἀναχελύσσεται, quod in Erotiani et Galeni Gloss. minus recte ἀναχελύνεται et ἀναχελλεύεται scribitur, dorice vero χελούειν βήσσειν Hes. hoc est χελύειν, sicut idem χανύειν et χανύσσειν interpretatur uno verbo βοᾶν. [7]) Sic ἀλύσσω Grammatici, quos antea appellavi, ab ἀλύω ortum putant sed Sch. Il. XXII. 70. παρὰ τὴν ἀλύν. Ἐλύσσει εἰλεῖται Hes. nihil habet, cui inniti possit, praeter verbum ἐλύω, unde ἔλυτρον involucrum. At κορύσσω non verbo se applicat sed nomini κόρυς ita tamen ut pro significatione,

---

6) Sic ut germanice dicitur *voll machen* pro κηλιδῶσαι. Et versa vice Oppianus Cyn. I. 380. ἔχις πεφορυγμένος ἰοῦ usurpavit pro ἐμπεπλησμένος.

7) Pro χηνυστεῖς βοᾷς vel χηνύσσεις scribendum est vel magis ex ordine χηνυστρεῖς· nam praecedunt Χηνύστρα ἡ χάσμη, Χηνυστρᾶσθαι χασμᾶσθαι, quibus affine χήνημα καταμώκευμα ab eodem χαίνω ductum et χηνῆσαι καταμωκήσασθαι. Illi simile est καλιστρεῖν.

qua nomen circumscriptum est, assumat generalem τοῦ κορυφῶσαι extollere ut μόδιος κορυστός cumulatus. Λαφύσσω duabus quasi ancoris sustentatur, verbo λάπτω [8]) et nomine Λαιφύς βορός Hes. cujus diphthongum refert λαιφάσσω. Αἰθύσσειν ἀνακαίειν Hes. cum αἴθω et αἶθος pariter junctum est, βλαβύσσειν βλάπτειν Hes. cum βλάπτω et βλάβη, doricum δωρύττομαι cum δωρέομαι et δῶρον, θωύσσω cum θοός et θοάζω, [9]) ἰθύσσω, si recte ita scriptum est, [10]) cum ἰθύς et ἰθύω, πλανύττω cum πλανῶμαι et πλάνη, quodque Suidas affert interpretatione subtracta στωβύσσω et Hesychianum στηβύσσω ἀδολεσχῶ cum στόβος στοβέω στοβάζω una complexione devinctum est. Sed alia propter verbi defectum paronymis adnumeranda sunt δριμύσσω, λαβρύσσω i. q. λαβρεύω, ἐκ τοῦ πτέρον πτερύσσω Cram. I. 355. πτερύσσομαι volo Lycophr. 1106. cujus aoristum exhibet Hesychius Ἐπτερύγη ἀνέπτη. [11]) A μόρμος et μόρμορος id est φόβος profecta sunt μορμύσσομαι, μορμολύττομαι et μορμορύζω, a synonymo τάρβος ταρμύξασθαι, a φλῆνος Φλανύσσει φλυαρεῖ Hes. cui simile θρανύσσω confringo (nam id haud dubie praesens est aoristi θρανύξαι) speciem habet a θρᾶνος acceptam sed significationem a verbo ut Θρανεύεται συντρίβεται et Τεθράνευται κατακέκλασμαι ἀπὸ τοῦ θραύω Hes. pro quo Euripides συντεθράνωται dixit; quae omnia nomine aequiparabili carent; nam diversum est θρᾶνος, unde ἡ βύρσα σου θρανεύσεται Aristoph. Δορύσσειν labefactavit Bergkius in duobus locis pro δορύσσοντες metri causa e codd. reponens δορυσσόητοι. Syntheton unum reperi ἐμφαρύξασθαι sive ἐμφαρύγξασθαι (ut σαλπίγξω) cum nomine φάρυγξ compositum ut ἐνστερνίζεσθαι, ἐνωτίζεσθαι. Quomodo a μάρμαρος ductum est μαρμαρίζω, sic a conjugato

8) Λαφύσσει λάπτει· τῶν κατὰ μίμησιν ἡ λέξις Sch. Il. XVII. 64.

9) In Eur. Med. 1309. θρηνῶ κἀπιθοάζω μαρτυρόμενος δαίμονας, alterum verbum, quod Schol. ἐπιφθέγγομαι interpretatur, ab ἐπιθωύσσω non longe abest.

10) Καὶ νόον ἰθύσσων — ζωοτύπος μόρφωσε — κούρας Joann. Gaz. Ecphr. II. 260.

11) Πτέρυσις id est πτῆσις in Aetii loco, quem Schneiderus ad Aristot. T. IV. p. 86. e MS. edidit, scribae vitium est pro πτέρυξις.

μαρμαίρω processit *μαρμαρύσσω* et *ἀμαρύσσω*. Hinc traducor ad illud genus verbalium, quod a similitudine primitivi longius abstractum est: *ἀπὸ τοῦ σκαίρειν καὶ τὸ σκιρτᾷν καὶ τὸ σκαρδαμύττειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἴρηται* Schol. Il. XIII. 443. quod non inepte conjectum videtur; namque creber et palpitans motus, qui illo verbo exprimitur, non dissimilis est nictationis; *nictantia fulmina* Lucretius dixit VI. 181. quae germanice appellantur *zuckende Blitze*. *Δατύσσω*, quod Hesychius *λαφύσσω ἐσθίω* interpretatur, e marg. Harl. receptum est in Aret. Diut. II. 13, 175. *ὅπως δατύσσεσθαι εἴη ut cibum capere possint elephanti* pro *ἐντύσσεσθαι*, quod tres codd. praebent nemini cognitum; ex utroque autem conficiendum est *ἐνδατύσσεσθαι* idem significans quod *ἐνδατεῖσθαι* hoc est *ἐμφαγεῖν* vel ut Schol. Soph. Trach. 793. *σφοδρῶς ἐσθίειν* quasi frequentativum verbi *δάσασθαι*, quod in EM. exponitur *φαγεῖν*. *Δαδύσσεσθαι ἕλκεσθαι σπαράσσεσθαι* Hes. a *δαΐζειν* traductum est interposito delta ut *δαίω δαιδάλλω*. Duo hujus generis parum dextre tractavit Ruhnkenius Ep. Crit. p. 86. *λατύσσω*, inquit, *prima et origine et notione nihil magnopere discrepat* ab *ἀτύζω, sicut λαφύσσω nihil ab ἀφύσσω*. De hoc supra actum est; verbi *λατύσσειν* interpretationes antiquitus traditae *πτερύσσεσθαι, νήχεσθαι, τινάσσειν* etc. omnes redeunt ad unam notionem plangendi et plaudendi ut aves aerem alis, pisces aquam pinnis plaudunt, unde patescit illud et cum latinis hisce cognationem habere et cum graecis *πλήσσω, πλατύς, πλατυγίζω* hoc est *τοῖς πτεροῖς κρούω*, germanicisque *platt, plaetten, plaetschern* v. Proll. 304. *Βδελύσσομαι* et *βδελυχρός* cum vocabulis foetoris *βδεῖν, βδύλλειν, βδόλος* ita omnibus partibus conveniunt ut de etymo nulla disceptatio esse possit, nec minus aperta contagia verborum ab Hesychio compositorum *Σπαλύσσεται σπαράσσεται, Ψαινύσσειν ῥιπίζειν, Ψαινύζειν καταψύχειν διὰ ῥιπισμοῦ, Ψαίρειν τινάσσειν ῥιπίζειν*, quorum prototypa sunt *σπάω* et *ψάω*.[12]) Nec mihi falli videntur qui *κηρύσσω* a

12) Ab eodem *σπάω* fortasse non solum spinarum nomina *ἀσπάλαθος* et *σφάλαξ*, sed etiam verba *σφαλάσσειν* i. e. *τέμνειν κεντεῖν* Hes. et *Φαλύσσεται καταῤῥήσσει*.

γηρύω natum suspicantur. Ἀμύσσω Eustathius 924, 41. ab ἀμῶ, EM. ab αἷμα, alii ab ἀϊμός, unde αἱμασιά, ductum putant, quorum nihil satis probatum est. Sed venio nunc ad ultimam vocalium: *Τὰ διὰ τοῦ ωσσω πάντα διὰ τοῦ ω γράφεται πτώσσω, ῥώσσω, ἀμβλυώσσω, τυφλώσσω, ἀγρώσσω, ὑπνώσσω, λιμώσσω, νεώσσω* Theogn. II. 143. quibus desunt non pauca; primum *Ἀκρώσσει ἀκροᾶται, ἑκών οὐχ ὑπακούει, προσποιεῖται* Hes. quod quasi deminutivum dici potest verbi *ἀκροᾶσθαι*, et *Ἀλεώσσει μωραίνει*, tum *ἰδρώττειν* (omiss. in Th.) Galen. Comm. III. Prorrh. p. 778. T. XVI. Sch. Arist. Rann. 236. *ἱκτερώσσω* i. q. *ἱκτεροῦμαι* (om. in Th.) Cram. Epim. I. 26. nam sic scribendum est pro *ἱκταρώσσω*, postremo *κρυμώσσω* et *ὀφρυώττω ὑπερηφανεύομαι* Zonar. 1490. cui idem valent *ὀφρυάζειν* et *ὀφρυοῦσθαι*, postremo *κικυμώττω* a *κικυμίς* vel *κικκάβη* derivatum et *τιθαιβώσσω*, quod per ignotos tramites a *θάω* nutrio deductum videtur.[13]) Ceterorum origo manifestior, vel a nominibus ut a *βούλιμος βουλιμώττω* et *βουλιμιῶ* vel a verbis *ἀγνοῶ ἀγνώσσω, ἀκροῶμαι ἀκρώσσω, ἀγρῶ ἀγρώσσω*, vel utrinque apta *λαιμός λαιμιῶ λαιμάζω λαιμάσσω* et *λαιμώσσω*.

§. 4. Num Graeci eadem verba in σσω et σκω terminare licitum habuerint difficilis est cognitio propter raritatem exemplorum. De duobus, quae ad Buttm. p. 60. apposui, unum *ἀλθέσσω* et *ἀλθήσκω* parcius legitur quam ad dijudicandum satis est; pro homerico *ἐπίνυσσε* Hesychium *ἐπίνυσκε* scriptum invenisse animadvertit Ruhnkenius Ep. 37. Schol. Il. XV. 10. *Ἀριστοφάνης κῆρ ἀπινύσκων· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ διὰ τῶν δύο σσ. Ἐξαμβλώσκω* e Dioscoride attuli ad Phryn. 210. quo multo frequentius est *ἐξαμβλώττω, ἀμβλώττω, ἀμβλίσκω. Σελάσκων λάμπων* Theogn. Cram. II. 11, 18. rectene scriptum sit an pro *σελάσσων*, dubium reddit multiplex antecedentium corruptio: *σέβετος ὁ*

13) In Theogn. Cram. II. 10, 22. ubi enumerat vocabula quae diphthongum αι in prima habent *εἰ δὲ (ἔτι δὲ) καὶ τὸ παιφάσσω καὶ τὸ παίπαλον τὸ τραχὺ, παιπαλώσσω τὸ παίζω* scribendum est *καὶ παιπαλόεσσα, καὶ τὸ παίζω.*

κοχλίας pro σελάτης, σέβαλα ἡ ἔκπληξις p. σέβασμα, σεύελις p. σέσελι, σελασμός ἡ ἀλαζονεία p. σελλισμός. Nec saepe terminationes σκω et ζω eidem verbo adaptantur ut ἐμφανίσκω quod semel inventum est et ἐμφανίζω, στερίσκω et στερίζω (ἀποστερίζω) γενειάσκω et γενειάζω, quorum illud inchoativi similius, hoc pro γενειῶ, aliterque discreta syntheta ὑπογενειάζειν τὸ ἅπτεσθαι τοῦ γενείου, ὑπογενειάσκειν δὲ τὸ ἄρτι ἐξανθεῖν τὸ γένειον Herodian. Philet. p. 443. alterum enim a nomine proficiscitur, alterum a verbo γενειᾶν. In tribus N. T. locis pro ἐκγαμίσκονται codd. complures γαμίζονται praebent et pro γαμίσκοντα in Callicratidae fragm. Stob. LXXXV. 18. p. 182. quod de viro dictum est nuptias ineunte Valckenarius corrigit γαμησείοντα, sed praeteriit quod non multo post sequitur p. 183, 14. αἴκα τις— ἀκμάζουσαν γαμίσκῃ hoc est γαμῇ, ceteraque fere omnia a verbis circumflexis derivata eandem cum illis significationem habent, πωτάσκεται in Orac. Chald. XXVIII. p. 23. τρωπασκέσθω μεταβαλλέσθω Hes. et alia ad Buttm. p. 60.[14]) collata. Ὀφλίσκουσι Suidas fortasse ex epimerismis sumsit quasi primitivum verbi ὀφλισκάνω. Terminationis οσκω exemplum nullum praeter Hesychianum φυγόσκειν φεύγειν, cui non plus fidei tribuo quam sequenti φυτοσμῶν (sic) φεύγων. Eorum quae ypsilon in penultima habent uni ἀλύσκω deest primitivum ἀλύω sed damnum supplet ἐξαλύω in hymno hom. Quae sequitur vocalis in uno paragogorum apparet ἀμβλώσκω, si quidem id ut plerisque veterum videtur, ab ἀμβλύς declinatum est suppresso ypsilo, quod Nicander etiam conjugato ἀμβλώσσω i. q. ἀμβλυώσσω seu ἀμβλυωπέω detraxit. Si vero singulari quodam syncopae genere ex ἀναβάλλω ortum est, quod Suidas significare videtur Ἀμβλίσκειν προβάλλειν κυήματα v. ad Aj. p. 97. not. et ad Buttm. 111. ad longe alium locum pertinet. Ab ἀμβλυώσσειν aliisque ejusdem potestatis verbis τυφλώττειν, κικυμώττειν et novitio τζιμπλώττειν differt ἰλλώπτειν, quod non compositum est ut Wyttenbachius censet ad Plut. de discrim. Adul. p. 433. sed a composito ἴλλωψ derivatum, ut a γόργωψ γοργώψασθαι

14) Ibi consulto omisi Ἰάσκειν ἄγειν Hes. et alia aeque obscura.

v. ad Phryn. 607.[15]) Ἐνιλλώττειν vero merito rejicitur in Thes. Sed non suspecta habeo Θαλυσσόμενος φλεγόμενος et Θαλύψαι θάλψαι πυρῶσαι Hes. v. Prolegg. 345. neque negem ab ἀμαλός et ἀμαλάπτω duci potuisse et quod Hesychius praebet ἀμαλάττω πορθῶ, nam sic saepius variantur affinia κορύπτω κυρίσσω, quod attice dicitur pro κερατίζω, Ἀλεώσσει μωραίνει et Φαλίπτει μωραίνει ab uno themate ἠλός ἠλεός ἠλίθιος ἀλεόφρων et aspirata auctum Φαλόν μωρόν Hes. Verum praeter has solitas et ordinarias paragogas, quas jam absolvimus, reperiuntur quaedam singulae singulis verbis attributae ab ἄγω ἀγινέω, ἀτέω ἀτέμβω v. Diss. II. c. II. §. 1. δίω δίομαι διώκω, ὄρομαι ὀρθύνω, εἴλω ἀλίω ἀλίνδομαι ut κυλίω κυλίνδω, sed verbum alexandrinum ἀλισγέω, quod Lennepius ab eadem stirpe, Coraes vero ab ἀλίνω derivatum putat v. Diss. V. §. 3. a recondito fonte manavit unde ἄλερος et ἀλαρύνω v. Prolegg. 262.

Proximum est ut nomina ab unoquoque verborum genere propagata recenseantur. Verum hujus disputationis pars ea quae ad paragogas pertinet, in aliis librorum meorum tractata est. Quo facto restant ea quae omnia praesentis usitati elementa nec plus minusve continent.

---

15) Ab altera terminatione γόργοψ, quae cum αἰθίοψ, κύκλοψ convenit, duci potuit γοργοπῆν et Ἐγοργοπίασκεν ἀτενὲς ἔβλεπε Hes. quod verbum epicum esse ostendit terminatio, nec repugnat augmentum; quod vero Dindorfius in Thes. reponit ἐγγοργωπίασκεν, versui reclamat.

LIBER TERTIUS

DE

NOMINIBUS VERBALIBUS.

Pars I.

De nominibus primae declinationis.

§. 1. Hanc viam ingredientibus statim occurrit vox ad ordiendum auspicatissima ἀή sive aeolicum ἄα aurora Musis amica, cujus genitivo ἄας Boeoti, ut Lexicographi docent, adverbii loco usi sunt pro εἰς αὔριον ut ἔνας pro εἰς τρίτην, eundemque casum, Zenodotus Homero impegit Il. VIII. 470. pro ἠοῦς scribens ἄας hoc est ἅμα ἡμέρᾳ. Ἠώς autem neque ab αὔω τὸ φωνῶ (ut κλυτὸς ὄρθρος) derivatum videtur, neque ab αὔω τὸ λάμπω Sch. Oppian. Hal. I. 154. Eust. 1814, 36. sed ab ἄω τὸ πνέω, sicut pars noctis postrema ἄγχαυρος dicitur ὅτι περὶ τὸν ὄρθρον αἱ αὖραι πνέουσι Sch. Apoll. IV. 10. et Ἐναύρῳ πρωΐ Hes. Ad αὔω τὸ φωνῶ pertinet αὔα ἡ φωνή et ἄβωρ ἡ βοή Hes. aeolicum, ut videtur et ex parte laconicum. Idem affert Λάη ἡ μάχη obliteratum illud praevalentibus paragogis δάϊς et δῆρις. Θέα τὸ βαρύτονον ὅπερ οἱ Συρακούσιοι θάα λέγουσι Theognost. II. 102, 21. unde duplex derivatorum flexus θεάομαι et θαέομαι. Sed Ῥάας ῥεύματα Hes. suspiciosum facit enallage vocalis, qua nullum verbi ῥέω inclinamentum contingitur. Cum μνάω connexum est μνέα sive μνεία cf. Prolegg. 45. cum obsoleto γάω, cujus formam repraesentat perfectum γεγάμεν, nomen γέα sive γέη ab Hesychio contestatum. De genitivo defectivi ἐάων notum est quanta opinionum dissensione certatum sit; id Goettlingius ad Theog. 664. nominativo ἔη subjicit eamque vocem a verbo substantivo ductam *omne quod est in rerum natura* significare statuit; quod si ita se habet, ἔη idem valet quod οὐσία, τὰ ὄντα. Trisyllabum unum est ἀλέη ἡ ἔκκλισις ab ἀλέομαι vel ἀλεύομαι subtracta vocali insiticia ut ἀκοή ἐκ τοῦ ἀκούω Arc. p. 103. Sed fit etiam ut iota extrinsecus addatur, γάω γαῖα EM. quae

Philoxeni conjectatio, si non omnino hoc genus divinationis aspernamur, haud damnanda videtur; [1]) χειά ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι τὸ χωρῆσαι Schol. Il. XXII. 93. [2]) quod Lehrsius de Arist. p. 146. inter Aristarchi periculose dicta refert. Verum tamen Προχέα ἡ πρόφασις Hes. haud facile est aliunde repetere quam synonymon προχάνη hoc est a themate a quo χάος et χάσκω aliaque hiandi et vacandi vocabula orta sunt v. Diss. I. §. 1. Sic etiam ἀπὸ τοῦ χρέω γίνεται χρέα καὶ χρεία πλεονασμῷ τοῦ ῑ̄ ὡς χρέος καὶ χρεῖος EM. 814, 28. nec impedit Choeroboscus Cram. II. 227. χρεία παρὰ τὸ χρέος, nam neutrorum quoque, ut postea demonstrabitur, origo verbalis. Ἔνδεια ab ἐνδεής derivatum est ut εὐκλεής εὔκλεια, quod EM. cum illo contendit, sed a verbo δέω simplex δεία i. q. ἔνδεια, et quod Grammatici huic adjungere solent λεία doricumque λαία [3]) vergit in viciniam verbi λάω (λαμβάνω). Plerumque tamen epsilon transmutatur in ο̄, ῥοή, χοή, vel in οῑ, πνοιή, nec vero in ω̄ ut in EM. 26, 19. dicitur ἀπὸ τοῦ ζῶ ζωή ὡς ἰῶ (scr. ἰῶ) ἰωή, ἡ ἐκπεμπομένη βοή, θῶ τὸ καταβάλλω θωή ἡ ζημία, nam ἰωή onomatopoeticum est ut ἴα clamor, neque ex homerico loco σοὶ θωὴν ἐπιθήσομαι liquido apparet nomen ductum esse ἀπὸ τοῦ θέσθαι, ut Eustathius censet 1441, 36. poetam παρετυμολογεῖν ratus. Verborum quarti ordinis (nam tertius vacat) duo modo nominibus fingendis materiam praebuere ψίω ψιά ἡ ψῆφος Sch. Apoll. II. 1172. ut a ψάω ψῆφος, δίω Δεδείαι δειλίαι Hes. [4]) quod δεδίαι scribendum est ut δειδία νύξ σκοτία Suid. παρὰ τὸ δεινόν Eust. 1724, 1. ac si verum est nomen ἡμέρα proprie placidam significare v. Parall. 359. et *mane* bonum, consentaneum videtur noctem intempestam ab horrore δειδίαν

1) Quod addit μῶ μαῖα, hoc nomen naturale videtur ut μᾶ et μάμμη.

2) Quae sequuntur verba εἰς αὐτὰς γὰρ μηχανῶνται etc. aliquanto rectius scripta sunt in EM. 809, 52. Paragogon χηραμά Schol. Nic. Th. 55. eodem modo explicat παρὰ τὸ χεῖσθαι καὶ χωρεῖσθαι ἐν αὐτοῖς.

3) Utriusque similitudo suspectam reddit Hesychii glossam Ἐπὶ λέαν ἐπὶ λῃστείαν, sed literarum series tuetur.

4) Durum foret corrigere δέδιε δειλιᾷ.

appellatam esse. Verborum in $\overline{ow}$ exeuntium unum ζόω nomen progenuit, ζόη, quod Sch. Eur. Hec. 1084. et Eust. 411, 1. parum apte ad ζέω referunt, cujus nulla cum ζόω societas fingi potest. Diphthongi exemplum suppetit unicum ἀκουή, cui EM. 50, 10. ἀκοή praefert: τὰ γὰρ εἰς ω καθαρὰ (καθαρὸν) λήγοντα βαρύτονα τὴν παραλήγουσαν ἐν τοῖς ῥηματικοῖς βραχεῖαν ἔχει. Nec multa sextae vocalis; a thematico πύω substantivum πύη semel inventum Aret. Diut. I. 8. πύη καὶ φθίσις, nam quod sequitur ἐμπύη ἥδε τοὔνομα in codd. scriptum est ἔμπυοι οἵδε τοὔνομα sc. ἔχουσιν, et poeticum φυή. Ῥύα ex Aeliani loco, quem notavi ad Phryn. p. 492. nunc sublatum est. Quaeque Grammatici ingerunt δύη παρὰ τὸ δύω Eust. 1835, 57. et λύη ἀπὸ τῆς λύσεως Schol. Il. VIII. 240. eorum alterum nullam, alterum pertenuem cum verbo similitudinem habet; nam λύσις nunquam dicitur pro στάσις. Sed θυῖα qua proprium qua appellativum non actionem significat sed personam ab aeolico θυίω ductum. Ἤπύη φωνή Hes. fieri potest ut ἠπύς scripserit vel ἦπυς, nam quae cum ἠπύω consonant verba ἀλύω, ἀχλύω etc. a nominibus in $\overline{υς}$ orta sunt. Ultima classe continentur oxytona ζώω ζωή, σώομαι σωή ἡ ἐφορμὴ καὶ φορά Hes. s. Εὔσωτρον, tertiumque ἐρωή παρὰ τὸ ῥώω ὡς ζώω ζωή EM. 380, 34.

§ 2. Hinc pergimus ad propagines verborum non purorum. Hic nihil aut ordine prius aut memoriae praesentius est quam βουλή, cujus synonymon Δήλη ἡ βουλή nisi Hesychius excitasset, in oblivione jaceret itidem ut Δάλα λύμη a δήλομαι. Non ultra Homerum descendit πάλλα ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι Eust. 1554, 31. Diutius vero perduravit οὐλή παρὰ τὸ οὔλω EM. et δείλη a δείλομαι, si quidem vincit Aristarchea scriptura δείλετο. Post eum increbuit βδέλλα vocali verbi βδάλλω leniter inflexa [5]) et Στέλλα ζῶσμα Hes. a quibus desciscit nomen ramentorum pulveris, quae in lumine solis per januam fenestramve trajecto conspiciuntur, [6]) ἃ δὴ τίλας τινὲς καλοῦσι Plut. Symp. VIII. 3. si id a τίλλω factum est nomen. Trisyllaba duo sunt, ἀπειλή ἀπὸ τοῦ

5) Hesychius Ἐβδηλάμην — βδάλλειν τὸ ἀμέλγειν, ὅθεν ἡ βδέλλα.
6) Τὰ καλούμενα ξύσματα ἐν τῷ ἀέρι Arist. de An. I. 2.

ἀπείλλειν ὅ ἐστιν ἀπείργειν EM. 120, 51. cujus contrariam sententiam infra adscribam, et ὀφειλή, quod idem in Xenophontis libro de reditibus reperiri ait, sed hodie numeratur inter idiotismos scriptorum sacrorum; tertium ab Aristophane fictum ἀπὸ τοῦ αἰόλλω ἀπαιόλη ἡ ἀπάτη Eust. 352, 33. [7]) Verborum in μω exeuntium tanta est paucitas ut nemo mirari possit substantivorum exempla nobis deesse; nam θέρμη, etsi accentus non officit quo minus ab obsoleto θέρμω repetatur v. Parall. 394. tamen probabilius confertur cum ψύχρα et aliis hujusmodi, quae adjectivis subnata sunt. Hoc plus materiae praebet litera huic proxima: ab ἄνω ἄνη, a γένω, quod in arte ponitur, γένη sed a γείνομαι non γεῖνα ut πεῖνα sed γέννα quasi aeolice fictum, ἀπὸ τοῦ κλίνω κλίνη Choerob. Cram. II. 229. ut φθίνα ἡ ἐρυσίβη Hes. a φθίνω tanquam tabes quaedam stirpium. A verbis in νω μύνη, ἄμνα, εὐθυνα, αἰσχύνη, τορύνη et novitium ἀλγύνη. Nec improbanda videtur sententia scholiastae Lyc. 107. Βύνη παρὰ τὸ δύνω τὸ κολυμβῶ, et ab eodem fortasse denominata est Δυναμένη dea marina, licet aoristi δύνασθαι exempla ex illa antiquitate proferri non possint. [8]) A γραίνω reduplicatione addita γάγγραινα v. Prolegg. p. 35. Haec excipiunt αἶρα ἡ σφῦρα παρὰ τὸ αἴρω EM. 38, 40. ex quo sunt latina *aero* et *aerumna*, μαῖρα *canicula flammans* ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν Eust. 1131, 4. et personarum vocabula γέραιρα et Μέγαιρα, tum εἶρα ἡ ἐκκλησία παρὰ τὸ εἴρειν Sch. Il. XVIII. 531. cf. Muetzell. de Theog. p. 112. sq. δείρα τράχηλος διαίρεσις Hes. a δέρω EM. πειραὶ κοπάνων Aesch. Cho. 847. ἀπὸ τοῦ πείρειν Schol. quod si Blomfieldius attendisset, non ad diversum πεῖρα *experientia* delapsus foret; σειρὰ παρὰ τὸ εἴρω Choerob. Cram. II. 260. ἔθειρα ἐκ τοῦ ἐθείρω ib. 201, 30. [9]) ἀπὸ τοῦ πορφύρω πορφύρα EM.

7) Schol. Nubb. 1153. παρὰ τὸ ἀπαιολεῖν· Ἀρίσταρχος δὲ ὀξύνεσθαί φησιν.

8) Illis quae ad Buttm. p. 157. attuli, adde ἐνδύνασθαι Heliod. I. 26, 43. *occasus* ὁ δύνας Priscian. IX. 9, 464. T. II. δύναντος τοῦ ἡλίου Sch. Arat. 41.

9) Eadem est connexio nominis κόμη et verbi κομεῖν comere id est curare sive ἐθείρειν, quod Hesychius κοσμεῖν interpretatur.

684, 10. unumque bisyllabum (nisi plurale est) *Σύρη πλῆθος* Hes. a *σύρω* unde *συρφετός* vulgus, *πασσύρως* i. q. *παμπληθεί*. Si praesens *ὄσφρομαι* satis constaret, non dubitarem huc referre *ὀσφρά* vel ut in cod. scriptum est *ὄσφρα* Achill. Tat. II. 38, 56. sed quia *ὀσφραίνομαι* evaluit, in omnes partes tutius videtur illud cum *μάθη* et huic similibus componere, quae in proxima paragrapho allaturus sum. Verborum in *σω* exeuntium uni *ἀφύσσω* adaptatum est nomen *ἄφυσσα* haustrum; sed et *μέλισσαι αἱ ἱέρειαι* dictae videntur a placando et propitiando *ἀπὸ τοῦ μειλίσσειν.* [10]) *Ὄσσα* veteres magno consensu ab *ὄσσομαι* arcessunt; *Ὀττόμενος, ὄττα, ὠττευόμην* Anecd. Bekk. p. 55. *ὄσσεσθαι ἀπὸ τῆς ὄσσης, ἣν ἀεὶ ἐπὶ μαντείας τίθησι· τοιαύτη δὲ λέξις ἐστὶ καὶ ἡ ὄψ ὡς Διονύσιος Ἄλλιος παρασημειοῦται λέγων ὅπα τὴν κληδόνα καὶ ὀπεύεσθαι τὸ κληδονίζεσθαι* Eust. 964, 63. qui quum nomen verbo anteponit, ordinem antiquitus fixum perturbat. Sed adversus haec enixe disputat Buttmannus, *ὄσσα* non praesagitionem significare sed vocem, neque *ὄσσεσθαι* dici pro *ὀττεύεσθαι*. Cui quantum de Homero concedo, tantum abest ut utrique vocabulo diversa principia assignare sustineam; neque mihi persuadere possum aliud esse *ὄψ*, quod vocem significat, aliud *ὄψ*, quod visionem. Memineri-mus modo, quod prius dictum est (Dissert. IV. §. 4. Adnotam.) *προϊδεῖν* aliquando valere *praesignificare* atque Latinos praesciendi et praedicendi significationem uni inclusisse verbo *praesagire*. *Νύσσα παρὰ τὸ νύσσω, ἐπεὶ ἐκεῖ νύσσονται οἱ ἵπποι* Orion. 102. quo tamen verbo Homerus de aurigis non utitur. Duarum consonarum sibilantium duo sunt exempla *Λέψα ἡ βύρσα* Suid. et *αὔξη*. Nam *ἀφεψή* Aret. Cur. Acut. II. 6, 274. neque in codd. clare apparet nec sententiae satis aptum est, quae *ἄφυξιν* potius quam *ἀφέψησιν* indicare videtur; tertio repugnat regulae *τὰ εἰς ψη οὐχ εὕρηται* Arcad. 115.

§. 3. Nunc ad partes vocanda sunt verba, quae mutam habent ac primum labialia: *ἀπὸ τοῦ βλάβεται ἡ βλάβη*

10) Huic simile est *Ἀμαρύτται οἱ ὀφθαλμοί* Hes. ut Hemsterhusius corrigit, ab *ἀμαρύττω*. Eandem ob causam oculi vocantur *αὐγαί*.

γίνεται ὡς ἡ ἀποκρυβή ἀπὸ τοῦ κρύβω καὶ καλύβη ἐξ ἀῤῥήτου ὑέματος τοῦ καλύβω Eust. 1732, 17. στίλβη et θλίβη, quanquam id G. Dindorfius in Thes. uno illo Galeni loco non satis munitum putat, tum praeterea λάμπη fax, ἅρπη, σκέπη, Θήπη ὁ φόβος Hes. σήπη pro σαπρία in versione Aquilae,[11]) γραφή, γλυφή, δρυφή et προϋποστυφή Epist. Pythag. p. 56. ed. Orell. nisi haec duo pertinent ad illum locum, quo mutata recensentur. Quod pro στίβη in cod. Anth. XII. 102. scriptum est στείβη rejicitur auctoritate canonis τὰ εἰς η ἔχοντα πρὸ τοῦ η ἓν τῶν μέσων οὐ παραλήγεται τῇ ει Choerobosc. Cram. II. 258. unaque ἀμειβή Hippocr. Diaet. I. 10, 637. T. I. a librario illatum. A verbis secundae conjugationis orta sunt στέγη παρὰ τὸ στέγω EM. 726, 37. Θήγη ἀκόνη (omiss. in Thes.) Cyrill. Lex. v. Albert. ad Hes. s. Θήγη, nisi θηγάνη scripsit, unaque τρύγη ἡ ξηρασία Sch. Nic. Th. 358. a τρύγειν ξηραίνειν Hes. et oxytona ἀνοιγή Joann. Chrysost. multoque antiquius ἀνωγή, tum deinde βοσκή, διωκή (omiss. in Th.) Anna Comn. IX. 249. cui praeivit homericum ἰωκή, et ἀπὸ τοῦ ἐρείκω ἐρείκη Cram. II. 202. Eust. 1107, 60. non contra ut Schol. Aesch. Pers. 536. ἐρείκη φυτὸν εὔσχιστον ὅθεν καὶ τὸ κατερείκομαι v. Prolegg. 322. In tertia quasi acie consistunt aspirata ψυχή παρὰ τὸ ψύχω Cram. II. 425. ἀρχή, εὐχή, μάχη, ἰαχή, στεναχή ab Aristophane scriptum Od. V. 83. cui Schol. Il. XXIV. 512. praefert στοναχή comparatione inepta στενάχω στοναχή ὡς μένω μονή, λέγω λόγος, et syntheton κυνάγχη ut οἰνάνθη. A dentalibus primae classis ἄρδα, Εἴδη ὄψις Hes. sed hoc dubitabile quia Choeroboscus Cram. I. 258. EM. 465, 53. diphthongum ει ante terminationem δη reperiri negat. A secunda praeter ὄζη ionice terminatum apud Celsum manant haec ἄζα, σχίζα, σπίζα, βύζα, κνύζα παρὰ τὸ κνύζω Cram. I. 222. sed et verbi scriptura suspecta est v. Diss. IV. 2. et nomen illud Herodianus aliunde repetit v. Proll. 406. A tertia dentalium unum vulgo notum λήθη sed plura per lexicon Hesychianum sparsa Ὄθη φροντίς, Πεύθη πεῦσις, Ἄλθα θερμασία ἢ θεραπεία, cujus glossae caput cum ἀλέα con-

11) Hiob. XVII. 14. ubi σηπή scriptum est et XXI. 6. ubi σήπη.

venit, nomina autem huic subjecta cum verbis *θέρω* et *θεραπεύω*, quorum vim Latini una voce *foveo* expresserunt. Pro *Πειθή πεισμονή* corrigunt *πειθώ*, cui suppetiatur accentus et Choerobosci canon *τὰ ἔχοντα πρὸ τοῦ η ἓν τι τῶν δασέων οὐ θέλει τῇ ει παραλήγεσθαι* Cram. II. 258. Numerum augent *λάσθη*, si verbo *λάσθω* sive *λάζω* auctoritas constat v. Diss. IV. §. 2. et *τένθη ἡ λιχνεία* si a *τένδω* derivatum est ib. §. 1. Adnotam. Ad ultimum tenui innixa: *λιτή ἀπὸ τοῦ λίτω* Eust. 725, 14. *ἄντη* quod Hermannus ad Soph. El. 137. percommode reponit in Hesychii loco pro *Ἀντήσει λιτανείαις* corrigens *ἄντῃσι*, quo et Sophoclem usum putat, et indidem repeti potest *ἄντην* tanquam accusativus adverbialis ut *πέραν*, et solemnium christianorum nomen *ὑπάντη* et *ὑπαπάντη*, quod apud Du Cangium oxytonon est v. Reisk. ad Porphyr. p. 229. ed. Lips. verbo dupliciter declinato *ἄντομαι* et *ἀντάω*. In extrema hujus regionis ora collocanda sunt *ἀλκή, ἀλφή, Πέτα πτῶσις* Hes. quibus quae respondent praesentia non leguntur quidem sed omnes analogiae numeros habent. Nec ab ea deficit *ἅρπω*, unde sarpo pendet et *ἅρπη* avis nomen, quo quidam falconem significari interpretantur, idemque instrumenti falcati, quod Hesychius *ὄρπην* vocari testatur v. Diss. I. §. 3. His similia sunt *Ὄρπη Ἐριννύς* et quod jam Guietus ad *ἁρπάζω* retulit *Ὄρπαξ θρασὺς ἄνεμος*, ut Nonnus dixit *ἅρπαγος ἐξ ἀνέμοιο* III. 38. In Anecd. Cram. I. 47. *ἅρπη* et *ἅρπυια* ad *ἁρπῶ* referuntur; sed hoc Alexandrini est commatis ut *ἐργῶ* pro *ἐργάζω*, quare acquiescimus in primitivo *ἅρπω*, cujus typum sequitur aoristus asigmus *ἁρπάμενος* ut *εἰπάμενος*.

§. 4. Haec quae transegi nomina de prima verbi positione aut admodum nihil mutant aut perpaululum; reliqua longius ab ejus similitudine abstracta sunt vel restitutione verbi authopotacti *ἁδή ἡ ἡδονή* [12]) *δάκη, θανή* Tzetz. Chil. IX. 26. (omiss. in Thes.) *λαβή, λάχη ἡ λῆξις, μάθη, πάθη, προμολή, ἐρυγή, τύχη, φυγή*, vel consonarum et vocalium

12) Haec Arcadio p. 105. addita sunt in cod. Havn. quae causa est cur *Ἁδά ἡδονή* Hes. pro *ἥδη* accipere noluerim. In Thes. omittitur.

mutationibus variis, quae ad duo revocari possunt genera summa, tropen et epenthesin, utramque bipertitam. Trope vocalium una legitima est qua ε, ut in perfecto medio fieri solet, in o transiit ut ὅλπα ἡ ἐλπίς Hes. στροφή et mille talia exceptis quae substantiam significant στέγη, σκέπη, πέρα ab eodem themate ductum unde πόρος. Literae alpha in o conversae exemplum singulare est λέλογχα λόγχη sors sive portio accentu notabili. De diphthongis sic habendum. A verbis in αινω et αιρω desinentibus quae existunt nomina non praesentis similitudinem sequuntur sed temporum obliquorum, in quibus vocalis thematica regerminat. Ad καίνω quidem, cujus perfectum est κέκονα, nomen pertinet Κονή φόνος et Κατακονή ἡ διαφθορά Hes. ab iis vero quae alpha stirpitus habent χαρά, μάνη [13]) φανή et parasyntheton προχανή, sed ab eodem verbo etiam nomen piscis χάννη proficiscitur v. Jacobs. ad Aelian. 135. ut a σαίνω sanna, et ex perfecti similitudine καταχήνη, κυσοχήνη atque verbum χηνῆσαι. Diphthongi ει sors varia est; plerumque enim epsilon in omicron mutatur iota vel omisso φθορά, ἀγορά, vel retento στοιβή [14]) μοῖρα, ἀλοιφή. Semel epsilon praesenti insitum abjicitur στίβη ἡ ἐωθινὴ πάχνη παρὰ τὸ στείβω· πυκνοῦται γὰρ ἡ δρόσος παχνουμένη Eust. 1546, 45. ἀλιφή non legitur sed συναλιφή tritum est in Grammaticorum sermonibus [15]) et sancitur adeo ab Eustathio lege compositorum p. 1561, 10. τὰ ἄλειφα οὐ σύνθετον κατὰ τὴν συναλιφήν, διὸ καὶ φυλάσσει τὴν δίφθογγον. Sed haec lex ad adjectiva pertinet τὰ παρὰ τὸ ἀλείφω εἰ διὰ τοῦ π ἐκφέρονται, διὰ διφθόγγου γράφονται· εἰ δὲ διὰ τοῦ φ, εἰ μὲν ὧσι σύνθετα, διὰ τοῦ ι, πισσαλιφής, ἀνηλιφής, εἰ δὲ ἁπλᾶ διὰ τῆς ει, ἄλειφαρ Suid. s. Ἄλειφα. Sic πισσαλιφής scribitur ut φονολιβής,

13) Photius Μάνην τὴν μανίαν· λέγουσι δὲ καὶ μάναν. Dobraeus scribit Μάμην (μάμμην) μαμίαν — καὶ μαμᾶν. Equidem nihil muto praeter ultimum μανᾶν pro μάναν, ut χολᾶν. Nam ut μάτη ματία, μονή μονία, κάκη κακία, sic etiam μάνη μανία dici potuisse videtur.

14) Vitiosum στοίβη Theophr. H. Pl. VI. 1, 3. nuper correxit Wimmerus; Συντόνη σύντασις Hes. Vossius.

15) Ex magna exemplorum copia pauca attulit Blomfieldius ad Phot. Addend. p. 688. (594. ed. Lips.)

ψυχολιπής etc. [16]) sed nomen a συναλείφω derivatum non aliter ac simplex ἀλοιφή, cujus scriptura nunquam dubia fuit: τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ ο ἀντιπαρακείμενον ἔχουσι τὸ ε ἐγκείμενον λέγω λώγος, δέρω δορά, λείβω λοιβή, ἀμείβω ἀμοιβή etc. Cram. II. 175, 8. et 29. Semel ει mutatur in ευ εὐλή ἐκ τοῦ εἰλῶ Cram. II. 137. vel potius ab εἴλω. Bis in ου, ἀπὸ τοῦ κείρω κορὰ καὶ κουρά EM. 534, 4. [17]) et ab εἴλω nomen forense ἐξούλη h. est ἐξείλησις sive ἐκβολή et ab eodem fonte οὐλαμός i. q. ἴλη Proll. 155. οὐλάς ἡ πήρα, cujus nomen latinum est bulga ab eadem radice natum ut synonymon vulva, et νύξ κατουλάς ἀπὸ τοῦ εἴλλειν τὸ συστρέφειν Phot. Diphthongi αυ et οι non cadunt in hanc quaestionem; ευ ubi emergit, in ου transmutatur σπεύδω σπουδή, cui comparari possunt ἐλεύθω εἰλήλουθα et Ψούδια ψευδῆ Κρῆτες Phot. quanquam hoc fortasse a ψύδιος natum est, cui cognata ψυδρός et ψύθος epsilo carent v. Dissert. I. §. 1. Adnotam. A πεύθομαι derivatum esse ποθή et πόθος Philoxeni fuit conjectatio probabilior certe quam quod Eustathius posuit πόθος ἀπὸ τοῦ πείθω p. 1679, 12. nam et in latino sermone verbum *quaero* significationes interrogandi et desiderandi complectitur, homericumque ἐρέω hoc est ἐρευνῶ non longe abest ab ἐράω et ἔρως. Vocales ancipites e longis breves fiunt ἄνη, τριβή, παραψυχή, excepto ψυχή, quod nonnulli a ψῦχος declinatum dicunt, et κλίνη, cui hujusmodi ratio praetexi non potest sed a brachycatalectis eo certe distat quod substantiam indicat. Consonantium trope posita est in attenuatione, qualis in aoristo et perfecto secundo obtinet. Itaque pro zeta succedit aut gamma ἄζω (ἄγαμαι) ἄγη, κριγή, κραυγή aut delta φραδή, κνίδη, σχιδή (*scida* ἀπὸ τοῦ σχίζειν Charis. I. 18, 29. p. 59. b. Lindem.) quibus consoni sunt aoristi ἔκραγον, ἔφραδον etc. Sed eadem terminatio transfertur ad paragoga, quibus hoc tempus denegatum est ἁρμογή, βασταγή, ἰϋγή, οἰμωγή et κομιδή ceteris memorabilius quia a numerosissimo genere verbum in ζω

16) Verba non hinc sumuntur sed a terminatione in ος, quae ex uno διφθεράλοιφος apparet, μυραλοιφεῖν, ξηραλοιφεῖν.

17) Hinc σιτόκουρος et diverso accentu ὑλοκουρός.

derivatorum, nihil simile nascitur, nisi forte huc pertinet *Αἰκίδδα αἰσχύνη Λάκωνες* Hes. ut Hemsterhusius corrigit pro *αἴκουδα*. Semel *ν* substitutum est *πλάζω πλάνη* natum fortasse ex *νη* adulterino futuri *πλάγξω* ut *κλάγξω κλαγγή*, quod non minus solitarium est. Pro *σσ* supponitur una gutturalium; ac primitivis quidem constanter gamma *ἄσσω* (*ἄγνυμι*) *ἀγή*, *ῥαγή*, *πάγη*, *ταγή*, *περιφραγή*, *κατανυγή*, *πληγή*, praeter unum *πτυχή*, atque horum exemplum sequuntur etiam paragoga *ἀλλαγή*, *παταγή*, *τιναγή*, *χαραγή*, *ὁλολυγή*, *ἀμαρυγή*, sed haec minus constanter; nam et tenuis reperitur: *ἀϊκή ἀπὸ τοῦ ἄϊσσω*, *ὡς φυλάσσω φυλακή*, *ὑλάσσω ὑλακή* Schol. Il. XV. 709. nisi haec paronyma sunt ab *ἄϊξ*, *φύλαξ*. Et nonnunquam aspirata perfecti primi characteristica *παλαχή*, *ταραχή*, *ἀμυχή*, *ὀρυχή* nisi *ὀρύσσω* primitivis adnumeramus. Sed idem posteriores per gamma scribunt *ὀρυγή* sequuti aoristum *ὤρυγον*.[18]) Et tripliciter adeo variat verbi *ἀλύσσω* progenies *ἀλυγή*, *ἀλύκη* (elucus, alucinor) *ἀλυχή* apud Hippocratem ejusque interpretes graecos, neque mihi exputare contigit quibus legibus haec consonarum varietas et vicissitudo regatur. Denique ordinem excedit *μάζα* si a *μάσσω* derivatum est non a *μάζω τὸ καθαρίζω*, quod legitur quidem apud Hesychium sed alieno loco ante *Μᾶσσον*· nec usitatum est verbum *φύζω*, unde *φύζα* repetitur. De vocalium inconstantia si quis me consulat, illud quidem manifestum est *ἀμαρυγή* et *μαρμαρυγή* non potuisse versui heroico adaptari nisi alterum longam haberet penultimam, alterum brevem, sed cur *πληγή* aliam vocalem acceperit atque *ῥαγή*,[19]) id mihi latere fateor. Verborum in *σκω* exeuntium uni nomen accessit *διδαχή*. Quae duplex lambda continent in nomina transire non possunt quin assumant omicron perfecti secundi consona ad nativam simplicitatem redacta *βολή*, *στολή*, *ἐντολή*. Labialibus quae accessit dentalis rursus demitur *κάπη παρὰ τὸ*

18) V. ad Buttm. 260. *ὀρώρυγον* pro aoristo attico affertur in Herodianeis Cram. III. 265.

19) Galen. Gloss. *Ῥηγῆσι σχίσμασι ῥήγμασι* sed codd. *ῥήμεσι* praebent fortasse pro *ῥήγεσι*. Eustathius 782, 20. *ῥῆγος τινὲς τὰ ῥήγματα τῶν κροσσῶν, ἕτεροι δὲ παρὰ τὸ ῥῆξαι τὸ βάψαι.*

κάπτειν Sch. Il. VIII. 434. *ῥιπὴ παρὰ τὸ ῥίπτω* Eust. 1591, 43. ut *ἐνίπτω ἐνιπή*, sed hoc discrimine quod *ἐνίπτω* iota breve habere dicitur, *ῥίπτω* longum, *ἀστράπτω ἀστραπή*, *καμπή* (gamba, gambia) *κοπή*, *τυπή* etc. sed et hic interdum revirescit aspirata perfecti primi *θρύπτω τρυφή*, *ἁφή*, *βαφή*, *ῥαφή*, *ταφή*, *ῥιφή* a *ῥιπή* et mensura distinctum et saepe significatione, *καλύφη* cortex EM. 87, 19. (omiss. in Thes.) *παρακαλυφή*, *κατακρυφή*, quod multis seculis antecedit verbo *κατακρύφω*, et ab eodem capite *ἀποκρυβή* ap. Eustath. 974, 16. et aequales v. ad Aj. 449. assumta media *καλύβη* a *καλύφη* significatione separatum. Sigma verbo infultum remittit *ἐπιμιγή*. Epenthesis vocalium rara est et unius modi *πεῖνα* a *πένομαι*, *κραυγή* a *κράζω*, consonantium duplex, una e verbi inclinamentis, quam naturalem appellabo; altera positiva ex consonis extrinsecus assumtis. Illam efficiunt literae, quibus tres primae passivi personae distinguuntur, una $\overline{\mu}$, *φήμη*, *τιμή* et a verbis non puris *στιγμή*, *νυγμή* etc. v. Parall. 392. sq. altera $\overline{\sigma}$, *ἄω* satio *ἄση* taedium, *πείσω πέπεισαι πεῖσα*,[20]) *μύξω μύξα*, *δόξω δόξα*, *κόρσαι αἱ τρίχες διὰ τὸ κείρεσθαι* Poll. II. 32. nisi hoc paronymon est cum *κάρα*, *κορυφή*, *κόρυς* cognatum; tertia tau *ἄτη*, *κοίτη*, *παρὰ τὸ κεῖω κεῖμαι* EM. *ἀϋτή* et ab *ἀείρω ἀορτή*, ab *ἔρδω ἑορτή* ut *δρᾶν* dicitur pro *θύειν*, *δρᾶσις* pro *θυσία*. Consona, qua perfecta verborum purorum terminantur apparet in duobus *θήκη* et *μύκη ἡ μύσις* Galen. Gloss. v. ad Buttm. 401. Haec ut in verbalium ordine collocentur res et causa postulat; nec tamen sententia est Graecos, quum haec ita fingerent, animum semper ad certos verbi casus intentum habuisse sed in formatione nominum iisdem usos esse consonis, quibus in declinatione verbi adsuessent, in arte vero commodioris distributionis causa aliud primae assignari personae convenit, aliud secundae vel tertiae. Sunt enim alia quae originem quidem a verbis sed consonas non eas habent quibus tempora et

20) V. Prolegg. 419. Parall. 124. In Herodian. Epim. 110. *πεῖσα ἡ τοῦ ξύλου* scribendum est *Πεῖσα ἡ τοῦ Ὀξύλου*. Hic enim quum Elidem occupaverit, probabile est mythographos ei supposuisse filiam urbis Pisae eponymam. Schol. Theocr. IV. 29. Pisam Endymionis filiam perhibet, Endymionem vero regem Elidis fuisse constat.

personae discriminantur sed expletivas: *σεύω σόβη — αὔω αὐδή, χλίω χλιδή — παρὰ τὸ ἄω αὐλή* EM. *παῦλα ἐκ τοῦ παύω* Regg. Pros. p. 425. *μήλη, στήλη, φυλή* etc. a *δόω* dano *δάνη ἡ μερίς, ζώνη, φωνή* — a *τρύω τρύπη* i. q. *τρύμη, κνάω κνήφη* v. Diss. I. §. 3. ab *ἄω* et *ψάω αὔρα* et *ψώρα*, duo dentalibus fulta *κνύζα* a *κνύω* Herod. EM. 523, 7. et *μάθη* a *μαίω μαίομαι τὸ ζητῶ*, unde etiam neutrum *μάθος ἡ ζήτησις* et *μαθῶμαι ζητῶ* Hes. ubi fortasse conjunctivus ponendus *μάθωμαι* usurpatus alicubi pro *μάθω*. Sed eaedem literae nonnunquam etiam consonis verborum non purorum finalibus se acclinant, non omnes omnibus neque omni modo sed ut cujusque fert proprietas. Ex hoc numero extraneorum insinuatur primum lambda, *παρὰ τὸ ζεύξω ζεύγλη ὡς τρώξω τρώγλη* EM. 661, 14. quod confirmat synonymia vocis *γρώνη* cavea a *γράω* rodo deductae; aliquanto saepius *ν*, *πήσσω πάχνη* EM. 40, 30. *τεύξω τέχνη* 181, 57. *ἐρείπω ἐρίπνη* Sch. Nic. Th. 22. *φέρω φέρνη*, quo exemplo adducor ut *Κέρνα ἀξίνη* Hes. a *κείρω* ortum existimem; nam *κεῖραι* idem interpretatur *κόψαι ἢ σχίσαι ξύλα*, et sic saepius legitur congruentibus nominibus hinc formatis *κορμός* et *κορσός*. *Ὄχνη* sive *ὄγχνη* Sch. Theocr. I. 134. *ἀπὸ τοῦ ἄγχειν δοκεῖν*, et in nostra consuetudine species quaedam pirorum nominatur *Wuergbirn* et *Straengelbirn*, quod Frischius reddit pirum strangulatorium, et francogallice *étranguillon*, nec dissimile epitheton habet pirus silvestris *ἄχερδος πνιγόεσσα* Anth. VII. 536. Assumta labiali a *πείρω* figo derivatum est *πόρπη* fibula. *Ἄελλα* dubium habui quo loco proponerem; nam si vera est originatio *παρὰ τὸ ἄω ὡς θύω θύελλα* Orion. p. 73, 21. Cram. I. 60. ad paragoga bisyllaba pertinet, quae tractavi in Prolegg. Dissert. II. sed fortasse non spiritum proprie significat sed vorticem venti a verbo *εἴλω*, quod maxime convenit Euripideo *ἄελλαι ἄστρων* id est vertigines, circites. Eadem dubitatio est de *πλημύρα*, utrum a *πλημύρω* derivatum sit ut *πορφύρω πορφύρα* an a *πλήμη κατὰ παρωνυμίαν τινά* ut Eustathius ait ad Dion. 198.

§. 5. Qui disputationi nostrae a primo ingressu usque ad hunc locum operam dederint, forsitan mirati sint cur nonnulla nomina, quae Grammatici paronymis adnumerant, inter

verbalia referre maluerim. Quo in numero sunt tria eorum quae in prima paragrapho protuli ab EM. 597, 19. disputata: *παρὰ τὸ βλάβος βλάβη, σκέπος σκέπη*, et 747, 28. ubi nomen urbis *Τάρφη* cum plurali *τὰ τάρφη* congruere docet ut *ἡ σκέπη τὰ σκέπη, ἡ δέρη τὰ δέρη, ἡ στέγη τὰ στέγη*, testem citans Herodianum. Rationem vero hujus sententiae nullam invenio nisi quod nomina a verbis derivata barytonis, si significationem verbalem agendi patiendive habent, pleraque oxytona sunt, praesertim iambica, quorum tenorem interrumpit *βλάβη*, nisi ad paronyma transferatur. Verum tamen haec ratio neque in *μάχη* convenit, neque in *ἄνη*, quod Arcadius characteris causa gravari dicit exemplis usus ex alio genere repetitis: *τὰ διὰ τοῦ ανη δισύλλαβα βαρύνεται, ἄνη, πλάνη, Κυάνη κύριον* [21]) *Σάνη*, quibus addi poterant *Κάνη, Κράνη, μάνη, σπάνη, δάνη, Φάναι* promontorium Chii sed hoc vago in nostris libris accentu v. Interpp. ad Thuc. VIII. 24. nec satis constat *φάναι* solemnium bacchicorum nomen v. Vater. ad Rhes. 928. a lampadodromia ductum ut suspicor; sed appellativum *φανή*, quod in Hesiodi versu lampadem vel facem designare videtur, Herodianus *π. Μον.* p. 18. acui docet contra morem disyllaborum hujus formae. Compositum *προχανή* in Callim. H. Cer. 74. oxytonum est sed Eustathius 723, 27. *ἀπὸ τοῦ χαίνω προχάνη κατὰ τοὺς Σοφοκλέους ὑπομνηματιστάς*, significans Schol. Rom. ad Antig. 80. ubi eodem modo scriptum est. Verum hoc et *φανή* ad alterum genus pertinet quod in §. 4. enarravi; tonographi autem permixte de utroque disputant, potissimum in hanc sententiam ut verbalia ad oxytonesin propendere doceant, paronyma in contrariam partem, velut Arcadius *τὰ εἰς γη ἰαμβικὰ ῥηματικὰ ὄντα ὀξύνεται ταγή, σφαγή· παρώνυμα δὲ βαρύνεται, πάγη, τρύγη, στέγη*, quorum illa nihil dubitationis habent, haec plurimum. Nam *πάγη* certissime non a *πάγος*, cujus longe alia potestas, sed a *πήγνυμι* derivatum est ut synonymon *πηκτή*, et fortasse non sic scripsit Arcadius sed *ἄγη*. Id enim non ab *ἄζω* sed a neutro *τὸ ἄγος* sive *ἄγος* ortum

21) Hoc aut ex alio canone huc translatum aut mendose scriptum est pro *Κάνη*.

dici potest vel adeo debet, si verum est ea, quae non solum originem sed etiam sententiam verbalem habent, acui oportere. *Πάγη* vero non pactionem declarat sed compactum quiddam. De *τρύγη* non magnopere contendam utrum a *τρύξ* propagatum sit ut *ἑλίκη* ab *ἕλιξ*, *φρίκη* a *φρίξ*, an a verbo. Sed *στέγη* nulla causa erat cur ad *στέγος* potius referretur quam ad *στέγω*, quippe substantiam significans, quod genus nominum gravari solere Arcadius ipse observavit p. 106. *τὰ εἰς δη λήγοντα ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους βραχεῖαν, εἰ μὲν οὐσίαν σημαίνει, βαρύνεται, πέδη, σίδη, κνίδη*[22]) *εἰ δὲ κατὰ πράγματος τάσσοιτο, ὀξύνεται, φραδή, κομιδή, χλιδή.* Quoniam vero actionis vocabula eadem verbalia sunt, consequitur ut haec eodem vergant, id quod in uno quodam genere animadversum est a Schol. Il. XV. 709. *τὰ εἰς ικη λήγοντα φιλεῖ βαρύνεσθαι ἑλίκη, ἐρίκη, μυρίκη, φοινίκη. Τὸ μέντοι ἀϊκή ὠξυτονήθη ἴσως ὅτι ῥηματικὸν ὑπῆρχεν*, et EM. 95, 50. *τὸ ἀνάγκη εἰ ἦν ἀπὸ ῥήματος τοῦ ἀνάσσω ὀξύνοιτο ἂν ὡς στενάχω στεναχή.*[23]) Haec ex Herodiani schola manasse apparet ex alio loco, quo *παταγή* gravari jubet, quia non verbale sit ut *ἀλαλαγή* sed paronymon a *πάταγος* v. Prolegg. p. 15. pro quo sic potius dici oportuit, nomen acuendum esse si crepitum significet, gravandum vero si crepitaculum; nam verbalium quoque permulta gravantur si ab actione transferuntur ad substantiam ut *πάγη*, *κρόκη*, *φόβη*, *ἀμόργη*, *στέγη*, *σκέπη* etc. Hanc ego non unicam quidem esse arbitror diversae notationis causam sed gravissimam, neque accedo Herodiano in charactere sive consequentia literarum scrupulose haerenti, hoc modo: *τὰ μετὰ συμφώνου δισύλλαβα ὀξύνεται τῷ ο παραληγόμενα, εἰ γένοιτο ἀπὸ ῥηγμάτων τῷ ε παραληγομένων μόνῳ οἷον στροφή, ῥοπή, ὁλκή, φορβή· προσέθηκα τῷ ε παραληγ. μόνῳ ἵνα ἐκφύγω τὸ πόρπη· τοῦτο γὰρ παρὰ τὸ πείρω.* At hanc

22) Id nisi putavit licentia poetica produci sed natura iota breve habere ut *κνίζω* et *κνίδα*, scribendum est *κράδη*.

23) *Ἀνάγκη* sive ab *ἀνάσσω* derivatum est sive ut Buttmannus sumit Gramm. T. II. 314. ab *ἄγχω*, cum *στεναχή* discrepat mutatione consonae.

barytonesis causam non esse ostendunt *φθορά*, *σπορά*, sed gravatur ob significationem v. Prolegg. p. 12. quo accedit epenthesis, sicut laconicum *μόρα* (nam sic ubique scribitur, non *μορά* ut EM.) diversum a *σπορά* accentum accepit et significationis causa et propter ellipsin ut *δέρη*, *χρόα*. Idem miratur *τυπή* scribi acuta ultima: *τὰ γὰρ εἰς πη* (adde *τῷ υ παραληγόμενα*) *φιλεῖ βαρύνεσθαι* (adde *οἷον τρύπη, κύπη*[24]) *λύπη*) *εἰ δὲ ὀξύνεται, ἔχει πρὸ τέλους ἢ ι ἢ ο* Schol. Il. V. 887. Et saepissime Arcadius: *τὰ εἰς κη φύσει μακρᾷ παραληγόμενα ἀσυνάλειπτα*[25]) *βαρύνεται ἀρχόμενα ἀπὸ συμφώνου μὴ ποιότητα φωνῆς ἀλόγου*[26]) *σημαίνοντα, Γλαύκη, πεύκη, νίκη, φρίκη· Τὸ δὲ ὠκή* (scr. *ἠκή*) *ὀξύνεται.* Et alio loco *τὰ πρὸ τοῦ κ σύμφωνον ἔχοντα μὴ τὸ λ βαρύνεται, κάκη* (scr. *κάκκη*) *λόκη* (*λόκκη*) *κρόκη ἡ ψηφίς*[27]) *Λίρκη, Βάρκη, ἄσκη· τὸ δὲ ὁλκὴ καὶ ἀλκὴ ἔχει τὸ λ*, quam partem canonis evertunt *μάλκη, χάλκη, μέλκα, ἄλκη* ferae nomen. Hujusmodi praeceptis non modo ratio accentus non aperitur sed ne nota quidem traditur, quae errare non patiatur, nisi vocabulorum specie et tono convenientium tam multa suppetant exempla ut characterem tonicum efficiant; qui praecipue apparet in verbalibus, quorum verba in praesenti habent *ε*, in perfecto *ο* ut *στροφή, κλοπή, ποτή* etc. Aliorum vero rationem si quis a me reposcat, fateor me solvendo non esse, ac de multis ne inter veteres quidem satis convenit, quorum unum speciminis loco singillatim pertractabo.

§. 6. In Herodianeis Cram. III. 249. disputatio habetur de nomine *αὐξή* verbis immanem in modum corruptis: *ζητεῖται πότερον αὐξῆ καλεῖται περισπωμένως ἢ βαρυτόνως· οἱ*

24) Hinc patescit vitiose scribi *γυπή*. Scholiastae verbis *τὸ τυπή δοκεῖ ὡς πρὸς ἀναλογίαν σημειοῦσθαι* in Proll. 13. interposui negationem *ὡς οὐ*—hoc intellectu: *σεσημείωται ὡς οὐκ ἀναλόγως τονούμενον* vel *ὡς οὐ πρὸς ἀναλογίαν τὸν τόνον ἔχον*. Idem tamen sed minus clare significatur negatione omissa.

25) Loquitur de synaloephe ultimae syllabae ut *συκῆ*, non de contractione primae ut *Θρῄκη*.

26) Rectius igitur *μηκή* scribitur ut *μυκή, βληχή, βρυχή*, quam *μήκη*.

27) Id ex superiore canone huc furtim illatum est.

μὲν ἀξιοῦσι περισπᾶν ὡς αὐλῆ καὶ αὐδῆ· λέγομεν δὲ ὅτι οὐ δύναται· οὐδὲ γὰρ τὸ ῥῆμα ἔστιν αὐξῶ· ubi accentus verborum αὐξῶ, αὐλῶ, αὐδῶ librarii memoriae inhaerens translatus est ad nomina. Sed et αὐλή mendose scriptum pro αὐγή vel αὐχή Hes. nam haec certe colligata sunt cum verbis circumflexis αὐγῶ et αὐχῶ, et fuerunt procul dubio qui hinc derivata dicerent, sed αὐλή nullo modo ab αὐλῶ derivari potuit, quod non constat unquam pro αὐλίζομαι usurpatum esse, nec αὐλή pro αὔλησις legimus nisi quod Od. X. 8. δῶμα περιστοναχίζεται αὐλῇ interpretum nonnulli acceperunt pro αὐλήσει. Ille igitur negat ex eo quod αὐδή et αὐγή vel αὐχή ultimam acutam habeant, necessario consequi ut αὐξή scribatur, nam αὐξῶ non dici ut αὐδῶ sed αὔξω. Ab hoc αὐξή derivari potuisse non negat, opinor, nam a verbis barytonis plurima talia nascuntur, sed hoc modo pugnat non necessariam esse oxytonesin. Vulgo enim, ut vel nostris ex libris cognoscere possumus, αὔξη scribebatur ut λήθη, et pauca alia verbalium spondaicae mensurae. His tamen ille non utitur sed consuetudinem defendit analogia eorum, quibus eadem germinandi et procrescendi notio subest conjuncta cum paraschematismo. Addit enim: λέγομεν οὖν ὅτι τρία ταῦτα ὁμοίως λέγεται αὔξη, βλάστη καὶ ἄνθη, ἐπεὶ παρεσχημάτισται αὐτοῖς αὔξησις, βλάστησις, ἄνθησις. Τὸν αὐτὸν οὖν ἔξει τόνον οὐ περισπώμενα (ὀξυνόμενα) ἀλλ' ἀναβιβαζόμενα. Aliam accentus rationem tradit Theognostus Cram. II. 116. τὸ αὔξη οἱ μὲν βαρύνουσι λέγοντες ἀπὸ τῆς αὐξήσεως ἀποκεκόφθαι, quodque saepius δόκη scriptum invenitur pro δοκή et μύκη v. Wellauer. ad Apollon. IV. 1285. nescio an iis tribuendum sit qui haec ex δόκησις et μύκησις orta putarent. Non alienus certe hujus sententiae Schaeferus fuit, qui βόσκη, non vero βοσκή scribendum putat, quia hoc idem significet quod βόσκησις ad Schol. Apoll. p. 257. ubi quum analogiam hoc poscere dicit, in animo habuisse videtur nomina barytona, quorum terminatio duplex, significatio eadem est, partim barytona ἄλη ἄλησις, ἐξαπάτη ἐξαπάτησις, ἐμπύη ἐμπύησις, θέα θέασις, λάλη λάλησις, μελέτη μελέτησις, πώλη πώλησις, χάσμη χάσμησις, pars oxytona, ἀλγή ἄλγησις, βοή βόησις Plutarch. de Superst. c. XII. T. VIII. ἠχή ἤχησις, ποθή

πόθησις, σιωπή σιώπησις, σκοπή σκόπησις, φωνή φώνησις, quorum bisyllabae formae praeter ἀγάπη et ἀλγή Hes. et plures habent auctores et locupletiores. Sed de αὔξη non omnes idem sentiunt; nam Ἡρωδιανὸς συνηγορεῖ τοῖς ὀξύνουσι Theogn. l. c. quod ejus placitum, si ex ceteris viri decretis conjectamus, charactere nominis nititur, hoc est observatione nominum verbis affinium, quae in ultima eta et ante eam diphthongum habent neque aliquo modo affecta sunt; haec enim oxytona sunt αὐγή, κραυγή, αὐδή, σπουδή[28]) βουλή, οὐλή, εὐλή, εὐνή, ποινή, μενοινή, αὐχή, εὐχή. *Verbis affinia* dixi propter δαίτη, κοίτη, οἴμη, quae paronyma esse creduntur a δαίς, κοῖτος, οἶμος, et propter πεύκη, cui similem originem assignavi in Prolegg. 113. *Non affecta* propter θοίνη, quod illi ex θώνη factum dicunt ut ἀγκοίνη ex ἀγκώνη, a θάω enim θώνη ducendum fuisse ut a φάω φωνή, σμάω σμώνη, γράω (γραίνω) γρώνη.[29]) Et δείλη quoque atque εἴλη non nativa neque integra sed interpolata esse vetus fuit opinio; num a δαίω ducta sint, ut Buttmanno placuit, valde dubium habeo. Quod restat καύχη, semel nec amplius legitur apud Pindarum accentu fortasse olim alio scriptum vel inter σεσημειωμένα relatum. His igitur rationibus Herodianus oxytonon αὐξή praetulisse videtur. Quo facto consentaneum fuit ut pro ἐπαύξη apud Platonem corrigeret ἐπαυξή, nam syntheta accentum simplicium retinent etiam in hoc genere biformium ἀποφορά ἀποφόρησις, διαπομπή διαπόμπησις, ἐπισκοπή ἐπισκόπησις, ἐπιβοή ἐπιβόησις, ἐφορμή ἐφόρμησις, ἐπαφή ἐπάφησις etc. exceptis properispomenis ut ἀνάπαυλα ἀναπαύλησις, quae necessario sequuntur normam monoschematistorum διάπειρα, ἀπόμοιρα etc. Alterum illorum, quae ab illo Semiherodiano disputantur, βλάστη Arcadius acuit sed addito τοῦτό τινες βαρύνουσι.

---

28) EM. 465, 54. τὰ εἰς δ̄η βαρύτονα οὐ θέλει διφθόγγῳ παραλήγεσθαι, Σίδη, ἕδη (πέδη) ὅπερ σημαίνει τὸν δεσμόν, κράδη· πρόσκειται βαρύτονα διὰ τὸ σπουδή καὶ αὐδή.

29) Huic cognata sunt Γραβά σκαφίον βόθρος et Γραῖα κάρδοπος Hes. nam et γρώνη non solum rupem exesam sive excavatam i-significat sed etiam mactram.

Hoc autem atque tertium ἄνθη a trisyllabis non specie modo distant sed etiam significatione. Nam in Plat. Protag. p. 334. ταῦτα ταῖς ῥίζαις ἀγαθά, ταῖς δὲ βλάσταις πονηρά, non germinationes intelliguntur sed germina πτόρθοι καὶ νέοι βλαστοί ut paullo post vocantur. Similiter ἄνθη in Hippocr. Muliebr. I. 674. τὴν μήτρην ῥόδων ἄνθῃ ἰῆσθαι pro ἄνθει dictum est; Aelian. H. Ann. IX. 37. τὰ ὀρνύφια τὴν ἄνθην τῶν δένδρων σιτοῦνται et Philostr. Heroicc. p. 663. τῶν μὲν ἀγρίων δένδρων αἱ ἄνθαι εὔοσμοι, τῶν δὲ ἡμέρων οἱ καρποί nullo pacto substitui potest ἄνθησις, quia flores significantur ut in Nic. Th. 625. ἑλιχρύσου μὴ λίπε ἄνθην Schol. adnotat ἄνθην τὸ ἄνθος εἶπε. Ita etiam γέννα γέννησις, δίνη δίνησις, ἐγγύη ἐγγύησις, λύπη λύπησις, πάθη πάθησις et quae Photius pro synonymis habet σῦλαι αἱ συλήσεις παρὰ Δημοσθένει, nonnihil inter se differunt et magis etiam ἐμπολή ἐμπόλησις, τρύπη τρύπησις, εἴλη (ἴλη) εἴλησις, quorum alterum rem, alterum actionem significat, ἀντιβολή ἀντιβόλησις, sed ἀπεμπολή et ἀπεμπόλησις cumque diversis praepositionibus composita ἀμφιπολή περιπορεία EM. et περιπόλησις eodem loco sunt. [30]) Quibus omnibus manifestum fit Graecos saepe quidem flexu vocis distinxisse momenta significationis sed hoc discrimen neque in terminationis forma positum neque perpetuum neque accentu diverso notatum esse. Haec paulo fusius edisserui quia quae Hemsterhusius attulit ad Thom. 127. perpauca sunt et minus apposita. [31])

§. 7. Aparaschematista ejus generis, quod cum verbis cognationem habet, pleraque oxytona sunt non solum quae actionem significant sed etiam quae substantiam ut ἀκοή [32]) sive de auditione dicitur sive de auriculis v. Meinek. ad Com. T. II. 307. item ταφή sepultarum significans et sepulcrum v. ad Aj. v. 1090. λαβή (nam λάβη a Meinekio Anall. p. 84.

30) Ἐπιπολή et ἀναπόλησις paraschematismo carent.

31) Ὀφείλησις unde sumserit, nescio; πρόσθη et ἐπίκλη alias causas habent, quas in Pathol. exquiram.

32) In Hippocratis libro spurio de Septim. p. 165. T. I. Lind. οὐ περιτέτευχα τῷδε τῷ πράγματι ὀφθαλμοῖσι, ἀκοῇσει δὲ μόνον, scribendum videtur ἀκοῇσι. Quare ἀκόησις in §. 6. non retuli.

merito rejicitur) et *σφαγή* utroque intellectu. Interdum tamen mutatur accentus: *καμπή* curvatio et *κάμπη distorto corpore campe* Columell. *σκαφή τὸ σκάμμα, σκάφη τὸ πλοῖον* Arcad. Et nonnunquam scriptura vacillat *σᾰ́γη* et *σαγή* v. Vater. ad Rhes. v. 207. illud ut *πάγη* aliaque substantiarum vocabula, hoc ut *ταγή, σφαγή*, quia natura sua verbale est actionemque *τοῦ σάττειν* indicat. Pariter fluitat *λάμπη*, quod Arcadius sanxit, et *λαμπή* mucor vini, *τὸ ἐπάνω τοῦ πίθου λαμπρὸν ὅπερ ἄνθος οἴνου λέγεται* Schol. Eur. Or. 115. qui sine dubio a *λάμπω* derivatum credidit, sed Erotiani glossa *Λάμπη τὸ ἐφιστάμενον τῆς δεδολωμένης οἴνης* (scr. *τοῖς—οἴνοις*) *καὶ ἐλάαις οἷον τι λίπος*, traducit nos ad aliud etymon vocabulis *λάπη, λέμφος, γλήμη, lippus*, communiter aptum; quanquam haec quoque si ab ultima stirpe repetimus, ad *λάω, λάμπω*, redeunt; nam pituitosa et mucosa albent atque nitent cf. Prolegg. p. 92. Goettlingius in libro de accentu posthabito significationis discrimine summam rei in accentu ponere videtur; nam quae ultimam acutam habeant, a verbis derivata esse dicit, quae secus, aliunde alicunde; ideoque *πνγή* verbalibus adnumerat, *ἄνη, μάχη, τύχη* alteri generi, cujus ortum amplius non explanat, eademque norma utitur in iis quae cum verbis perispomenis societate quadam continentur velut *λύπη, νίκη, βροντή, τελευτή*. Ad priorem partem quod attinet, ego Buttmanni partes sequutus sum *στέγη, μάχη, φυγή, ἀφή* quamvis diverso accentu notata verbis barytonis subjicientis Gramm. II. p. 400. Sed num *λύπη*, ut idem statuit, a *λυπέω* et *βοή* a *βοάω*, an hoc ab illo derivatum sit, despero ita dijudicari posse ut nihil dubitationis relinquatur. Ac fuit jam olim hac de re summa dissensio. Illud defendunt EM. 225, 23. *ἀπὸ τοῦ γεννῶ γενή ὡς ἀπειλῶ ἀπειλή, εἰλῶ εἰλή (εὐλή), ὠνῶ ὠνή*, Arcadius p. 112. et Theognostus Cram. II. 148, 8. *τὸ φωνὴ ἀπὸ τοῦ φωνῶ, τὸ ὠνὴ ἀπὸ τοῦ ὠνῶ* et Regg. Pros. n. 19. p. 425. *ἧσσα ἐκ τοῦ ἡσσῶ, πεῖνα ἐκ τοῦ πεινῶ*. Ab altera parte stant Choeroboscus in Anecd. Bekk. 1137. *τὰ περισπώμενα ἔχουσι τὸ θηλυκὸν προϋπάρχον τρυφή τρυφῶ, ὁρμή ὁρμῶ*, et Theognostus secum discors l. c. p. 95. *τὰ ἀπὸ τῶν εἰς η θηλυκῶν γινόμενα ῥήματα δευτέρας γίνεται*

συζυγίας ὡς ἐπὶ τὸ πολύ[33]) *βοῆ βοῶ, τεχνὴ τεχνῶ, ἀγάπη ἀγαπῶ, μελέτη μελετῶ*, aliique qui in EM. hic illic interloquuntur *σιγὴ σιγῶ, αὐδὴ αὐδῶ, ἅρπη ἁρπῶ* p. 148, 18. et qui omnes auctoritate praeeminet Herodianus Anecd. Bekk. 1289. *τὸ ἁμιλλῶ καὶ λυσσῶ ἔχουσιν ὀνόματα προϋποκείμενα τὸ ἅμιλλα καὶ λύσσα.* Inde fluxit canon generalis in EM. 131, 49. *ἡνίκα ἰσοσυλλαβεῖ τὰ ῥήματα τοῖς ὀνόμασιν, ὀξύνεται δὲ ἢ βαρύνεται τὰ ὀνόματα, τὰ δὲ ῥήματα περισπᾶται, τότε ἐκ τῶν ὀνομάτων παράγονται τὰ ῥήματα, μόνος μονῶ, χρυσὸς χρυσῶ, ἄπορος ἀπορῶ*, quae licet ex alio genere repetita sint, tamen non dubium relinquunt quid ille de femininis senserit. His igitur auctoribus et quia naturae consentaneum videtur ut productiora oriantur a minus longis, neque Buttmanno adjicere possum neque prosodiae catholicae auctori doctissimo, quem paullo ante appellavi. Nam *αὐδή, ἠχή, σιγή, σιωπή* caeteraque id genus non a verbis circumflexis nata sed ipsa verborum circumflexorum principia esse statuo perinde ut barytona *νίκη, λύπη*. Ac nonnullorum etiam origo reddi potest et progressio *αὔω αὐδή αὐδῶ, χλίω χλιδή χλιδῶ, τίω τιμή τιμῶ, ἅπτω ἁφή ἁφῶ,*[34]) *λείβω λοιβή Λοιβᾶται σπένδει* Hes. et nominum barytonorum *φέρω φώρ φώρα φωρῶ, πείρω πεῖρα πειρῶ, ἄω* (satio) *ἄση ἀσῶ, θάω θοίνη θοινῶ* etc. quae nomina cur diversos acceperint accentus, nunquam inventum iri spero; neque ea sermonis natura est ut omnia omnibus, paria paribus respondeant.

Nomina masculini generis simplicia, quae certo constet ex tempore praesenti expressa esse dubito an nulla reperiantur praeter *ἀρτύνης* et quod minus certum est *εὐθύνης*. Eustathius quidem *ἀλείτης* ab *ἀλείτω* derivatum dicit sed hoc nunquam in usu fuit, nec ea fuisse videtur nominis origo

---

33) Nempe nonnulla transeunt in verba primae declinationis, *ἠχή, λυπή, φωνή, πτοία, ἐρωή, λαλαγή, ἰαχή, στοναχή, καναχή*. Sed regula vincit: *ὁρμῶ εἰ μέν ἐστι δευτέρας συζυγίας, ἀπὸ τοῦ ὁρμή· εἰ δὲ πρώτης, γίνεται ἀπὸ τοῦ ὅρμος* Epim. Cram. I. 320.

34) Suidas post *Ἀφασία—ἡ ἀφὴ δύναται καὶ ἀπὸ τοῦ περισπωμένου ἁφῶ γεγονέναι καὶ ἀπὸ τοῦ βαρυτόνου ἅφω*. Hoc etiam Buttmannus Gramm. II. 117. pro themate ponit.

v. Prolegg. 376. et 383. Nihilo plus valet *Δύπτης παρὰ τὸ δύπτω* EM. 291, 20. quod cum *λήπτης* et aliis componendum est v. Parall. 135. sq. quo loco *τένθης* quoque attigi et alia quaedam pariter incerta. *Ἀμόργης* vel paraschematismus est feminini *ἀμόργη* vel utrumque singulatim affictum est perfecto medio. Eandem tropen sed conjuncte cum epenthesi consonae ostendit *Πόρκης ὁ περὶ τῷ δόρατι κρίκος, ἀπὸ τοῦ πείρω ὡς Ὠρίων* EM. quicum consentit Sch. A. ad Il. VI. 320. atque haud scio an ita sit; nam annulus ille praebet usum fibulae quae *πόρπη* dicitur ab eodem verbo. *Κοίης ἱερεύς ὁ καθαίρων τὸν φονέα* et verbum *Κειώσασθαι καθήρασθαι* qua ratione cum *κείω* sive *καίω* contineantur explicui in Aglaoph. 1290. cf. Prolegg. 41. not. *Φοίτης* et alia quae in hanc similitudinem incidunt, examinavi in Parall. 134.

Pars II.

De nominibus secundae declinationis.

§. 1. Haec breviore sermone explicari possunt quia ab iisdem primordiis et eodem ordine procedunt hoc uno discrimine quod substantivis accedunt adjectiva quae permixte cum illis exhibebo. A puris igitur: *ναὸς ἐκ τοῦ ναίω* EM. 598, 47. quae etymologice juncta sunt in H. H. in Apoll. 298. *νηὸν ἔνασσαν aedem aedificarunt*, et intransitive in Sibyll. V. 296. *νηὸν ζητοῦσα τὸν οὐκέτι ναιετάοντα*, substantivo a generali verbi significatione, ut saepe, alienato. [1]) Cum *ναός* et *νηός* Arcadius p. 36. confert *παός* et *πηός*, quod Schol. Il. II. 163. et alii a dorico *πάομαι* derivatum putant quia hoc nomine *οἱ ἐπίκτητοι συγγενεῖς* declarantur contra positis *τοῖς φύσει*. Trisyllabo *ἱλάω* adhaeret adjectivum *ἵλαος*. *Κλαῖος ὁ θρῆνος* in Thes. affertur e Lex. Mss. [2]) *Ἄϋος ὄνομα ῥηματικὸν ἐκ τοῦ αὔω* EM. *ἴαυος ἡ κοίτη παρὰ τὸ ἰαύω* Hes. Epsilon vulgo quidem in *o* transit *θρόος*, *ῥόος* etc. et nonnunquam in *οι φλέω φλόος φλοιός* Cram. I. 429. semperque in neutro *πλοῖον*, sed adjectiva *πλέος* sive *πλεῖος* et *χρεῖος* ab obsoletis *πλέω* impleo et *χρέω* v. Diss. I. §. 3. a *κείω* adoleo, quod eodem loco commemoravi, *Κεῖα καθάρματα* Hes. id est suffimenta lustralia. *Ἰὸς τὸ βέλος ἀπὸ τοῦ ἵημι* (*ἴω*) Schol. Oppian. II. 471. Sch. Scut. 128. *Σόω σόος, σώω σῶος* et his congruentia *ζοός* sive *ζωός* jam veteres composuerunt v. EM. 741, 50. et Eust. *Μοῖος, σμοῖος* et *σμινός*,

1) Pro *ναός* dicitur *οἶκος* Orph. Arg. 614. *Φοίβου δόμος* Eur. Ion. 221. *Veneris domus* Juven. Sat. III. 40. non contra.

2) *Ζεὺς Ναῖος* sive *Νάϊος* utrum ab inhabitando cognominatus sit quasi *Ἔστιος* et *Ἐστιοῦχος* an a fluendo ut Manalis sive Imbricitor, controversum fuit v. Steph. s. *Δωδώνη* et Schol. Il. XVI. 233.

quae Hesychius *στυγνός σκυθρωπός* interpretatur et verbum *Μύει σκυθρωπάζει, Ὑπεμνήμυκε στυγνάζει* ejusdem esse stirpis et familiae nemini dubium videri potest. Pernota sunt *ἐπακουός* et *ἐπήκοος*, suspectum vero *ἀκουός*, quod EM. illi praeponit et *ἄκοος ἀντὶ τοῦ ἀκουστικῶς Πλάτων* Anecd. Bekk. 368. ubi Meinekius ad Com. Fr. P. II. 694. *ἀκουστικός* scribendum putat tanquam simile afferens syntheton *συνάκοος* ex Themist. Or. XXXIII. 366. sed dubitat tamen an hoc loco scribendum sit *σύνθακος*. Equidem neque *ἄκοος* analogiae convenire puto, neque *συνάκοος*, sed pro illo repono *ἀκοᾷς ἀντὶ τοῦ ἀκουστικῶς ἔχεις*, sic enim verba desiderativa explicari solent: *ἀκουσείων ἀκουστικῶς ἔχων* Hes. apud Themistium vero *συνήκοος*,[3]) nam *σύνθακος* poeticum sapit. *Υἱὸς παρὰ τὸ φύω* EM. quod nostri docti magno consensu comprobarunt v. Hermann. de Emend. Gramm. p. 51. cf. Prolegg. 51. *εἰλυὸς παρὰ τὸ εἰλύω* EM. *ποιπνυὸς θεράπων* Hes. Substantiva neutrius generis sunt *βρύα τὰ ἄνθη ὡς καὶ Ὅμηρος βρύει ἄνθεϊ λευκῷ* Sch. Nic. 71. *ἀπὸ τοῦ βρύω τοῦ ἄρτι θάλλω γίνεται καὶ ἔμβρυον* Sch. Il. XVII. 56. et amplius ad XXIII. 266. *βρέφος εἴρηκεν ἐναντίως ἡμῖν τὸ ἔμβρυον, τὸ δὲ τεχθὲν ἔμβρυον· βρύειν γὰρ τὸ αὔξεσθαι*, qua in causa Sch. Theocr. IX. 9. composito *ἐμβρύειν* utitur. Alterum est *πτύον παρὰ τὸ πτύω τὸ ἀποπτύον καὶ ἀποῤῥίπτον τῶν καρπῶν τὰ ἄχυρα* EM. quod confirmatur aliquatenus homerico loco *κῦμα ἀποπτύει ἁλὸς ἄχνην*, nam *ἄχνη* non solum spumam significat sed etiam acus *ἄχυρον* v. Parall. 274.[4]) minus vero convenit cum attica scriptura *πτέον*, quam ille ad *πεταννύναι* refert. Tertium *θύον* thus atque arbor odorata non ambigitur quin a *θύω* suffio, fumigo, denominata sint similiter ut a *πύω* (*πύθω*) *πύον* pus, cui affine est *ὁ πυὸς τὸ πρωτόῤῥυτον. γάλα, ὅ τινες πύαρ καλοῦσι* Eust. 1626, 5. Tantum de puris.

3) Verba sunt haec: *ἵνα μὴ ὑμᾶς ἀνιῴην ἄνδρας φίλους τε καὶ συνακόους, οἰκουρῶ τὰ πολλά, νεανίσκοι δὲ οὗτοι ἀποχρώντως μοι ἀκούοντες. Συνήκοοι* dici videntur quia cum Themistio alios oratores audire solebant.

4) Pro *ῥόδον ἔπτυον ὄχθαι* Nonn. X. 151. quod durius dictum videtur, fortasse *ἔβρυον* scribendum.

§. 2. Non minus multa exundant ab altero genere nomina et quidem a liquidis *θάλλος*, *σφαλλός* cuspes [5]) *ἴλλοι οἱ ὀφθαλμοὶ παρὰ τὸ εἰλεῖσθαι* Sch. Od. XVIII. 11. hoc est *παρὰ τὸ ἴλλειν*, et adjectivum *ἰλλός*, quod Arcadius uno $\overline{\lambda}$ scribere videtur, *σκύλλος* [6]) *ὁ κύων* Hes. et *Σκύλλα ποντία κύων* Anaxil. Com. Fr. T. III. 347. a *σκύλλειν* id est *σπᾷν*, *σπαράσσειν* Poll. II. 90. *μοιμύλλειν τὸ συνάγειν τὰ χείλη· καὶ γὰρ τὰ χείλη μύλλα προσαγορεύουσι* et *μυλλός* dicitur *ὁ διεστραμμένος τὴν ὄψιν* a *μύλλω* v. Diss. V. §. 1. Hyperdissyllaba alterum lambda amittunt *ἄγγελος*, *αἴκαλος* etc. v. Proll. 113. — *Φέννος θάνατος* si ab Hesychio recipimus, verbo *φένω ἔπεφνον* adjici oportet; certius est *θῦνος ὁρμή δρόμος* Hes. et ab eodem verbo piscis nomen — *θύνω καὶ ῥηματικὸν θῦνος καὶ πλεονασμῷ τοῦ ἑτέρου* $\overline{\nu}$ *θύννος* Epim. I. 198. cui etymo convenit epitheton *θύννοι θύνοντες* Oppian. Hal. I. 181. Athenaeus vero II. 324. C. ita loquitur ac si consonam interpositam putet *θύω θύννος ὁ ὁρμητικός*, quod probavit Coraes ad Xenocr. p. 62. Cum *ὄρω* incito, cujus mentionem habui in Diss. V. §. 4. cohaeret *οὖρος ὁ φορὸς ἄνεμος* EM. Cram. II. 301. et composita *παλίνορρος*, *ἀμπαλίνορρος* et *παλίνορσος* cum neutro *οὖρα τὰ ὁρμήματα* Sch. Il. XXIII. 431. [7]) *Πίσος παρὰ τὸ πτίσαι* EM. 673, 25. v. Parall. p. 31. A *γλαύσσω γλαυσός* lucidus, ab *ὄσσομαι ὁ ὄσσος* duobus numeri pluralis casibus adstrictum. A verbis, quorum character est muta, primum *ἐλέγχω ἔλεγχος*, *ῥέμβω ῥέμβος*, *τύφω τῦφος* et neotericum *στούφα stuffa* v. Diss.

---

5) *Σφαλός* brachyparalectum pro *σφάκελος* repositum in Epicharmi Fragm. p. 454. ed. Ahrens. ad sententiam satis aptum est, ad analogiam minus; nam quae a similibus verbis ducta priorem brevem habent ut *πάλος*, *σάλος*, eorum alia est significatio (*πάλσις*, *σάλευσις*) *σφαλλός* vero dicitur *ὁ σφάλλων* ut *εἱματανωπερίβαλλος* et passive *προβαλλὸς ἡ ἀσπὶς ὀξύνεται* Arcad.

6) Schol. Opp. H. I. 743. scripsit *σκύλος* ut nunc dicitur, uno lambda.

7) Coraes ad Heliod. 345. *οὖρος* cum *αὖρα* componit, cui longe diversam originem assignavimus ab *ἄω*. Illi velificatur Hesychius *Ἀγχοῦρος — ὄρθρος*, nam idem *ἄγχαυρος* dicitur, sed glossa nonnullis suspecta est.

II. §. 4. Adnotam. *στύφω στυφός*, quo et alii posteriorum et Hesychius in explicando *στρυφνός* utitur; *ψυγοὶ ἤτοι ψυκτῆρες λέγονται οἱ ταρσοί* Sch. Od. IX. 219. ubi cod. *ψυχοί* praebet, hoc antiquo *ψύχω* conveniens, illud a *ψύγω* v. ad Phryn. 318. *Ψύττει πτύει, ψυττὸν πτύελον* Hes. Mira est verborum *olere* et *olescere*, ὄζω et ὄζος figurae convenientia sed significatio insociabilis. Cetera sunt hominum attributiva et adjectiva *ἀγός, ἀρχός, αἰθός, ἀρεσκός, βοσκός, βυζός* id est *πυκνός* Hes. et Theogn. II. 19. *γεγωνός, γλιχὸς ὁ γλίσχρος* Hes. *θερμὸς παρὰ τὸ θέρω ὡς εἱρμὸς ἢ ἀπὸ τοῦ θέρμω*, quorum quid praestet optio facilis, *ἐδὸς ὁ φαγᾶς* Suid. *θηγὸν ὀξύ* et *θηπὸν θαυμαστόν* Hes. a *θήπω*, cujus perfectum modo superest, [8]) tum *κνιζὸς* [9]) *λαμπὸς τὸ ἐπιθετικόν, Λάμπος τὸ κύριον* Arcad. *στιλβός* quo unus interpretum V. T. usus est [10]) sed a Graecis germanis *στιλπνός* dicitur, *ὡς παρὰ τὸ θάλπω θαλπνός, τέρπω τερπνός, οὕτως παρὰ τὸ στίλβω στιλπνός* Schol. II. XIV. 351. a *σπέρχω σπερχνός, ἴσχω ἰσχνός*, et a *λείχω* barytonon *λίχνος*. Arcadius p. 150. *τὸ ἀρήγω οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀρηγὸς ἀλλὰ τοῦτο ἀπ' ἐκείνου*. Nec tamen legitur illud sed *ἀρωγός*, quod paronymon videtur ab *ἀρωγή* ut *ἐδωδή ἐδωδός, ἀγωγή ἀγωγός*, et superiorum quoque nonnulla a nominibus non longius distant quam a verbis. *Ἀραρός* perfecti reduplicati *ἄραρα* simile sed adhuc non satis stabilitum est v. Parall. 48.

§. 3. Quod proxime memoravi *φαγός* quum in N. T. neque antea reperiatur, tam a novitio *φάγομαι* derivatum dici potest quam ab authypotacto *φάγω* [11]) sicut alia substantiva

8) Apud eundem pro *Λάπος θὴς δοῦλος* fortasse scribendum *θᾶπος* vel *θαπός* i. q. *θώψ, θέραψ* assecula v. Parall. 47.

9) Hujus sola superest feminina positio *κνιζὴ καὶ πέπειρα* in Anacreontis versu v. Parall. 207. ubi *κνιζή* scripsi, quia adjectiva pleraque acuuntur; sed nonnulla vacillant, *βοσκός* Sch. Phoenn. 28. Suid. et Phot. s. *Νομεύς* aliisque locis in Thes. indicatis, et, quod minus probandum *βόσκος* Sch. Prom. 569. *φάγος* Suid. s. *Ἄλλοις* et apud alios quos nominavi in Wolf. Anall. Litt. III. p. 55. sed Arcadius acui jubet.

10) Sic certe Schleusnerus tradit in Thes. In LXX. tamen non legitur, neque reperio in Montfauconii Lex. in Hexapla.

11) *Τράγος παρὰ τὸ τραγεῖν ὡς φάγος* Eust. 1553, 34.

et adjectiva: *Ἴδοι ὀφθαλμοί*, *Λάκος ἦχος* Hes. *θορός* et *θοῦρος*, *ὄλισθος*, *ὀλός* i. q. *ὀλοός*, *φυγός* v. ad Phryn. 434. Sed jam propius propiusque accedimus ad eam partem, in qua anomalia dominatur; quae lenibus orsa principiis sensim ita ingravescit ut nullius regulae vinculis adstringi possit. Hic primum sub adspectum venit systole vocalis principalis: *πλυνὸς συστέλλει τὸ ῡ καίτοιγε τὸ πλύνω ἐκτείνει* Herodian. *Μον.* p. 33. neque secus *τρίβω τρίβος*, *ξύρω ξυρός* et *ξυρόν*, sed hoc Schol. Il. X. 113. metri causa correptum dicit et Arcadius Photiusque ypsilon longum habere affirmant, Moeris anceps et mutabile pro ratione dialecti: *μακρῶς ἀττικῶς*, *βραχέως ἑλληνικῶς*. *Τῦφος* retinet vocalem longam; de adjectivo *στυφός* nihil constat; nam apud Arcadium p. 84. *τὰ εἰς φος δισύλλαβα κύρια* [12]) *ἢ προσηγορικὰ βαρύνεται εἰ μὴ παραλήγοιτο τῷ ῡ βραχεῖ ὡς κρυφὸς καὶ στυφός*, pro hoc ponendum est substantivum *συφός*, [13]) ex eo vero quod Herodianus *π. Μον.* 41. dicit *στρυφνός* ypsilon longum habere, suspicari licet ejusdem mensurae esse *στυφός* ut ab eodem verbo *στύφω* ductum; nec multum obstat quod in *στυφοκόπος* corripitur. Haud minus inconstantiae in diphthongis: *ἐκ τοῦ σκαίρειν καὶ σπαίρειν παράγονται σκάρος καὶ σπάρος* Epim. Cram. I. 392. Sch. Il. XIII. 443. alpha utrumque correpto; attamen apud Ennium trochaei mensuram habet; quin dupliciter scribitur *σαρός* et *σαιρός* Hes. *Μανὸς ὁ μαινόμενος* Suid. quomodo pronunciandum sit incompertum habemus sed *φανός* primam intendit et ab eodem verbo natum est *φηνός ὁ λαμπρός* Arcad. 63. unde Schol. Od. III. 372. aquilae subalbidae nomen *φήνη* impositum putat; similiterque *ἐπίξηνον* ad *ξαίνω* referunt Sch. Il. XI. 261. *αὐτόκρανος λόγος* Aeschylus pro *αὐτοτελής* alpha certe producto. In aliis geminatur consona *ἐκ τοῦ σαίνω παρῆκται ὁ σάννας ἢ σάννος* (sannio) Eust. 1792, 8. a *χαίνω χάννος*, quod eidem aeolicum

12) Hic inseri debet *ἢ τοπικά* (*Κύφος*) quod in seq. versum translatum est.

13) Hoc significatur in Epim. Cram. II. 372. et 385. *τὰ εἰς φος δισύλλαβα κύρια ἢ προσηγορικὰ βαρύνονται εἰ μὴ ἔχοι τὸ ῡ συνεσταλμένον σημαίνοντα τοπικὴν ἔννοιαν* scr. *ἢ σημαίνοι τ. ε.* ut *συφός* periecticum.

videtur 1778, 18. Quae supra tres syllabas habent vocalem simplicem accipiunt *βασκαίνω βάσκανος, ταργαίνω τάργανον* etc. quibus contrarium *Σκύδμαινος σκυθρωπός* Hes. non sincere scriptum videtur; *φασινός* vero non a *φασίνω* derivatum est sed utrumque a *φάω* vel *φάος*. Neque aliter fit verbis quae in *ρω* exeunt, *καθαίρω καθαρός, γεγαίρω γεγαρός, μαρμαίρω μάρμαρος, γαργαίρω γάργαρα, ἐναίρω ἔναρα.* Diphthongus *ει* eidem imparilitati obnoxia est. Nam plerumque quidem huic iota auxiliare detrahitur epsilo in omicron mutato: *ὡς σπείρω σπόρος, φθείρω φθόρος, οὕτως πείρω πόρος* Sch. Il. XXIV. 11. quibus Arcadius 68. addit *πτείρω πτόρος ὁ πταρμός, εἴρω ὅρος,*[14]) *μείρω μόρος· σεσημαίωται τὸ δαρός· ὁ δεδαρμένος, εἰ καὶ ἐκ τοῦ δείρω γίνεται,* ubi aut *εἰ μὴ ἐκ τοῦ δαίρω* scribendum aut solum *καί* delendum est; nomen ipsum memoria intercidit, nec *πτείρω* nobis innotuit sed *πταίρω*, unde *πτάρος* derivandum erat sed placuit *πταρμός* dicere ut *σαίρω σαρμός*. Eandem viam insistunt hyperdisyllaba *ἀγορός ἀγορά, γρήγορος* sive *ἐγρήγορος, μετήορος* etc. Verum fit etiam ut non iota eximatur sed epsilon verbo insertum *στίχος, στίβος*, vel ut *ει* mutetur in *οι, κλείω κλοιός*, cui simile videtur *κοῖον τὸ ἐνέχυρον* Hes. id est *ὑποκείμενον* a prototypo *κείω τὸ κεῖμαι*, praeterea *στοῖχος, ἀοιδός, ἀμοιβός, λοιπός* etc. Singulare est *ἰμείρω ἵμερος* substantivum et adjectivum eodem accentu. Num diphthongus integra ad nomen transire possit, valde dubium; nam proprii *Ἄμειβος* Sch. Il. XX. 329. atque feminorum *ἀμείβη* et *πείθη* scriptura, ut antea dixi, minime certa; nec satis testium habet *φειδός*. Choeroboscus Cram. II. 273. *φείδομαι—τὸ δὲ φίδως* (sic) *ῥηματικὸν ἐπεκράτησε διὰ τοῦ ι γράφεσθαι*, pro quo in Etym. Gud. 548, 48. *φίδος* editum est barytonum, cujus prosodia ut videtur, non alia fuit quam aoristi *πεφίδοντο*, unde illud derivari potuit ut ab *ἔφυγον φυγός*. Verum enim apud Callimachum legitur *φιδός* iota producto, quod nescio qui admitti possit; nam qui nomen

14) Sic et Schol. Dion. Gramm. 649. Veri similius est *ὄρος* surrectum quiddam et eminens significare, id est terminum *τέρμα*, ab *ὄρω* excito, erigo.

Ἶρος ab εἴρω derivatum volunt Sch. Od. XVIII. 6. fidem non merent; φοιδός analogiae conveniens sed ignotum est; φειδός Eustathius p. 537, 40. testatur κατὰ παλαιὰν κωμῳδίαν dici et confirmatur comparativo φειδότερος Stob. Flor. Tit. 83, 25. (nisi φειδωλότερος fuit) ceteroqui incomparabile. Sed et οὐλός, οὖλος et ἴουλος via prorsus solitaria ab εἴλλω deducta sunt v. P. I. §. 4. Vocales simplices non mutantur nisi ε in ο, cujus enallagae exempla infinita praebent verba penultimae purae ῥέω ῥόος, θέω θοός, φέρω φόρος, non ita multa genus alterum verborum ἕλκω ὁλκός, ἔχω ὄχος, κένσαι κοντός, ἕψω ὄψον Athen. 277. A. [15]) παρὰ τὸ ἔρχω ὄρχος ἢ κατὰ τάξιν φυτεία v. Prolegg. 369. [16]) et vocali utrinque mutata ἐρέφω ὄροφος, cui nemo perfectum ὤροφα substructum ibit. Consonarum nulla consequitur mutatio nisi qua renovatur verbi forma primigenia δέκομαι δοχός et δοκός, βροῦχος παρὰ τὸ βρύκειν Sch. Il. XXI. 12. unde etiam affinia camparum et locustarum vocabula βρούκη sive βροῦκος eruca, βραύκη, βρόκος, sed βροῦχος proxime a βρύχω. Schol. Hes. Scut. 366. τύκος ἀπὸ τοῦ τύκω, cujus extat aoristus τετυκεῖν, et ab altero themate τύχος. Sed spissiores consonae extenuantur, τρίζω Τριγὸς τρυγών Hes. κράζω, cujus alpha longum, κράγος et κραγός v. Parall. 506. [17]) et item κραυγός picus et κραγγών pica; κλάζω clango κλαγγός ut κλαγγή,

15) Cum hoc Eustathius 868, 3. confert ἕπομαι ὀπάζω, ὀπαδός, quae trope frequentissime conjuncta est cum derivatione sed nullam certam sequitur regulam: ἔργον ἐργάνη ὄργανον, ἔργω (εἴργω) ὀρχμή φραγμός, ἕλπομαι ὅλπη Hes. Ὀλίγγη ἡ ἀνάπαυσις Arc. 154. et ὠλλιγγιά νυσταγμός Hes. ab eodem verbo sunt ut ἑλινύς dies feriatus. Eaque trope modo in forma posita est ut ἐχμάζω ὀχμάζω, ἐρκάνη ὑρκάνη, modo alium intellectum facit ἐργάζομαι ὀργάζω (*wirken, durchwirken* subigere) ἐχυρός et ὀχυρός, quorum illud non solum de locis sed etiam de hominibus hominumque actionibus dicitur, ὀχυρός de locis modo cf. Jacobs. ad Philostr. 283. Popp. ad Thuc. I. 35.

16) Ὄρχοι φυτῶν ὀρθοὶ πορεύονται Philostr. Imagg. I. 6, 771.

17) Arcad. 47. τὰ διὰ τοῦ αγος ἐπιθετικὰ καὶ μὴ ἐθνικὰ βαρύνεται, φαγός, κραγός. Τὸ δὲ κράγος ὁ κραυγαστικὸς βαρύνεται, καὶ τὸ Μάγος ἐθνικόν, ubi prius βαρύνεται in ὀξύνεται mutandum, tum κραυγαστικός in κραυγασμός. Aliter haec constituit Meinekius Com. Fr. II. 544.

σπίζω σπίγγος et *σπίνος*, cui simile *πλάζω* (*πλάνη*) *πλάνος*. *Πτ* semper ad simplicem redigitur sive tenuem *κόπος*, *τύπος*, *ῥύπος*, sive mediam *σκάπτω ἔσκαφα σκάφος* EM. ut *κνάφος*, *τάφος*, *κύπτω κέκυφα κυφός* Eust. 1431, 43. *κρύπτω κρυφός*, sive etiam mediam *καλύβη καλυβός* id est *παστάς* nuper inventum in Inscr. Alexandrina Mus. Rhen. Ann. XLII. 209. Nec manet *σσ* sed cedit primitivae; nam a *πήσσω πήγνυμι* existit adjectivum *πηγός* et substantivum *πάγος* alpha correpto sed *pagus* protento [18]) *τάσσω ταγός*, *πτήσσω πτώσσω πτωχός* [19]) et hyperdissyllaba *μειλίσσω μείλιχος*, *ταράσσω τάραχος*, *φαρμάσσω φάρμακον*, *μαλάσσω μαλακός* et *μαλάχη*.

§. 4. Nunc exponam de consonis auxiliaribus sive ut minus latine sed significantius dicam formativis; quarum duo genera sunt, unum verbi ipsius motus regens et moderans; alterum aliunde receptum. Illuc pertinent tres illae consonae quae et tres verbi passivi personas distinguunt et pro veterum opinione dehinc ad nomina conformanda transferuntur: *τριῶν ὄντων τούτων τοῦ βέβρωμαι, βέβρωσαι, βέβρωται, ἐκ τοῦ πρώτου μὲν τὸ βρώμη ὡς τρώμη, ἐκ δευτέρου δὲ βρῶσις, ἐκ δὲ τοῦ τρίτου ἡ βρωτύς* Eust. 1653, 53. Cum *βρώμη* ceterisque P. I. allatis congruunt *θυμὸς παρὰ τὸ θύω τὸ ὁρμῶ* Sch. Il. XV. 500. et ab homonymo verbo *θύμος* sive *θύμον*,

---

18) Festus et Servius ad Georg. II. 382. *pagi dicti a fontibus, quod eadem aqua uterentur* (pagani). Sch. Aesch. Prom. 118. *πάγος παρὰ τὸ πήσσεσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ὕδατα ἢ διὰ τὸ τὰς πηγὰς ἐξ αὐτῶν κατέρχεσθαι.* Quid verum sit monstrat Hesychius *πηγάδα* interpretans *γῆν πεπηγυῖαν* et *Θρόμβος ὑψηλὸς τόπος*, *Θρόμβοι αἷμα πεπηγός ὡς βουνοί.* Schol. Soph. Trach. 702. *θρομβώδης ἐπηρμένος· θρόμβος γὰρ ὁ ὄγκος*, hoc a *τρέφω* ductum ut a *στρέφω στρόμβος*. Synonyma junxit Apollonius II. 737. *πηγυλὶς περιτέτροφε*. Glossae Graecolat. *grumus θρόμβος*, quorum illud de acervis lapidum dicitur, hoc significat *αἷμα πεπηγός* ut Galenus dicit de Atr. Bil. II. 106. T. V. sive *πάγον αἵματος* Aret. Sign. Acut. II. 7. *Κροῦμαι μύξαι* Hes. hoc est mucus spissus, concretus, congelatique similis; *Κρῶμαξ σωρὸς λίθων* id. quod Doederlinus cum grumus confert. His affinia sunt cruor id est sanguis congelatus et cremor sive lac spissatum.

19) *Ῥάχος* et *ῥῆχος*, quorum accentus fluctuat, a *φράσσω* fortasse unde synonymon *φραγμός*. A *πτύσσω* litera una detracta, altera addita *πυκνός* ut *πύξ*.

ῥυμός, χυμός,[20]) σεισμός, λευσμός, et a non puris ψαλμός παρὰ τὸ ἔψαλμαι ὡς τέτιλμαι τιλμός EM. νυγμός, σκυλμός etc. In illo genere, quoniam penultimam longam esse oportet, epsilon mutatur in ω, βλωμός i. q. βόλος bolus, ζωμός etc. v. Parall. 892. quibuscum δόμος et γόμος non pugnant. In altero hac molitione opus non est, στολμός, φλογμός, φορμός, πλοχμός et a πέτω πότμος casus. Sed epsilon integrum et immutatum retinent κρεγμός, κροκυλεγμός, φλεγμός αἷμα Hes. nisi hoc sumtum est ex grammatica Thespidis tragoedia, quam tractat Bentlejus in Ep. ad. Mill. 491. sq. Diphthongus αι in transitu vocalem postpositivam amittit δαρμός, πταρμός, σαρμός etc. nonnunquam etiam ει, ἐρείκω ἔρεγμός, ἀγείρω ἄγερμός (et ἄγυρμός) sed alibi abit in ο, κείρω κορμός Schol. Il. XXIV. 11. εἴλω ὅλμος (ut κυλίνδω κύλινδρος) εἴρω ὅρμος sertum, semel in οι, ἀλείφω ἀλοιμός, quod non vereor ne quis supra dictis ἀμοιβός etc. aequiparet; semel incorrupta manet εἴρω εἰρμός. Quibus subjiciam praeceptum Grammatici de Quant. T. II. 291. τὰ εἰς μος καθαρὸν οὐ παραλήγεται τῇ (adde ει) διφθόγγῳ, χωρὶς εἰ μὴ ἀπὸ συναιρέσεως σχῶσιν αὐτήν, φιμός, κημός· προσκεῖται τὸ καθαρὸν διὰ τὸ εἰρμός καὶ σεισμός, καὶ εἰ μὴ ἀπὸ συναιρ., διὰ τὸ δεῖμος, (Δεῖμος) quod quia divinae personae nomen proprium est, ad amussim analogiae aequiparare non conabimur. Ceterum admodum nihil refert utrum haec nomina in μη et μος a prima perfecti passivi repetantur an a futuro τίσω τιμή Cram. II. 264. ῥώσω ῥώμη ὡς γνώσω γνώμη EM. 705, 42. κόψω κομμός 526, 40. etc. Namque plurima nascuntur a verbis, quorum neutrum tempus in usu fuit, ipsumque θύω τὸ ὁρμῶ, unde θυμός, θύσις et θῦσα arcessunt, ultra imperfectum non declinatur. Quae Eustathius his adjicit βρῶμα et βρωτύς, ad aliam declinationem referenda sunt. Sed inveniuntur etiam nomina in σος exeuntia quae Grammatici futuro subjicere solent: νῆσος ἀπὸ τοῦ νῶ τὸ κολυμβῶ et ῥυσὸς παρὰ τὸν ἐρύσω μέλλοντα EM.

20) Barytona οἶμος et τῖμος Grammatici femininis subjiciunt. Κνήμη et κνημός fortasse a κνάω κνάμπτω, illud proprie suffraginem, hoc anfractum significans.

ταρσός ἀπὸ τοῦ τείρω τέρσω Sch. Theocr. XI. 37. *τέρσοντο ἐξηραίνοντο, ἐξ οὗ καὶ ταρσός* Sch. Od. V. 152. v. Dissert. V. §. 4. Adnotam. *παλίνορσος ἐχρῆν διὰ τοῦ τ γράφειν· ἢ ἐκ τοῦ ὄρσω αἰολικοῦ* EM. 642, 27. et hoc credibilius videtur quam illa enallage literarum τ et σ, quae duplici scriptura nominis heroici *Ὀρτίλοχος* et *Ὀρσίλοχος* (ut *ὀρσίπους*) parum comprobatur v. Spitzner. ad Il. V. 549. Et syntheton *Ὀρσοδάκνη ζωύφιον ἐν τῇ κράμβῃ γινόμενον* Hes. indicium praebet fuisse substantivum *ὄρσος*[21]) vel *ὄρσον* vel *ὄρσα* significans idem quod *ὄρμενον*, *ὄρπηξ*, *ὄραμνος* id est germen, surus, surculus, ab eodem verbo *ὄρω* orior.[22]) Ab *αὔω* (*αὖος*) natum est *αὐσός* i. q. *αὐσταλέος*, nec respuimus Eustathii sententiam 1547, 48. *βάνασος* euphoniae causa antelatum esse legitime composito *βαύνασος*. Quippe diphthongus *αυ* in duabus continuis syllabis praeter factiticium *αὑταντος* non iteratur. A *τρύω* non solum *Τρύσις νόσος* sed etiam *Τρυσσός νοσερός* Hes. quod rectius *τρυσός* scribitur Theognost. 24, 21. a *κάμπτω Καμψός καμπύλος*, ut *κομψός* praeteream, cujus origo disputabilis[23]) et *λειψός*, quod sermo proletarius recepit pro *ἐλλιτής* v. Ducang. Neutrius generis est *τέλσον* i. q. *τέλος* a *τέλλω* emineo ut *ὄρος* terminus eminens. Reliqua hujus terminationis exempla, quam semper penultima vel positione[24]) vel natura longa praecedit, collata sunt in Prolegg. 419. Hoc autem sigma cur a verbo translatum credamus eo minus causae habemus quod idem aliis orationis partibus adhiberi solet et aliunde ductis: *ἐκ τοῦ ἅπτω τὸ ἅφαρ καὶ τὸ αἶψα ἤγουν συναπτῶς* Eust. 1107, 40. *ὀψέ ὄψιος*

21) *Ὄρσοι τῶν ἀρνῶν οἱ ἔσχατοι γενόμενοι*, non diversum videtur ab *ἔρσαι* agnelli. Cum verbo *ὄρω* cohaerent *βορσός ὁ σταυρός* Hes. *ὀρσότης ἡ ὁρμή*, quod Herodianus reprehendit *π. Μον.* p. 40. et laxius *ὀρθός ἀπὸ τοῦ ὦρθαι* Schol. Hes. Th. 293.

22) Schol. Il. XXI. 37. *ὄρπηξ παρὰ τὸ ὄρω πλεονασμῷ τοῦ π*, ut *πείρω πόρπη* et *πόρπαξ*, *κόλπος παρὰ τὸ κοῖλον* Sch. Il. VI. 467. *Ὄρμενος ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος διὰ τὸ ἐξορούειν* Eust. 899, 15.

23) Phrynichus App. 6, 20. *κομψός ὁ πανοῦργος οἷον κόπτων τινά.* Alii, quos Boissonadius nominat ad Aristaen. p. 370. a *κόμπος*, sed significatio magis ad *κοσμεῖν*, *κομμοῦν* convenit.

24) Hesychius *Πεσσός παρὰ τὸ πίπτειν*, quo dubito an melius reperiri non possit.

παρὰ τὸ ἕπω τὸ ἀκολουθῶ EM. πῦρ — πυρσός, quod primitivi sui significationem recuperat compositione πυρσοτόκος, πυρσογενής, ῥαιβός, ῥαψός et ῥαμψός καμπύλος Hes. γλεῦκος γλεῦξις seu γλύξις, μόριμος μόρσιμος, ὠκύς (ἀκή) ὀξύς v. Wernick. ad Tryph. v. 192. et φοξός. Et ejusdem literae interventu interdum etiam verba a verbis derivantur. De πορσύνω quidem disceptant utrum a πόρος profectum sit an ab aeolico futuro πόρσω, quod pro se ipsi fingunt EM. 683, 45. Sch. Opp. H. I. 742. Sed δέψω non temere cum δέφω, et ἕψω cum πέψαι mihi composuisse videor ad Buttm. 46. quo loco illam quoque pleonasmi speciem attigi, cui Grammatici ἶξον, ἤνειξα, εἴξασι subjiciunt cf. Ahrens. dial. aeol. 174. Consonarum cliticarum tertia cernitur non solum in adjectivis, δετός, φθιτός, quorum inenarrabilis copia, sed etiam in substantivis Ἀρατοί οἱ ὀφθαλμοί EM. μάτος ἡ ζήτησις Galen. Gloss. quod masculini similius videtur quam neutrius, νότος ventus, cujus proprium est epitheton *madidus* a verbo νῶ τὸ ῥέω ut supra dixi Diss. I. §. 7. μίτος, κρότος, a verbis thematicis πότος, στρότος,[25]) a non puris ῥάκτος id est φάραγξ Hes. σκηπτός, cujus consona ultima ad terminationem pertinet ut in κλέπτης, ῥάπτης v. Parall. 348. et a φέρω φόρτος sed indidem φερτός, nam adjectiva servant vocalem praesentis σεπτός, στρεπτός, θρεπτός sine ullo respectu perfecti passivi τέθραμμαι, ἔστραμμαι. Diphthongorum vicissitudo nulla praeter quod αι et ει ante ρτ propter inconsequentiam ad speciem perfecti passivi accomodantur χαρτός, σπαρτός, φθαρτός, εἰμαρτός, ἱμερτός, ἐγερτός, sed ab alia perfecti forma ἐγρηγορτί et μορτός. Ceterae diphthongi a verbis in ρω exeuntibus absunt; ante κτ, πτ et στ nulla est quae consistere non possit, ἄδεικτος, ἐπίειχτος, εὐκτός, ἀπαράλειπτος, φευκτός, οἶκτος ab οἴζω et εἰρκτή, quae unica sunt hujus terminationis substantiva;[26]) αι vero non reperitur, quia ne verba quidem.

25) A voce aeolica differt στρατός accentu periecticorum proprio et enallage vocalis, quae in latino *stratum* apparet. Nos Germani similiter stratopedum vocamus *Lager*, *Heerlager*.

26) Etiam adjectivorum in κτος et πτος copia non magna est, eorumque nonnulla diphthongum cum vocali commutant, non solum

§. 5. Cum supra allatis *θήκη* et *μύκη* P. I. §. 4. conferenda sunt nomina in *κος* exeuntia: *αὔω* (*αὖος*) *σαυκός* siccus, *δαίω δαῦκος ὁ θρασύς* Hes. ut *θερμός* et *calidus* pro audax dicitur, idemque herbae nomen est, cujus *ἰδίωμα πυρῶδες* Schol. Nic. Th. 94.[27]) *μύω μυκός ὁ ἄφωνος* Hes. latinum *mutus*, et ab eodem verbo *μῶκος* sanna vel sannio atque *μουκίζω* idem significans quod *μυχθίζω* et *μυκτηρίζω*. Adde etiam *φάω φαικός ὁ λαμπρός παρὰ τὸ φαίνειν* Hes. qui pro vero etymo substituit usitatum more tralaticio; *ὡς παρὰ τὸ σάω σάκος, θάσσω θᾶκος, οὕτω σώζω σῶκος* Schol. Il. XX. 72. et EM. 742, 14. Horum nominum primum si est masculinum quod vulgo *σάκκος* scribitur, illi a *σάω* (*σήθω*) repetivisse videntur; nam saccis sive linteis etiam ad cribrandum utimur. Sed fortasse de neutrali *τὸ σάκος* loquuntur, quod nonnulli ad *σάω* servo referunt, quia scutum corpus protegat scilicet. Mercurii cognomen sive a *σόω τὸ ὁρμῶ* ductum est sive sotera significat ab homonymo *σόω*, certe kappa non a stirpe verbi sed terminationis causa accepit. *Θᾶκος* a *θάσσω* profectum esse adducimur duobus exemplis, *λευκός παρὰ τὸ λεύσσω* Sch. Il. III. 121. *γλαυκὸς παρὰ τὸ γλαύσσω* Sch. Od. I. 221. quibus Merrickius ad Tryphiod. p. 514. *gloss* anglicum et theodiscum *glau* comparat. Nec tamen repudiem thema scholicum *θῶ τὸ τιθῶ* EM. 441, 11. similiterque suspicor *σηκός* stabulum a *στῆσαι* derivatum esse ut synonymon *σταθμός* — *ἐπεὶ καὶ τὸ στῆσαι ἐπὶ σταθμήσεως λέγεται* Eust. 1525, 27. et *σηκοῦν* pro *ἱστάναι* omissa consona quae in alio hujus familiae nomine excidit *σαυρωτήρ παρὰ τὸ σταυροῦσθαι καὶ ὀρθοῦσθαι ὑπ᾽ αὐτοῦ τὸ δόρυ σταυρωτήρ τις ὤν· οἱ δὲ στύρακα λέγουσιν* Orion. 141, 27. et hoc ab eodem unde *στῦλος, στήλη* et *στήριγξ*.[28]) Hujusmodi autem syllabis finalibus mirum quantum affluit sermo

---

ἐρεικτός et *ἐρικτός*, *φευκτός* et *φυκτός*, *πευστός* et *πυστός* congruentia perfectis sed etiam *στειπτός* et *στιπτός*, cujus perfectum est *ἔστειπται*.

27) Hesych. *δαυχμόν ξύλον εὔκαυστον δάφνης*, cui praeter *χ* insertum est *μ* ut *αὔω αὐχμός*.

28) *Ἀτρεκής* cum *τρέω* compositum esse EM. et *ἐνδυκές* cum *δύω* Sch. Apoll. I. 907. non solum his persuasum fuit sed etiam Buttmanno Lexil. I. 180. *Ψεκάδες καὶ ψιάδες Ἡρωδιανὸς ἀποβολῇ καὶ μετα-*

graecus, plerumque ab una quatuor liquidarum incipientibus, easque Analogetici syllabae futuri principali attexi fingunt: *ὡς παρὰ τὸν χήσω μέλλοντα τὸν σημαίνοντα τὸ χωρῶ γίνεται χηλός ἡ κίβωτος καὶ παρὰ τὸν βήσω βῆλος, οὕτω ἀπὸ τοῦ δείσω δειλός* Choerob. Cram. I. 193. *ἐκ τοῦ θήσω γίνεται ῥηματικὸν ὄνομα θήλη* EM. 450, 30. *μήλη παρὰ τὸν μήσω* p. 584, 49. *ὁ εἰς σω μέλλων τὴν σω τρέπει εἰς λη πάσω πάλη, ἀνθήσω ἀνθήλη, εἰ δὲ ἔχει διπλοῦν, προσέρχεται ζεύξω ζεύγλη, τρώξω τρώγλη* 662, 14. *παρὰ τὸ στρέψω στρέβλη ὡς στήσω στήλη* 729, 48. et omissa futuri mentione *ἀπὸ τοῦ στῶ στῦλος ὡς χῶ χύω χυλός.* Eodem modo inter se comparata sunt *βάω βηλός, φάω φαλός* lucidus, *δαίω δαλός, καίω κήλεος περίκηλος, αὔω αὐλός, θραύω θραῦλος* et diverso accentu *τραυλός*[29]) *ζέω ζῆλος, βύω Βυλλά βεβυσμένα* Hes.[30]) *φύω φύλλον, μύω μύλλα τὰ χείλη.* De nominibus in *μος* et *μη* exeuntibus quid statuerint, supra exposui §. 4. De tertia liquidarum eadem dictitant: *ψῶ ψήσω ψηνός ῥηματικὸν ὄνομα* p. 817, 53. *ἀπὸ τοῦ σμῶ σμώνη· τοῦ δὲ σμῶ ὁ μέλλων σμώσω* Theognost. 115. unde significatio fit eum *ζώω ζώνη καὶ χώω χώνη* p. 87. pariter ad futurum revocasse, idemque significari in EM. 247, 39. *δανός ἀπὸ τοῦ δαίω.* Neque aliter de quarta: *παρὰ τὸ νῶ ὁ μέλλων ναρός* 597, 43. v. Prolegg. 259. *πηρὸς ἐκ τοῦ πήθω πήσω* 671, 1. quo aptiora afferri poterant *θράω θραῦρος* fragilis, *ῥώομαι ῥωρός ὁ ἰσχυρός* Hes.[31]) Haec pauca ex ingenti cumulo excerpsi non quo placeret haec futurorum enormium et ineffabilium confictio sed ut priscum scholae morem adumbrarem eademque opera ostenderem quanta sit

---

θέσει, ὁ δὲ Φιλόξενος παρὰ τὸ ψῶ παράγωγον ψίω, ἀφ' οὗ ψιάς (καὶ ἀπὸ τοῦ ψάω ψακάς) EM. 818, 48. Cum *σπέος speeus* Hesychii interpretes conferunt *Ἄα συστροφὴ ὕδατος* et *aqua.*

29) Latine *vox infracta* dicitur *ἡ τραυλίζουσα.*

30) Uno lambda scriptum est *Σκορόβυλος κάνθαρος* hoc est *scarabaeus qui pilas stercoris volvit* Plin. graece *βύλλαρος* dictus et *Βύρρος κάνθαρος Τυρρηνοί;* latine fullo. Illud fortasse scribendum est *σκωρόβυλος* vel *σκωρόβυλλος*, quippe a *σκώρ.*

31) A *ζάω* fortasse *ζωρός* vivus, quo intellectu aqua viva, color vivus pro mero nativoque dicitur. *Μεσόψηρος ἡμίξηρος* Hes. hoc a *ξῶ* scabo, illud a *ψῶ* tergeo.

nominum verbalium abundantia et varietas. Verum praeter liquidas assumuntur etiam mutae; primum in verborum purorum derivatione *κλάω κλάδος*, *βάω βάδος*,[32]) *χλίω χλιδή*, *αὔω αὐδή*, *ῥώομαι ῥόθος* id est *ὁρμὴ μετὰ ψόφου* Hes. *κνύω* (rado) *Κνύθος ἄκανθα μικρά* et *Κνυθόν σμικρόν* Hes. unde *Κνῦ τὸ ἐλάχιστον*, quod latine *ramentum* dicitur, *ψάω ψῆφος*, *κνάω κνήφη*, tum etiam in aliis; nam ab *ἔλλω* (*ἴλλω*, *εἰλῶ*) profectum est *βολβός* et *βόλβα* vulva, *Δολφός ἡ μήτρα* Hes. et *δελφύς* ut *Βελφοὶ*, *βελφίς* et alia quae Salmasius confert ad Capitol. V. Anton. c. 12. ab *οὔλω* (*οὖλε*) nisi conjectura fallit *ὄλφος*, a *φλύζω φλοῖσβος*. Universa autem exemplorum, quae ante oculos posita sunt, series manifestum reddit Graecos ab uno verbo dissimiles produxisse nominum species significatione dispari, vel vocali thematis varianda vel mutatione consonae quae terminationis est prima; nam ab eodem *θρέω* et *θρῆνος* ducitur et *θρῦλος*, a *χέω χόλος* ut a *σέω* (*σεύω*) *σόλος*, *βδέω βδόλος*[33]) et indidem *χυλός*, *χυμός*[34]) *χόννος*, a *ζέω ζύμη*, *ζωμός*, *ζῦθος*, quod Virgilius *fermentum* vocat, a *ψάω ψηνός* et *ψωρός ψώρα*, a *σαίρω σάρος* et *σωρός* cumulus rerum in unum grumum conversarum, a *πέτομαι* (*ἔπτην*) *πτηνός* et *πτέρον* rentento epsilo ut a

32) Sch. Arist. Avv. 42. (*οὐκ*) *εἴρηται μὲν ὁ βάδος, ὅμως γε μὴν οἱ κωμικοὶ παίζειν εἰώθασι τοιαῦτα ὡς Εὔπολις Τισιφῶν ὦ ῥαψῳδέ.* Meinekius Fr. II. 543. *finxit igitur*, inquit, *a βαδίζειν substantivum βάδον. Ac simile quid etiam Eupolis lusisse censendus est, quanquam quale id fuerit vix quisquam assequetur.* Ad conjecturam proximum est *τίς ὁ σόβος ὦ ῥαψ*. Aristophanes grammaticus Eust. 1627, 44. *Καλλίμαχος ἔφη τῷ γ' ἐμῷ δόκῳ ἤγουν τῇ ἐμῇ δοκήσει· καί τις ἕτερος βάδον τὴν βάδισιν· καὶ οὐδέν τι τούτων πεπαιγμένον ἐστιν.* His simile est *σόβος* pro *σόβησις*.

33) EM. 282, 28. pluribus utitur exemplis sed minus appositis. De *χόλος* et *χολή* plerique consentiunt, quia ira effervescentibus bilis diffundi dicitur.

34) Galen. de Temper. Simpl. I. 38, 449. T. XI. *ὑπὸ τῶν περὶ Ἀριστοτέλην καὶ Θεόφραστον ἡ γευστὴ δύναμις ὀνομάζεται χυμὸς ἀπὸ τοῦ μ τῆς δευτέρας συλλαβῆς ἀρχομένης· ἡ δ' ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ σύστασις ὑπὸ θερμότητος πεφθέντων χυλός· παρὰ μέντοι τοῖς παλαιοτέροις Ἀττικοῖς καὶ Ἴωσιν ἑκατέρα διὰ τοῦ μ γέγραπται ὡς παρὰ Πλάτωνι καὶ τοῖς παλαιοῖς κωμικοῖς.* Apud Aristophanem modo *χυλός* invenitur, apud Platonem utrumque.

σχεῖν σχερός αἰγιαλός Theognost. 12, 7. et adverbia ἐν σχερῇ ἐπισχερῶ i. q. ἑξῆς. Et quis nescit inter ῥέμβος et ῥόμβος, στρόφος et στρόμβος, στραβός et στρεβλός, σκάρος et σκαρθμός, κόπος et κόμπος, φῦλον et φύλλον quantum intersit? At χυλός et χυμός, τόρος sive τόρνος [35]) et τόρμος sive τόρμη, σάρος et σαρμός, notum est quam angusto se contingant intervallo, quodque in φωνή et φήμη vulgo servatur discrimen, neglexit Pindarus Ol. VI. 108. Haec subtilius elimare mihi non licuit summas rerum tradere conanti. Sed ab hoc aditu januaque patefacta fortasse alius quis penetrabit ulterius ac si non omnium terminationum proprietatem eruere potuerit, tamen multarum terminos accuratius constituet et ubi natae, quo traductae sint, probabiliter demonstrabit. Hinc autem pendet distinctio significationum sine qua sermonis graeci intelligentia nulla ne cogitari quidem potest. Ceterum quem in nominibus primae declinationis tenendum putavi ordinem, eum hoc quoque sequutus sum loco, ut nomina a verbis oriunda ponerem, non contra ut veterum nonnulli ἐλέγχω ἐκ τοῦ ἔλεγχος EM. 327, 25. ῥύπτεσθαι τὸ ῥύπον ἀφαιρεῖσθαι παρεμπτώσει τούτου (scr. τοῦ τ) Sch. Arist. Ach. 15. quod si ita esset, ῥύπτεσθαι significaret *sordidare*; sed significat sordes auferre, eluere, et ῥύπος id quod eluitur, ut a κόπτω κόπος, τύπτω τύπος, ἐκ τοῦ χαλέπτω χαλεπός Schol. Hom. in Cram. Anecd. Paris. T. III. 143. Nec me adjunxi Buttmanno a verbis perispomenis nomina repetenti Gramm. II. 397. quamvis idem suadeat Herodianus, qui ὅρος ab ὁρῶ ducit in Schol. Dion. 649. et Heraclides qui πάτος a πατῶ Eust. 734, 47. Sed contrarium Herodianus in sua persona tuetur π. Μον. p. 24. τοῦ αἰνῶ ὄνομα προκατῆρξε, διὸ καὶ περιεσπάσθη· et apud Arcadium p. 149. περισπῶνται τὰ ἔχοντα προυπάρχοντα ὀνόματα φόβος φοβῶ, κόπος κοπῶ, κτύπος κτυπῶ, cui accedunt inferiores Epim. Cram. I. 330. τοῦ οἰκῶ προκατάρχει τὸ οἶκος, οἰνῶ οἶνος, οἰστρῶ οἶστρος et Theognost. 148. ἀπὸ ὀνόματος δῶρον δῶρω, φωνή φωνῶ, χῶρος χωρῶ etc. κύκλος κυκλῶ, ἅμιλλα ἁμιλλῶ Anecd. Bekk. 1289.

35) Eustath. 1533, 10. οἱ πλείους ταὐτὸν οἴδασι τόρνον καὶ τόρον.

Pars III.

De nominibus tertiae declinationis.

CAP. I.

De nominibus in $\overline{\text{ος}}$ *exeuntibus.*

§. 1. Vocabulorum, quae in hac disputationis parte tractaturus sum, haec erit partitio ut primo loco ea ponam quae praesentis formam vel integram vel levi quadam mutatione contactam repraesentant, secundo paronyma, tum quae aequo et pari jure ab utroque fonte repeti possunt vel etiam a neutro. Hujus postremi generis numerus non exiguus, secundi autem et primi silva prope immensa est et saepe tanta ambiguitas atque implicatio ut alterum sine altero disputari non possit. Quorum omnium exempla quum in bono lumine collocavero, tum de prosodia et declinatione, quantum opus est, adjiciam. Verbalibus igitur adnumeramus quae a verbis congeneribus sola terminatiane distant nihil morati arbitria eorum qui ordine inverso verba nominibus supponunt tanquam prius natis ut Schol. Il. III. 97. *ἐκ τοῦ κλέος κλέω* et EM. 726, 52. *ἀπὸ τοῦ στέφος στέφω*, idemque 319, 8. *παρὰ τὸ ἔθος γίγνεται ἔθω ὡς μένος μένω, σθένος σθένω*, quibus succinit Choeroboscus Cram. II. 278. *παρὰ τὸ χρέος γέγονε χρέω καὶ ἐν πλεονασμῷ χρείω.*[1]) Nam praevertit Apollonii auctoritas contrarium tenentis: *ἀπὸ τοῦ δέω καὶ χρέω τὸ δέος καὶ χρέος* Synt. III. 15, 237. *κλείω — ἀφ' οὗ τὸ κλέος* ibid. 32, 281. *τῷ χρέω παράκειται τὸ χρέος ὡς τῷ ἔπω τὸ ἔπος* de Adv. 543. cujus sententiae plerique subscripserunt posteriorum: *τὸ*

1) H. Stephanus in Thes. statuit *μήδομαι* a *μῆδος* potius derivatum esse quam contra; *si enim*, inquit, *μῆδος* ex *μήδομαι factum esset, quidni itidem μέδος ex μέδομαι haberemus?* Ceu vero necesse sit a similibus similia nasci.

πλέκος ἐσχημάτισται ἀπὸ τοῦ πλέκω ὡς ἀπὸ τοῦ βλέπω βλέπος καὶ ῥέω ῥέος Sch. Arist. Pac. 526. παρὰ τὸ ῥέω ῥέος ὡς κλέπτω κλέπος Sch. Aesch. Prom. 400. παρὰ τὸ εἴδω εἶδος ὡς θάλπω θάλπος, τεύχω τεῦχος EM. 295, 50. Hanc igitur rationem sequuti nomina distribuemus sic ut verba solent, in pura et non pura, primaque in fronte collocamus Ἄος τὸ πνεῦμα Hes. φάος, ῥέος, κλέος, et quae Herodianus composuit Eust. 1746, 9. Cram. I. 226. ἀπὸ τοῦ κνύω Ἡσίοδος κνύος ὠνόμασε ὡς ἀπὸ τοῦ φλύω φλύος καὶ θύω θύος, [2]) *thus Julius Modestus* ἀπὸ τοῦ θύειν Charis. L. I. 42. p. 58. ad ultimum Φύος γέννημα Hes. Sed paucis illis verbis, quorum character est iota et $\overline{o}$ breve longumve ut κίω, λόω, τρώω, nomina contexta sunt nulla. Alterum genus adhaeret non puris. Labialibus quidem βλάβος, βλέπος, θάλπος, κάρφος, λέπος, στέφος, στρέφος, τρέφος, Σκνῖφος ἀττικοὶ τὸ σκότος λέγουσιν Hes. a νέφω (συννένοφε) ut κνέφας. Gutturalibus στέγος, φέγγος, φλέγος, τμῆγος — ἕλκος, πέκος, ῥέγκος sive ῥέγχος, ἄχος, εὖχος, τεῦχος, τρῦχος, ψῦχος, ἔλεγχος. Dentalibus ψεῦδος, εἶδος, ἦδος, μῆδος, κῆδος — αἶθος, ἄλθος, ἄχθος, λῆθος, πεῖθος, [3]) πλῆθος, βρῖθος, ἔχθος, κεῦθος, ἔρευθος, sed nullum in τος, quia ne verba quidem huc facile excidunt. A liquidis processerunt haec: νέμος παρὰ τὸ νέμω EM. μένος παρὰ τὸ μένω ὅθεν τὸ μεμαώς Sch. Il. VI. 261. γέμος, σθένος, στένος, θέρος, κῦρος et trisyllabum ὄφελος.

---

2) Arcadius p. 165. τὰ διὰ τοῦ $\overline{υω}$ περισπᾶται ὅσα ἔχει ὄνομα ἢ κατ' ἐναλλαγὴν γέγονε, δυῶ, θυῶ τὸ θυμιῶ, ὅθεν θύος, μυῶ καὶ μύω βαρύτονον, κύω ἀττικὸν ἐκ τοῦ κυῶ, hoc per enallagen, ut dicit, caetera a nominibus δυῶ a δύη etc. quare pro θυῶ — θύος scribendum θυῶ τὸ ἐπὶ συὸς καὶ βαρύτονον θύω τὸ ὁρμῶ ὅθεν θύος.

3) Ἠῶος πρότερος δόλον ἔκβαλε πείθεϊ πείθων Orac. in Schol. Pind. P. IV. 10. Hujus tamen facilis est correctio πειθόϊ vel potius πειθοῖ, nam idem est exitus in versu Pythio Πυθὼ δῖαν Sch. Phoenn. 638. ἐπ' ἠῶ κοῖτον Hesiod. Opp. 547. quod jure retinuit Goettlingius rejectum a Buttmanno Gramm. §. 49. Adn. 3. v. Gerhard. Lectt. Apoll. p. 143. Hofmann. Quaest. Hom. 43. Dativi Πυθόϊ diaeresin Choeroboscus Dict. 332. contra Herodianum disputans probat exemplo Pindarico, cui simile Ἄος Nem. VI. 89. Schmidius posuit pro Ἄοῦς.

§. 2. Haec analogiae finibus continentur. Anomaliae speciem objiciunt vocalium et consonantium detractio, adjectio, tropaeque variae, denique paragogae. Detractionis causam et exemplum affert Schol. Lyc. 84. *τὰ ὀνόματα τῶν ῥημάτων βραχύτερα εἶναι θέλει, θάλλω θάλος*, cui multa similia sunt: *βάλλω* (*βέλλω*) *βέλος*, *τέλλω τέλος* Eust. 1148, 48. *σκέλλω σκέλος* EM. Cram. II. 412. *σκύλλω σκύλος*, et in universum *τὰ εἰς* $\overline{ος}$ *λήγοντα δισύλλαβα βαρύτονα ἔχοντα δισσὸν τὸ* $\overline{λ}$ *οὐ θέλει εἶναι οὐδέτερα· πεπλάνηται οὖν τὸ κάλλος* Herodian. *Mον.* p. 11. Sed hoc verbale non est, neque magis *τὸ κόλλος* nomen antiquis ignotum. Idem valet de reliquis liquidarum. Nam quod Salmasius scribit ad Tertull. Pall. 210. *tenus purum* et *putum graecum est τὸ τένος vel τέννος*, hoc *τέννος* semel legitur apud Hesychium *Τέννος στέφανος*, unde non constat de genere, nedum de dialecto; quin cum *taenia*, *tenus*, *tendicula* ad *τείνω* pertineat non dubito. *Δέῤῥος*, quod in versione Bibliorum Alexandrina legitur, vel ab aeolico *δέῤῥω* derivatum vel paronymon est a *δέῤῥις* v. Dissert. V. §. 4. Sigma duplex uni manet *ὄσσομαι τὸ ὄσσος*, si hic fuit nominis defectivi nominativus. Cetera gutturalem substituunt futuro involutam *δράκος τὸ δράγμα*, *ῥήσσω ῥήγνυμι ῥάκος*, *πήσσω πήγνυμι πάγος* quod et masculine appellatur, postremo *πρᾶγος* et *φρῖκος*. His proximum et continens est genus verborum in $\overline{ζω}$ exeuntium: *Σχίδος ἡ ἀπόσχισις* Hes. *ἕζω ἕδος*, quod Apollonius de Adv. 618. cum *κνίζω κνίδη* et *κλύζω κλύδων* confert. Sed a *ῥέζω ῥέξω* gamma transit ad nomen *τὸ ῥέγος*. Si aggravando syllabae primariae ponderi insita est consona auxiliaris, in transitu evanescit: *τρύφος ἐκ τοῦ ἔτρυφον ἀορίστου* Sch. Od. IV. 508. et pariter *δρύφος*, *δάκος*, *τέκος*, *σκάφος*. Ad eandem aoristi similitudinem recidunt *πάθος*, *λάχος*, *μάθος* et *δράκος* a *δέρκομαι*, cujus consonae finales, quum aliter attenuari non possent, transpositae sunt. [4]) Duobus verbis *δείδω* et

4) Nomen *δράκος* hic assumtum est propter solum dativum *δρακέεσσι* in Nicandri versu, sed is ambiguus, quia apud eundem poetam legitur *ῥαγέεσσι* Alex. 184. a nominativo *ῥάξ*. Eodem modo aucti sunt dativi *Φρυγέεσσι* Sibyll. L. XIV. v. 97. ed. Maj. nisi pro *Φρυγίεσσι*,

πύθω quae subjuncta sunt nomina, thematis puri speciem referunt δέος et πύος, sed πλήθω, μήδομαι et alia, quorum stirps a principio pura fuit πλέω μάομαι, dentalem cum nominibus communicant. Diphthongi modo attenuantur παρὰ τὸ δαίω δάος EM. 248, 2. νείφω νέφος p. 256, 43. quod si minus aptum videtur, praesto sunt alia χαίνω χάνος τὸ στόμα Poll. γείνομαι γένος, μείρομαι μέρος, λείβω λίβος, εἰπεῖν ἔπος, saepius statu suo manent εἶδος, τεῦχος etc. nisi qua mutatur significatio τεῖχος παρὰ τὸ τεύχω Cram. I. 411. v. Diss. III. fin. Eaque diphthongus a poetis substituitur in locum epsili χρεῖος, δεῖος, στεῖνος, Πείκος ἔριον ψάσμα Hes. (ubi πεικός editum est). Consonarum epentheticarum duo sunt genera; unum quod Grammatici ex temporibus verbi obliquis sumtum putant, alterum extrinsecus aliunde arcessitum. Illo continentur literae κ, σ, τ, φῦκος παρὰ τὸ φύω πέφυκα EM. (ut a βρύω effloreo synonymon βρύον) πῖσος ἢ πεῖσος ῥηματικὸν ὄνομα ἐκ τοῦ πίσω ὡς μύω μύσος Sch. Il. XX. 9. EM. 673, 19. ἄψεα τὰ μέλη ἀπὸ τοῦ συνῆφθαι (ut ἄρθρα, artus) Schol. Od. IV. 794. Sch. Oppian. Hal. II. 294. EM. 183, 13. ἄλσος παρὰ τὸ ἄλδω ἢ παρὰ τὸ ἄλλομαι p. 70, 67. pari utrumque assensu dignum; illud ob similem nominis τάρφεα significationem, quod a τρέφω (ἀλδαίνω) ductum esse convenit; hoc quia δένδρον ἄϋσειν Pind. Nem. VIII. 69. *arbusta salire* Lucr. dicuntur; [5]) ἀπὸ τοῦ θέρω τὸ θερμαίνω ἐτυμολογεῖται τὸ θάρσος Sch. Eur. Hec. 858. postremo πέσος τὸ πέσημα. Ex tertia perfecti passivi persona tau derivatum habent κλῆτος ἡ συνάθροισις EM. 519, 38. Cram. II. 382, 14. Choerobosc. Epim. in Psalm. p. 168. quibus

---

quod h. l. editum est, Φρυγίοισι rescribere praestat, et δύεσσι aeolicum Eust. 802, 28. Ἀχειρής pro ἄχειρ tam insolens est ut pro ἀχειρέες in Batrach. 300. paene tutius videatur ἀχείρεες ponere hoc est ἄχειρες cum epenthesi τοῦ ε.

5) Utroque convenit ἄλματα οἱ Αἰολεῖς καλοῦσι τοὺς κλάδους οἷον ἀλδήματα καὶ αὐξήματα Sch. Od. XVIII. 70. et Orion in EM. 69, 28. sed quod hic e Lycophr. 319. affert ἅλμα Τρωός, si cepotaphium sive sepulcrum arboribus consitum significat, uni ἀλδαίνω aptum est detracto spiritu. Ἅλμα τὸ δάσος Moschopul. Opusc. p. 33. *saltus, Wald* per omnes fere Germanicae linguae dialectos diffusum est.

refellitur Schleusneri conjectura in Thes. V. T. Aquilam πλῆθος scripsisse; similiterque veteres classis nomen interpretantur κλῆσις a calando dictum et ab eadem stirpe κλεῖτος δόξα Hes. [6]) et a dissimili verbo κλίνω simile κλίτος i. q. κλῖμα et κλεῖτος παρ' Ἀλκμᾶνι ἐν τῷ Θεσσαλίῳ (Θεσσαλικῷ) κλείτει Sch. Il. XII. 66. quo loco non δόξα significatur ut Welckerus putat Fragm. CIX. sed qui a multis celebratus est κλισμὸς Θεσσαλικός v. Interpr. ad Athen. I. 28. B. ἕδος Θεσσαλικόν Hippocr. de Articc. p. 143. T. III. cf. Schneidewin. Beitr. zur Krit. d. Lyrik. 117. Ex eodem genere est quod EM. proponit παρὰ τὸ χῶ τὸ ἐνδέομαι χῆτις καὶ χῆτος ut a μάω μῆτις et μῆτος, a τάω (τητάω) τήτη et τῆτος ἡ σπάνις, ab ἕω ἔννυμαι interjecto sigma ἕστη ἡ στολή v. Parall. 430. et cum antithesi aspiratae ἔσθος et ἐσθής Schol. Il. XXIV. 94. Neque solum consonae verbi cliticae inseruntur sed et aliae promiscue, imprimis dentales, ἄω ἄδος v. Diss. IV. §. 1. κλάω κλάδος ὡς τέκος Schol. Arist. Avv. 238. (nisi dativus κλάδεσι et κλαδέεσσι metaplastus est v. Parall. 178.) μῆδος, [7]) χλίδος, ὕδος. Et ab aliis pure terminatis κύθος τὸ κύημα Sch. Callim. in Apoll. 53. v. Diss. IV. §. 3. Adnotam. στῆθος παρὰ τὸ ἑστάναι EM. [8]) qui etiam plurale τήθεα ad τάω τητάω accommodare conatur. Interdum etiam labialis; nam Κνίφεα κνίδαι Hes. significationis causa ad κνίζω referendum est, forma magis ad purum κνύω inclinante; parique enallage vocalium ἐκ τοῦ ξύω ξίφος Cram. I. 300, 20. [9]) cui simile instrumentum κνώδων pugio et κνώδαξ τὸ

6) Phot. Κλύτος δόξα sed in cod. accentus omissus tum a prima manu in ultima positus est quasi sequeretur δοξαστός. Κλείτωρ andronymicum cum Καλήτωρ convenit; urbis nomen fortasse *Clitiam* significat vel *Clusium*; Κλίτος oppidum Graeciae Sibyll. III. 345. priorem brevem habet.

7) Κλήθεα φραγμοί Hes. a κλείω claudo, ut videtur, unde κλῆθραι *alni quae campos saepibus muniunt* Plin. XVI. 67. Utrique deest iota, quo κλῆθρον non caret.

8) Τὰ ἐν τῷ ἤπατι στήθεα Aret. Cur. Acut. II. 6, 107. tubercula significare videtur, quae extant et eminent.

9) Summae inconstantiae specimen praebet nomen plantae ξυρίς, ἔνιοι δὲ ξυρίδα Galen. de Med. Simpl. VIII. 14. p. 87. T. XII. ξηρὶς

κέντρον a *κνάω* denominatum est; nec adversatur Sch. Il. I. 220. *ξίφος καὶ δωρικῶς σκίφος παρὰ τὸ σκίπτω* (*σκνίπτω*) nam hoc quoque cum *κνάω* et *κνίζω* etymologiae vinculo copulatum est. *Μῆχος* interpositu gutturalis a *μάομαι* traductum videtur. De liquidis huc pertinet lambda, si quidem vera est Valckenarii coniectura *χεῖλος* a *χάω* hio capio ut *χηλή* ductum esse; sed certissime ny, *παρὰ τὸ δήω δῆνος ὡς κτήσω κτῆνος* EM. a *λάω* (*γλαύσσω*) *γλῆνος* [10]) *φλέω φλῆνος*, a thematicis *δάνος* donum et *γάνος*. Huc accedunt consonarum finalium tropae modo simplices, modo cum aliis affectionibus copulatae: *ψεύδω ψύδος* EM. et *ψύθος*, *στείβω στῖφος*, *θήπω τάφος Θῆβος θαῦμα* et *θάμβος* [11]) *λέγω λέχος*, *ῥήγνυμι ῥάκος* et *ῥάχος*, *πήγνυμι πάχος* quibuscum iuncta sunt *πηγεσίμαλλος* (pro *πηξίμαλλος* ut *ταμεσίχρως*) et *παχύμαλλος*, *Κέλυφος τὸ κάλυμμα ἀπὸ τοῦ καλύπτειν καὶ κάλυξ* EM. cf. Prolegg. 296. Consonae finali nonnunquam fulturae loco accessit auxiliaris *ἶκω ἴχνος*, *τέλλω τέλθος*, *ἄγω ἄχθος*, *Σύρφη φρύγανα* Hes. unde *συρφετός* processit. Paragogae bisyllabae exempla sunt *ὄνομαι ὄνειδος*, *σπείρω σπέραδος* cui Schol. Nic. Th. 649. confert *τείνω τέναγος aqua tenuis* Liv. vel *gravi coeno tenax* Tacit. v.

ἡ ξυρίς Paul. Aeg. VII. 3, 248. ubi primo loco *ξῦρις* scribendum, cuius accusativus est parisyllabus *xyrin* Plin. XXI. 88. In Orion. Lex. 192. *ξῖρις διὰ τοῦ ι, τινὲς δὲ διὰ τῆς ει· οἷον ἔρις, δῆρις, ἶρις, Σῖρις, κῖρις, Τῖρις*, exempla docent illos *ξῖρις* praetulisse quia nullum in *ρις* barytonum diphthongo scribatur. In EM. additur nonnullos *σῖρις* (scr. *σῖρις*) scripsisse.

10) Nimis scrupulose Eustathius p. 1345, 5. *τοῦ γλήνεα ζητητέον εἴτε γλῆνος ἡ εὐθεῖα εἴτε γλήνειον καὶ ἰωνικῶς γλήνεον ὡς κήλεον· τὸ δ' ὅμοιον ζητητέον καὶ περὶ τοῦ δήνεα.* Sed Apollonius certe *γλήνεσι* et *δήνεσι* scripsit; *γλήνειον* autem et *δήνειον* prorsus incognita. Recte vero *τὰ φήρεα* apud Hippocratem Foesius pro *φήρεια* positum esse iudicat. Substantivum *κήλεον* Eustathius sumsisse videtur ex Hesiodi versu *κατεπύθετο κήλεα νηῶν*, quem varie corrigunt.

11) Schol. Oppian. H. I. 236. *θάμβος παρὰ τὸ θάπος πλεονασμῷ τοῦ β (τοῦ μ) καὶ τροπῇ τοῦ π εἰς τὸ μ (τὸ β)* quae ex EM. 745, 35. et Eust. 468, 29. emendantur. Ex his non sequitur in usu fuisse *τὸ θάπος*.

Prolegg. 305. τέμω (τέμνω) τέμενος EM. Cram. II. 415. et τέμαχος Proll. 333. [12])

§. 3. Buttmannus in Grammaticae parte ea, quam de formatione verborum inscripsit, bis hunc locum attigit; semel §. 119. n. 19. p. 397. sic disputat ut neutra in ος exeuntia similiter ut alia primae et secundae declinationis substantiva non solum a barytonis proficisci significet sed etiam a perispomenis, ἀλγέω ἄλγος, διψάω δίψος. Iterum n. 43. p. 420. ubi neutra tantum non omnia ab adjectivis in υς et ης derivari statuit asseverantius. Illud lineari probatione refellere non possum; sed communes derivandi rationes observanti nomina a prima positione propius abesse videantur necesse est quam verba circumflexa. Quamobrem ut τιμάω a τιμή, πονέω a πόνος, χρυσόω a χρυσός declinata dicimus, ita Grammaticis adstipulamur ἀλγῶ, ῥιγῶ, τευχῶ, οἰδῶ paronymorum in numero censentibus Arc. 151. et 153. Cram. I. 161, 7. Quod vero vir praeclarus altero loco affirmat de adjectivis, id aliqua ex parte verum est, non in totum. Etenim ea quidem substantiva, quibus nulla pars orationis conjugata est praeter adjectiva ut βάθος, εὖρος, τάχος, ab adjectivis traducta esse concedi potest, et naturae adeo consentaneum videtur res latas, profundas, celeres prius appellatas esse quam notiones animi ex rebus ipsis collectas atque comprehensas latitudinis, celeritatis etc. Atque hac in sententia veterum quoque nonnullos fuisse apparet: ὡς δάσυς δάσος, οὕτω γλάφος γλαφύς EM. p. 233, 50. cui hoc quidem non damus, nam neque γλαφύς dicitur neque γλάφος, sed aptiora sunt ista ἐκ τοῦ ὀξύς γίνεται ὄξος ὡς ταχύς τάχος, παχύς πάχος p. 626, 50. Idem tamen saepius ordinem invertit εὐρύς παρώνυμον παρὰ τὸ εὖρος ὡς θράσος θρασύς p. 396, 18. [13]) ἀπὸ τοῦ κράτος κρατύς ὡς πλάτος πλατύς 535, 41. αἰπύς παρὰ τὸ αἶπος 37, 34. Et adversus hoc ratio illa,

12) Praetermisi λέχος, μεῖδος et ῥέχος τὸ ζῶμα, quorum origo incerta nec genus satis constat. Λέχος patina a similitudine τοῦ λέπους dicta videtur, unde vasis nomen λεπαστή.

13) Praepostere addit κότος κοτύς, ἵππος ἱππύς significans propria Cotys, Hippys.

qua species prius appellata creditur quam genus, utique non valet; nam *αἶπος* non altitudinem significat sed locum altum ut *δάσος* non densitatem sed, ut hoc utar, densetum, et *γλεῦκος* non dulcedinem, sed mustum, *ὄξος* acetum non acorem. Quae vero Buttmannus illis subjungit *ψεῦδος, αἶσχος, κῦδος, μῆκος*, eorum primum verbo conjunctius est quam adjectivo, quod Grammatici haud ignobiles Homero ignotum ac ne nativum quidem esse confirmant v. Parall. 161. et 164. cetera ex nullo vocabulorum usitatorum sed ex stirpibus reconditis procreverunt; nam quae ille fingit §. 69. Adn. 6. *αἰσχύς, καλλύς*, parum arrident. Aliis quibusdam Grammatici adjectiva secundae declinationis praeponunt: *ἐὰν ἀπὸ ἀρσενικοῦ ὀξυτόνου μετάβασις γένηται εἰς οὐδέτερον γένος, συμμεταβάλλει καὶ ὁ τόνος, ὁ μακρὸς τὸ μάκρος, ὁ στενὸς τὸ στεῖνος* Cram. I. 412. *μέζεα τὰ αἰδοῖα ὅτι μέσα τοῦ σώματος· Σικελοὶ δὲ μέσα καλοῦσιν* [14]) EM. et Gud. 390. quorum duo novissima ab adjectivis discrepant adjectione temporis sive morae ut a *καλός κάλλος, μακρός μῆκος*. Eodem modo neutra *κῦφος, αἶθος, σίκχος, σκνῖφος* ab epithetis nasci potuerunt quae iis vetustate aut antecedunt aut certe paria sunt; sed *κρυός ὁ ξηρός* Hes. *κνισός* et *μυσός* postponimus nominibus *κρύος, κνῖσος, μύσος*, quia horum usus antiquior multo atque illustrior. Nunc de altero genere paronymorum dicendum est, quod a substantivis repetitur: *ἐκ τοῦ βλάβεται ὄνομα ἡ βλάβη καὶ ἀπ' αὐτῆς τὸ βλάβος ὡς δίψα δίψος καὶ τὰ ὅμοια* Eust. 1410, 17. Nec parcitur audacioribus. Etenim *ἦδος* nomen Herodianus quum posset ad *ἥδομαι* referre, nominalibus adjecit ob hanc unam causam quia aspiratione caret: *τὸ ἡδονὴ δασυνόμενον μετασχηματίζεται εἰς τὸ ἦδος ψιλούμενον ὡς ἡμέρα εἰς τὸ ἦμαρ* EM. 420, 35. Cram. III. 400. Eust. 154, 40. Sed etiam, ubi nulla ejusmodi causa subest, *λέγουσί τινες ὅτι ἐκ τοῦ μηχανή γίνεται κατὰ παρασχηματισμὸν μῆχος ὡς ἡδονή ἦδος* Epim. Cram. I. 271. In universum tamen principatus datur neutralibus: *ἄγος τὸ σέβας ὅθεν τὸ ἄγη* Sch. Soph. Oed. T. 656. *παρὰ τὸ νάκος νάκη*

14) Quae sequuntur, sic explenda sunt: *ἦ* (*ἀπὸ τοῦ μήδεα*) *κατὰ μετάθεσιν τοῦ δ εἰς ζ* (*καὶ τροπῇ τοῦ η*). Cf. Schneidewin. Conject. 138.

ὡς παρὰ τὸ βλάβος βλάβη, ἄκος ἄκη, σκέπος (σκέπας) σκέπη EM. 597, 17. Cram. I. 297. νείκη ἐκ τοῦ νεῖκος EM. 276. videlicet propter aetates auctorum. Quam rationem si tenemus, λαῖφος, νεῖκος, τάρβος anteponenda sunt femininis, sed γράφος, δίψος, κνῖσος, λῆθος, λῶπος, νάκος, νάπος, νῖκος postponenda. Ex his ipsis tamen Aristarchus duo in Iliade posuit κνῖσος [15]) et νῖκος, quod alii ne Hippocrati quidem concedunt v. Santen. ad Terent. p. 424. Ac profecto si Homerum ipsum ejusque aequales audiremus loquentes, multa in aures nostras influerent, quae nunc pro novis ac novitiis habentur. Quis jam de illis arbitrari audeat, quae suffragatores habent numero et dignitate suppares, ut πάθος et πάθη, βλέννος et βλέννα, aut etiam aequaliter ignotos sicut illa quae Glossographi in memoriam referunt βάσσος οὐδετέρως ἡ βῆσσα Hes. λύγος οὐδετέρως τὸ σκότος (et λύγη) EM. τήτη et τῆτος ἡ ἔνδεια Phot. σχίδος et χλίδος pro σχίδη et χλιδή Hes. Ψοιά, ψύα δὲ καὶ πληθυντικῶς τὰ ψύη Suid. Praeter haec non est obliviscendum femininorum nonnulla versui heroico reluctari ut βλάβη et σκέπη. Ac fortasse significatio quoque interdum causa fuit quamobrem alterum genus prius reciperetur, alterum posterius; nam plerisque quidem eadem est sed sunt etiam quae mutata terminatione res diversas ostendant γλῆνος γλήνη, σκεῦος σκευή, σκῆνος σκηνή, σκάφος σκάφη, ὖφος ὑφή, [16]) quorum omnium ea ratio est ut utrum genus natura primum sit vel secundum nemo possit decernere. Sed si verum est, quod Valckenario Observv. XXXV. 311. ed. Lips. aliisque non paucis et sat

15) Eust. 668, 34. κνίσσῃ καὶ κνίσσος καθὸ δηλοῖ ὁ γράψας κνίσσῃ μελδόμενος (Il. XXI. 363.) εἰ καί τινες ἀπαρέσκονται ὡς μὴ ἐντετυχηκότες τῷ κνίσσος.

16) Quae Schneiderus huc refert στύπος et στύπη quantitate differunt et interdum scriptura; quare στύπη sive στύππη stuppa stipa potius cum στοιβή conferendum videtur, quae pariter ad παραβύσματα pertinet v. Vales. ad Harp. 150. (Apollonii verba quae ex libro MS. excerpsit, nunc leguntur de Conjunct. 515.) In Schol. Il. XIX. 350. ἡ ἅρπη φυλάττει τὴν τροφὴν ἐπὶ τοῖς γάμφεσι cod. praebet τάρφεσι, quod in κάρφεσι mutandum hoc est in nido, quem Euripides Ion. 172. εὐνὴν καρφηράν vocat.

gravibus videtur, verbum ἀκεῖσθαι a sartoribus et sutoribus translatum esse ad medicos, quia ut illi tunicas calceosque laceros, sic hi (quod cum bona eorum venia dictum sit) corpora nostra non redintegrant sed quoad possunt reconcinnant et rupta consuunt, necessario sequitur ἀκήν id est acum prius appellatam esse quam ἄκος, etsi hujus nominis usus antiquissimus et frequentissimus est, feminini vero vix ulla notitia praeter grammaticos. Verum, ut ad finem perveniam, non solum feminina primae declinationis huic generi nominum, de quo disserimus, conjugata sunt sed etiam masculina et neutra secundae: σκύφος διφορεῖται κατὰ τὸ ἄφενος, ὄνειδος καὶ ἔλεος Eust. 1632, 5. quibus idem p. 73, 50. addit σκότος καὶ χρεῖος παρὰ Φίλωνι et p. 432, 19. τὸ θρῆνος, quod non legitur hodie, χρεῖος apud Philonem non substantivum est sed adjectivum, τὸ ἔλεος Alexandrinorum proprium; σκύφος masculinum Aristarchus Od. XIV. 112. praetulit neutro; ὁ ἄφενος Hesiodus vindicavit [17]) cetera in communi usu posita sunt. His accedunt τὸ θάμβος παρ' Ὁμήρῳ, ὁ θάμβος παρὰ Σιμωνίδῃ Sch. Il. IV. 79. τὸ πάγος Aristot. et ὁ πάγος, τὸ κέρνος crater mysticus et ὁ κέρνος, τὸ κύμβος ὁ κύμβος, τὸ οἶδος et ὁ οἶδος Med. Mosq. p. 210. τὸ et ὁ τάριχος, τὸ ῥῖπος et quod ex uno affertur Dioscoridis loco ὁ ῥῖπος, ὁ et τὸ στρῆνος, cujus utrumque genus a scriptoribus classicis abest v. Sturz. Dial. Al. 159. tum illa quae significationis quodam momento differunt ὁ et τὸ ἔλεγχος, et quae prosodia quoque ὁ κίδος et τὸ κῦδος. [18]) Neutra secundae declinationis huc adhibet EM. 287, 43. ὡς ἀπὸ τοῦ θύος γίνεται θύον καὶ μέγαρος μέγαρον, οὕτω δρίος

17) De codicibus homericis, quos Heynius Il. I. 171. hoc genus praebere dicit, Spitznerus tacet.

18) Carei nomen graecum est ὁ κάρος et τὸ κάρον. In Galen. de bon. et mal. succ. c. VIII. p. 794. T. VI. τοῦ καλουμένου κάρους Salmasius in Solin. p. 704. tacite substituit τῆς καλουμένης καροῦς, quod non minus ignotum; τῆς καρέως (hoc accentu) legitur in Comm. III. in Hipp. de Humor. p. 360. T. XVI. Τὸ σκάρος per errorem in Lexica receptum est ex EM. ubi τὸ σκάρος scil. ὄνομα legitur. Dubium est Κάρπη τὰ σπέρματα Hes. Pro τὸ ῥῆνος (cutis) Aret. Sign. Diut. II. 13, 71. cod. Harl. τὸν ῥῖνον.

δρίον [19]) sed Herodiano judice π. Μον. p. 40. τὸ κρίνος ἐκ τοῦ κρίνον μεταπεποίηται, quod ideo statuisse videtur quia κρίνον omnes casus habet, illud duos modo obliquos v. Parall. 117. nec μέγαρος reperitur praeter genitivum μεγαρέων in Sophronis loco, quem Epim. Cram. I. 277. cum ϑύον ϑύος, δένδρον δένδρος confert, alii forsitan metaplastis adnumerent. Sed quomodocunque res se habet, μέγαρον certe primatum obtinet ab adjectivo μέγας derivatum. De ceteris nemo contra dicet quin eodem temporis vestigio atque uno quasi partu et generis neutri nomen edi potuerit et masculinum vel femininum.

§. 4. Si quis autem neget verba perispomena excludi oportere, quia hoc subsidio demto ἄλγος, ἄρκος et alia solvi nequeant, ac si eandem ob causam adjectiva in ης et υς fingere perstet, is fortasse his remediis diffidere incipiet ubi respexerit ingentem numerum vocabulorum quae nulla ratione expediri possunt. Quis enim Herodiano EM. credat nomen βεῦδος, quo non ἐνεύναιον significatur sed vestis et ea pretiosa ut videtur, a verbo εὔδειν derivatum esse? aut ἔγχος παρὰ τὸ ἔχειν Eust. p. 1393, 38. aut ἔτνος παρὰ τὸ ἕω τὸ ἀπολύω Lex. de Spir. 219. aliaque longe ultra Thulen repetita. Quibus non antepono Buttmanni conjecturam κρύος cum κρῖ sic ut *horror* et *hordeum* idemque cum ὀκριόεις cognatum esse Lexil. I. 198. et diversum Schneideri placitum verbum κρύω fingentis. Sed si haec quoque concesserimus, illico succrescent alia quasi excetrae Lernaeae capita: βράγχη plurale, γέλγος, ἔϑνος, ἔρνος, ἔτος, κάμπος, πέος (πόσϑη) ῥέϑος, σπέος, τῖφος, κίφος coronae genus; quae ab omni verborum et nominum societate sejuncta sunt. [20]) Attamen intercurrunt quaedam, quorum origo ut non manibus prehendi sed tamen probabiliter conjectari possit. Primum ἄγκος et

19) Σπείρεα Nic. Th. 881. glossa interpretatur λέπη id est σπεῖρα tunicas bulborum sive folliculos, sed Schol. τὰ σπέρματα tanquam verbale.

20) Ῥύτρος plantae nomen semel legitur nec certa scriptura. Βέκος Phrygum linguae assignatur cetera simillimum verbis coquendi, quae in dialectis germanicis et slavicis reperiuntur. Τοῦ βέκου Eust. ad Dion. v. 809. ult. fortasse ex vitio.

et fortasse ἄγγος, quae res non multum diversas curvum et cavum declarant, magnam et vocis et significationis similitudinem habent cum ἄγος fragmentum, ἀγκύλη suffrago, ἄγοστος et ἀγκών, quae tria vocabula Glossographi consociant; ἄγος autem ad ἄγνυμι pertinet ut ζεῦγος ad ζεύγνυμι EM. 409, 50. Αἶσχος, cui Buttmannus etymon αἰσχύς affingit ab αἴδομαι non longius remotum est quam πάσχειν a πάθος et παθεῖν. Quod Graeci hujus et superioris aetatis dicunt ἄθος pro ἄνθος v. Hemsterh. ad Plut. 1205.[21]) propius est verbo ἄω spiro, halo, unde ἄωτος flos et floccus, ἄωρος somnus, ἀωτεῖν i. q. ἰανεῖν, similique epenthesi distat βένθος a βάθος, πένθος a πάθος. Βρέφος sive βρέμβος Hes. et ἔμβρυον synonyma sunt v. Lennep. ad Phalar. XIX. 98. fortasse ab obsoleto βρέω, βρύω, sed EM. illud modo ad φέρβω revocat, modo ad τρέφω, cui consentit Eustathius 1392, 26. βρέφος pro τρέφος dici. Βράγχος singulare jam alii cum βρόγχος, ῥόγχος raucus et ῥέγχω contulerunt. Βάρος ut intellectu ita formatione cum φόρτος convenit, quod a φέρω declinatum est, huic autem respondet germanicum verbum *baaren*; γῆ ἄφαρος Meletius c. X. 84. in Cram. Anecd. T. III. et Glossographi interpretantur per ἄφορος, sed iidem etiam per ἀφάρωτος v. Hecker. Callim. p. 90. ad quod postea revertar. Sed ejusdem familiae etiam βράδος esse videtur et adjectivum βραδύς ἀπὸ τοῦ βαρύς πλεονασμῷ τῷ δ καὶ ἐν ὑπερθέσει EM. sed hac neglecta *bardus a graeco* βαρδύς Fest. cf. Doederl. Syn. IV. 226. Quo saepius literae δ et λ vices suas permutant, hoc probabilius duco pro λίπτω aliquos alicubi dixisse δίπτω et ab hoc derivatum esse δίψος, quod Buttmannus Gramm. II. 397. a διψάω repetit; λίπτων γάλακτος Apollon. IV. 813. nihil differt a διψῶν. Εἶρος H. Stephanus in Thes. ab εἴρω arcessit. Ἕλος palus a Graecis mediae aetatis βάλτος dicitur et ἑλώδης βαλτώδης, quae Coraes ad Plutarch. T. IV. 476. ad ἅλσος confert, nam ἅλσεα οἱ κάθυγροι τόποι Hes. ἅλσος autem et hinc factum Ἅλτις Koenius ad Greg. p. 220. haud inscite refert ad verba alendi

21) Nomina urbium Ἀθῆναι et Ἀνθήνη fortasse idem significant, Florentiam vel Floram.

ἀλδαίνω, ἀλδήσκω etc. Ἔρεβος et ὄρφνη ad verbi ἐρέφω similitudinem inclinant. Ἔρκος et ἄρκυς EM. Sch. Opp. Hal. III. 125. ab ἔργω εἴργω arceo derivata esse docent. Ἔντος qua via ad veritatem reduci possit supra ostendi Diss. V. 3. Κῆτος Buttmannus non dubitat quin a thematico κάω sive χάω (χάσκω) ortum sit, quod confirmari potest comparatione Oppiani δυσάντεα χάσματα λάμνης et Hesychii Λάμβαι χάσματα καὶ ἰχθῦς nimirum οἱ μεγακήτεες, lamiae, delphini aliaque *immania cete*. Κύτος, quod Hesychius interpretatur χώρημα, βάθος, plerumque de alveo et alvo dicitur, unde non multum dissident κύσθος, κύστις, cunnus, quae omnia Etymologi cum κύω connectunt. Λαῖφος παρὰ τὸ λῶπος EM. recte secusne non dixerim. Λῶπος vero etsi non prorsus idem significat quod λέπος, λοπός et λοβός, tamen propter generalem similitudinem ad eandem stirpem λέπω revocatur. Μύσος jam supra protuli probata Grammaticorum originatione; nam etsi μύειν a significatione propria, quae in compressione labiorum nariumque posita est, nunquam recedit, tamen hinc derivata ad indignandi et aversandi affectum translata sunt, primum adjectiva quae Hesychius varie scribit sed uno modo interpretatur μοῖος, σμοῖος, σμυός hoc est στυγνός, σκυθρωπός, tum verba μυᾶν, μυχθίζειν, ἐπιμύξαι, Μυσάττεσθαι τὸ τῷ μυκτῆρι ἐνδείκνυσθαι τὸ δυσχεραίνειν Poll. II. 78. Et ab horum societate non facile divelli possunt Μυκός μιαρός, Μύσκος μίασμα, Μυσά μιαρά, μύξα mucus, quibus omnibus humor foetidus teterque declaratur.[22]) Ὄξος acetum et ὀξύς acer nulla religio est quin cum ἀκή acus componamus et cum verbo ἀναχμένος. Ὄρος genere et spiritu discretum est

22) Muffa apud scriptores aetatis mediae et μοῦχλα hodie mucorem significat; Itali mucidum *muffato* dicunt, Francogalli *moisi*, nostrates *muffig*. His simile nomen *Mephitis* exhalatio gravis et *la mofette*. Ab eodem illo μύω traductum esse nomen μύδος humorem putidum significans colligimus ex derivatis: ἐμυδάξατο ἀντὶ τοῦ ἐμυσάξατο ἀπεμυκτήρισε Sch. Nic. Al. 481. ὑδμὴ μυδαλέη ἡ μυσαρά Sch. Apoll. II. 191. quanquam hoc adjectivum μυδαλέος et verbum μυδαίνειν omissa putoris notione plerumque nihil aliud quam madorem significet. Μυδᾶν et μαδᾶν a librariis saepe confusa, Ruhnkenio ad Tim. 184. cognata videntur.

graecus, plerumque ab una quatuor liquidarum incipientibus, easque Analogetici syllabae futuri principali attexi fingunt: *ὡς παρὰ τὸν χήσω μέλλοντα τὸν σημαίνοντα τὸ χωρῶ γίνεται χηλός ἡ κίβωτος καὶ παρὰ τὸν βήσω βῆλος, οὕτω ἀπὸ τοῦ δείσω δειλός* Choerob. Cram. I. 193. *ἐκ τοῦ θήσω γίνεται ῥηματικὸν ὄνομα θήλη* EM. 450, 30. *μήλη παρὰ τὸν μήσω* p. 584, 49. *ὁ εἰς σω μέλλων τὴν σω τρέπει εἰς λη πάσω πάλη, ἀνθήσω ἀνθήλη, εἰ δὲ ἔχει διπλοῦν, προσέρχεται ζεύξω ζεύγλη, τρώξω τρώγλη* 662, 14. *παρὰ τὸ στρέψω στρέβλη ὡς στήσω στήλη* 729, 48. et omissa futuri mentione *ἀπὸ τοῦ στῶ στῦλος ὡς χῶ χύω χυλός.* Eodem modo inter se comparata sunt *βάω βηλός, φάω φαλός* lucidus, *δαΐω δαλός, καίω κήλεος περίκηλος, αὔω αὐλός, θραύω θραῦλος* et diverso accentu *τραυλός*[29]) *ζέω ζῆλος, βύω Βυλλά βεβυσμένα* Hes.[30]) *φύω φύλλον, μύω μύλλα τὰ χείλη.* De nominibus in *μος* et *μη* exeuntibus quid statuerint, supra exposui §. 4. De tertia liquidarum eadem dictitant: *ψῶ ψήσω ψηνός ῥηματικὸν ὄνομα* p. 817, 53. *ἀπὸ τοῦ σμῶ σμώνη· τοῦ δὲ σμῶ ὁ μέλλων σμώσω* Theognost. 115. unde significatio fit eum *ζώω ζώνη καὶ χώω χώνη* p. 87. pariter ad futurum revocasse, idemque significari in EM. 247, 39. *δανός ἀπὸ τοῦ δαΐω.* Neque aliter de quarta: *παρὰ τὸ νῶ ὁ μέλλων ναρός* 597, 43. v. Prolegg. 259. *πηρὸς ἐκ τοῦ πήθω πήσω* 671, 1. quo aptiora afferri poterant *θράω θραῦρος* fragilis, *ῥώομαι ῥωρός ὁ ἰσχυρός* Hes.[31]) Haec pauca ex ingenti cumulo excerpsi non quo placeret haec futurorum enormium et ineffabilium confictio sed ut priscum scholae morem adumbrarem eademque opera ostenderem quanta sit

---

θέσει, ὁ δὲ Φιλόξενος παρὰ τὸ ψῶ παράγωγον ψίω, ἀφ' οὗ ψιάς (καὶ ἀπὸ τοῦ ψάω ψακάς) EM. 818, 48. Cum *σπέος speeus* Hesychii interpretes conferunt *Ἄα συστροφὴ ὕδατος* et *aqua.*

29) Latine *vox infracta* dicitur *ἡ τραυλίζουσα.*

30) Uno lambda scriptum est *Σκορόβυλος κάνθαρος* hoc est *scarabaeus qui pilas stercoris volvit* Plin. graece *βύλλαρος* dictus et *Βύρρος κάνθαρος Τυρρηνοί;* latine fullo. Illud fortasse scribendum est *σκωρόβυλος* vel *σκωρόβυλλος*, quippe a *σκώρ.*

31) A *ζάω* fortasse *ζωρός* vivus, quo intellectu aqua viva, color vivus pro mero nativoque dicitur. *Μεσόψηρος ἡμίξηρος* Hes. hoc a *ξῶ* scabo, illud a *ψῶ* tergeo.

lāna, λάχνη, χλαῖνα et χλάνος τὸ περὶ τοὺς τραχήλους δάσος Hes. Ῥέμφος τὸ στόμα Hes. ῥάμφος et ῥύγχος res tam similes ostendunt ut videantur ab uno themate manasse, cujus vis apparet in ῥαμφή, ῥαιβός, ῥοικός, ῥυκάνη. At fuit tamen quum ῥύγχος ad ὀρύσσω referrem. Τὸ σκότος παρὰ τὸ σκιάζειν εἴρηται — ἢ παρὰ τὸ σχέθειν (sic) Schol. in Aristot. Categ. p. 85. b. 32. Hoc quidem praeposterum est, sed procul dubio cohaerent inter se σκιά, σκοιός id est σκοτεινός, et σκότος litera epenthetica auctum. Hesychii verba Σάμεα τὰ ἐν ταῖς ᾠαις τῶν ἱματίων παράσημα Λάκωνες si vitio carent, probant nomen σῆμος, quod fortasse Sophocli in Naupl. Fr. V. ubi de Palamedis inventis loquitur στρατῷ φρυκτωρία, ὕπνου φυλάξεις ἑξ θ' ἕω σήμη τρία restituendum est pro σημαντήρια significans tres vigilias sive vigiliarum signa quae buccina dabantur. Σῆμος autem et σημεῖον pertinent ad illud genus quod Choeroboscus EM. 230, 22. Cram. II. 193. exemplis parum aptis illustrat τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος διὰ τοῦ ειον γινόμενα διὰ τῆς ει γράφεται, γένος γένειον, βρένθος βρένθειον, δάνος δάνειον· χωρὶς τοῦ ἰσχνός ἰσχνίον (ἴχνος ἴχνιον) quorum unum δάνειον huc convenire videtur et praeterea πλάτος πλατεῖον, ἄγγος ἀγγεῖον cf. Parall. 324.[23]) Σκάτος, γλάγος, νύχος, ῥῖπος et alia in Parall. 132. allata monosyllabis apta sunt sed primum σκάτος etiam verbum σπάω attingit ibid. 80. unde σπάτος descendit et σκῦτος mutata vocali ut γνύθος cavitas et γνάθοι κοιλώματα, βάθος βύθος etc. Tria sunt nomina specie simillima, sensibus discreta φᾶρος τὸ ἱμάτιον, φάρος τὸ ἄροτρον et φάρσος τρύφος sive κλάσμα, de quo amplius EM. 575, 37. φάρος ἢ ἄρσις παρὰ τὸ φάρσαι ὅ ἐστι σχίσαι, καὶ φάρσος τὸ ἀπόσχισμα τῆς ἐσθῆτος ut ῥήγνυμι ῥῆγος et ῥάκος. His igitur omnibus Grammatici notionem scissi ruptive tribuunt compluribus ejusdem soni vocibus impressam: φάραγξ ἀπόσχισμα γῆς ἐκ τοῦ ῥήσσω EM. 787, 41. Schol. Eqq. 248. χάρυβδις vorago v. Prolegg. 299. Schneidewin. ad Simon. p. 76. et alia

23) Oppian. Hal. I. 642. ὅσσα τε φῦλα κλήζονται σελάχεια dubium est utrum pro σελάχη positum sit ut ἄνθεια in sermone Boeoti Arist. Ach. 869. pro ἄνθεα videtur, an pro σελάχια.

v. Proll. 155. Denique nominis φάρσος, quod Hesychius τρύφος interpretatur, primitivum quaerens Guietus ad θράω θρανύω delatus est, a quo non multum aberrat ῥήγνυμι et aeolicum Fρῆξις fractura fragor. Verum hic alia ex alia suspicio nectitur. Nam Hesychius profert verbum Φάραι ὑφαίνειν πλέκειν, pro quo quum et φᾶραι substitui possit et φαρῶσαι, tamen accentus ducit ad φάρσαι defectivum quidem, cui praefigendum est praesens φάρω et huic vicissim ἄρω, thematicum utrumque; namque in αρω verbum exit nullum. Hoc autem duas complecti videtur significationes arandi sive sulcandi et texendi, quarum commercia patescunt ex iis quae in Aglaoph. T. II. 837. de similitudine operis textorii cum agro cancellatim sulcato et aratri cum fadio tramas staminis percurrente disputata sunt. Jam ab ἄρω profectum est ἀρόω et hinc ἄβρωμα στολῆς γυναικείας εἶδος Hes. id est φᾶρος, a φάρω autem ἄφαρος, βούφαρος et neutralia φᾶρος τὸ ἱμάτιον et φάρος τὸ ἄροτρον v. Proll. 62. additoque sigma φάρσος, lacinia, nam et hoc nomine, quod cum λαχίς et λάκος τὸ ῥάκος connexum est, Latini non solum vestis sed etiam agri segmentum appellant. Verum hic renovatur illa de adjectivo ἄφαρος dubitatio, quod qui ἄγονον sive ἄφορον interpretati sunt, cum dorico φάρω id est φέρω junctum putarunt, unde φέρσαι τὸ γεννῆσαι Heraclid. Alleg. LXVI. 199. Sed indidem etiam φᾶρος repeti posse comprobatur latini sermonis consuetudine et nostri; nam vestis praecipue dicitur *gestamen* et *Tracht*. Et qui meminerit germanicum *Getraide* derivatum esse a verbo *tragen* non repugnabit quominus nomen *far* et quod idem significat ἡ φάρος a φέρω arcessere liceat. [24]) Non satis explanata est Hesychii glossa Φόρβια φάρμακα, οἱ δὲ φόρβα, sed nomen φάρμακον, quod idem et alii βοτάνην interpretantur, vereor ut alio referri possit quam ad φέρω et φέρβω, cui beta insertum dicit EM. 204, 32. et eodem modo παρὰ τὸ τείρω τάρβος πλεονασμῷ τοῦ β̄ Sch. Il. XXIV. 152. pleniusque EM. 746, 25. τρισὶ παραγωγαῖς ὁ Ἡρωδιανὸς τοῦτο ὑπέλαβε· πρῶτον ἐκ τοῦ ταράσσω,

24) Τὸ φῆρ Anecd. Bekk. 1159. fortasse nihil aliud est quam φῆρος far, de quo dixi Prolegg. 62.

δεύτερον ἐκ τοῦ τρέπω, τρίτον ἐκ τοῦ τείρω, quarum sententiarum primam probavit Wyttenbachius ad Plutarch. de Superst. p. 1002. Si nihil horum placuerit, transferendum est ad numerum nominum quae significationem quidem verbalem sed nullum juxta se verbum habent nisi derivatum ut ἄλγος, νεῖκος, κέρδος, ἶδος, οἶδος, ὕψος, ὖφος et byzantiacum σχέδος, de quorum origine quae mihi aut aliis in mentem venere, incertiora sunt quam ut omnibus persuaderi posse sperem; quare hoc unum dicam ἄλγος cum ἀργαλέος *molestus*, hoc autem cum ἔργον componi, ἶδος (ἰδρώς, sudor) cum ὕδωρ, ὕψος cum ὑπέρ, pro quo poetae ὑψόθι usurpant, et cum ὕπατος v. Proll. 419. duasque significationes, quas latinum tuber habet, Graecos duobus signasse vocabulis οἶδος et ὖδνον. Nominum propriorum nemo erit qui vel exposcat rationem vel exposcentibus reddat: Βῖδος φρούριον ἐν Σικελίᾳ οὐδετέρως γράφεται καὶ διὰ διφθόγγου Steph. Ἕρμος δήμου ὄνομα οὐδέτερον ὡς ἔρκος Harpocr. ἄντρον καλούμενον Στεῦνος Paus. VIII. 4. quo fortasse στεῖνος significatur; plurale Τέμπεα, quod et appellative dicitur ut ἄργος· καὶ τὸ πεδίον λέγεται παρὰ τοῖς νεωτέροις, οἴονται δὲ μακεδονικὸν εἶναι καὶ θεσσαλικόν Strab. VIII. 372. nec constat utrum praeverterit, appellativum an proprium. Trisyllaba quae reperiuntur, fere omnia paragoga sunt: μέγεθος, πάχετος substantivum ap. Nic. et Oppian., στέλεχος quod cum στῦλος et στελεός cognatum putatur, χέραδος de quo disseruit Spitznerus ad Il. Exc. XXXII. κίναδος quod veteres cum χέραδος conferunt, σέλαχος simplex, non ut Galenus putavit de Alim. Fac. III. 36, 737. T. VI. παρὰ τὸ σέλας ἔχειν, ad haec ἔδαφος, πέλαγος, σκέραφος, de quibus omnibus dictum est in Prolegomenis; duo epenthesi aucta Ἐρίκεα φραγμοί Hes. [25]) pro ἔρκεα, et τάριχος, cui vicinum est Τέρχνεα ἐντάφια Hes.

§. 6. De accentu vix necessaria videbitur hodie Herodiani admonitio: περισπαστέον τὸ στεῖνος· πᾶν γὰρ οὐδέτερον εἰς ος λῆγον βαρύνεται Schol. Il. XII. 66. XXIII. 419. Nec spiritus discrepant nisi quod nonnulli ἦδος scripserunt

25) Idem Ἐριγνύειν κρύπτειν καταικλείειν pro εἰργνύειν, Ἐρικάνη φραγμός, Ὀρικάνη φραγμός, quae omnia ad unum pertinent ἔργω.

ut ἥδω, contra quos idem monuit trochaica omnia sine aspiratione promenda esse EM. Sed saepe haesitamus ob eam rem quod nescimus penultima bisyllaborum utrum acuenda sit an circumducenda. De prima vocalium rem expedivit Herodianus π. Μον. 35, 31. τὰ εἰς ρος (scr. ος) λήγοντα οὐδέτερα δισύλλαβα εἰ ἔχει πρὸ τοῦ τέλους τὸ α, συνεσταλμένον πάντως ἔχει, πάθος, κάλος (θάλος) δάος, ψάος, πάγος, μάθος, νάπος, τάνος, σάκος, τάκος, βάρος, εἰ μὴ κατὰ διάλεκτον εἴη ὥςπερ τὸ πᾶρος, μᾶκος, δᾶνος, πρᾶγος. Σημειῶδες ἄρα τὸ φάρος. Hic pro τάνος aut γάνος scribendum esse aut δάνος, pro ψάος aut φάος aut χάος ex Arc. 195. pro τάκος autem ῥάκος videt unus quisque. Sed difficultatem facessunt macroparalecta; πᾶρος Seidlerus substantivum esse putat adjectivo πηρός appositum idemque significans quod πήρωσις. Ad secundum quod attinet, L. Dindorfius in Thes. δᾶνος, inquit, *fortasse significat ariditatem*, sed novimus solum adjectivum δανός, cui si substantivum affingere libet, δᾶνος ponendum est non δῆνος, Herodianus autem loquitur de nomine cujus alpha non nativum est sed κατὰ διάλεκτον. Meinekio Anall. p. 123. πᾶνος placuit, cujus genus neutrum nescio quo constet; lenius remedium foret λᾶνος lana, sed dubito an nulla correctione opus sit; nam Dores pro δῆνος dixisse δᾶνος colligitur ex Hesychii loco Ἀδανές ἀπρονόητον. In Herodiani libro de Dichron. 259. ex dialectis unum affertur μᾶκος. Quod vero Spitznerus II. XI. 88. veteres dissensisse dicit utrum ἄδος scribendum an ἀδος, equidem unum Eustathium huc inclinasse cognovi ut ἄδος perispomenon faceret tanquam ab ἀδῆσαι derivatum, quod ex ἀηδῆσαι contractum esse 1400, 34. Nostra vero memoria Buttmannus hanc sententiam amplexus est Lexil. II. 134. auctore neglecto. Sed ut concedam in tempus, quod jam multis verbis impugnavi, neutra hujusmodi a verbis circumflexis derivata esse, illud nullo modo impetrari potest ut a verbis compositis derivari credamus; nam in maximo exemplorum numero ne unum quidem reperitur parasyntheton. Obstat vero etiam Aristarchi auctoritas in Schol. ad l. c. et V. 203. ἄδος δασυντέον· τὸ γὰρ α πρὸ τοῦ δ ὂν καὶ μὴ ἔχον στερητικὴν ἔννοιαν ἢ κρᾶσιν δασύνεσθαι θέλει, et Eust. 593, 1. Ἀρίσταρχος

τὸ ἄδην δι' ἑνὸς δ̄ καὶ βραχέως καὶ δασέως· δασύνει δὲ καὶ τὸ ἄδος,[26]) quod ut faceret nulla ratio erat si ab ἀηδέω propagatum crederet; nec, puto, ᾄδης interpretatus est τὸν ἀϊδῆ. Tertium argumentum est, quod Grammatici duo modo macroparalecta in numerato habuere, unum πρᾶγος, cujus vocalis longa ab Ionibus in eta mutata syncopae debetur, alterum φᾶρος, sed hoc saepe correptum cum ab aliis tum a Callimacho ut conjicio ex Melet. de Hom. p. 83. τὸν τοῦ διαφράγματος ὑμένα περίπεπλον (scr. περιτόναιον λέγουσι) διὰ τὸ (adde περιτείνεσθαι καὶ) περιειλεῖσθαι αὐτὸν τοῖς σπλάγχνοις, ἢ πέπλον (scr. ἐπίπλουν) διὰ τὸ ἐφαπλοῦσθαι, ἢ πάτος ἀπὸ τοῦ πεπῆχθαι καὶ συνεσφίγχθαι, διὸ καὶ Καλλίμαχος ἔφη Ἥρης ἁγνὸν ὑφαινόμεναι τῇσι μέμηλε πάτος. Meletium quidem πάγος scripsisse vel πάχος ostendit etymologia, sed veterum aliquem diaphragma sic vocasse mihi ignotum et inopinabile est; nec πέπλος illud dicitur sed χιτὼν περιτόναιος. Callimachus autem de peplo illo loqui videtur, quem matronae Elidenses αἱ ἑκκαίδεκα καλούμεναι ὑφαίνουσι τῇ Ἥρᾳ Paus. VI. 24, 8. Huic igitur φάρος tribuo. Quae vero praeter πρᾶγος et φᾶρος circumferuntur properispomena, illo Grammaticorum judicio in summam suspicionem adducuntur; δρᾶνος τὸ ἔργον πρᾶξις Hes. accentum a lexicographis acceptum habet, πλᾶγος regio in Tabul. Heracl. p. 191. ab editoribus, qui quod apponunt *plaga*, alpha breve habet; tertium Matthiae ex Eust. posuit Eur. Phoenn. 878. πνεῦμ' ἄθροισον ἄπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ. Codices κᾶπνος praebent; Scholiographus κᾶπος, inquit, νῦν τὸν κάματον ἢ τὸ ἀπὸ τῆς ὁδου ἄσθμα, ἄλλοι δὲ ἄπος τὸ ὕψος, νῦν δὲ καταχρηστικῶς τὸ μῆκος, quibus indicatur scriptura duplex κᾶπος halitus et αἶπος i. q. ὕψος. Illud non legitur neque intelligi potest quomodo a κάπτω, καπύσσω nasci potuerit macroparalecton; ac ne κάπος quidem extat nisi apud Grammaticos et Sch. Oppian. H. III. 114. κάπος τὸ πνεῦμα subtracta generis nota et accentu eo quem Euripidis versus respuit. Praefero igitur quod Hermannus edidit αἶπος h. e. δυσχέρειαν. — De secunda

26) Quod in Thes. in fidem brevitatis affertur ἄδος ex Arc. 47. id μάδος scribendum est; nam de masculinis agitur.

gravibus videtur, verbum ἀκεῖσθαι a sartoribus et sutoribus translatum esse ad medicos, quia ut illi tunicas calceosque laceros, sic hi (quod cum bona eorum venia dictum sit) corpora nostra non redintegrant sed quoad possunt reconcinnant et rupta consuunt, necessario sequitur ἀκήν id est acum prius appellatam esse quam ἄκος, etsi hujus nominis usus antiquissimus et frequentissimus est, feminini vero vix ulla notitia praeter grammaticos. Verum, ut ad finem perveniam, non solum feminina primae declinationis huic generi nominum, de quo disserimus, conjugata sunt sed etiam masculina et neutra secundae: σκύφος διφορεῖται κατὰ τὸ ἄφενος, ὄνειδος καὶ ἔλεος Eust. 1632, 5. quibus idem p. 73, 50. addit σκότος καὶ χρεῖος παρὰ Φίλωνι et p. 432, 19. τὸ θρῆνος, quod non legitur hodie, χρεῖος apud Philonem non substantivum est sed adjectivum, τὸ ἔλεος Alexandrinorum proprium; σκύφος masculinum Aristarchus Od. XIV. 112. praetulit neutro; ὁ ἄφενος Hesiodus vindicavit [17]) cetera in communi usu posita sunt. His accedunt τὸ θάμβος παρ' Ὁμήρῳ, ὁ θάμβος παρὰ Σιμωνίδῃ Sch. Il. IV. 79. τὸ πάγος Aristot. et ὁ πάγος, τὸ κέρνος crater mysticus et ὁ κέρνος, τὸ κύμβος ὁ κύμβος, τὸ οἶδος et ὁ οἶδος Med. Mosq. p. 210. τὸ et ὁ τάριχος, τὸ ῥῖπος et quod ex uno affertur Dioscoridis loco ὁ ῥῖπος, ὁ et τὸ στρῆνος, cujus utrumque genus a scriptoribus classicis abest v. Sturz. Dial. Al. 159. tum illa quae significationis quodam momento differunt ὁ et τὸ ἔλεγχος, et quae prosodia quoque ὁ κύδος et τὸ κῦδος. [18]) Neutra secundae declinationis huc adhibet EM. 287, 43. ὡς ἀπὸ τοῦ θύος γίνεται θύον καὶ μέγαρος μέγαρον, οὕτω ὁρίος

17) De codicibus homericis, quos Heynius Il. I. 171. hoc genus praebere dicit, Spitznerus tacet.

18) Carei nomen graecum est ὁ κάρος et τὸ κάρον. In Galen. de bon. et mal. succ. c. VIII. p. 794. T. VI. τοῦ καλουμένου κάρους Salmasius in Solin. p. 704. tacite substituit τῆς καλουμένης καροῦς, quod non minus ignotum; τῆς καρέως (hoc accentu) legitur in Comm. III. in Hipp. de Humor. p. 360. T. XVI. Τὸ σκάρος per errorem in Lexica receptum est ex EM. ubi τὸ σκάρος scil. ὄνομα legitur. Dubium est Κάρπη τὰ σπέρματα Hes. Pro τὸ ῥῆνος (cutis) Aret. Sign. Diut. II. 13, 71. cod. Harl. τὸν ῥῖνον.

δρίον [19]) sed Herodiano judice π. Μον. p. 40. τὸ κρίνος ἐκ τοῦ κρίνον μεταπεποίηται, quod ideo statuisse videtur quia κρίνον omnes casus habet, illud duos modo obliquos v. Parall. 117. nec μέγαρος reperitur praeter genitivum μεγαρέων in Sophronis loco, quem Epim. Cram. I. 277. cum θύον θύος, δένδρον δένδρος confert, alii forsitan metaplastis adnumerent. Sed quomodocunque res se habet, μέγαρον certe primatum obtinet ab adjectivo μέγας derivatum. De ceteris nemo contra dicet quin eodem temporis vestigio atque uno quasi partu et generis neutri nomen edi potuerit et masculinum vel femininum.

§. 4. Si quis autem neget verba perispomena excludi oportere, quia hoc subsidio demto ἄλγος, ἄρκος et alia solvi nequeant, ac si eandem ob causam adjectiva in ης et υς fingere perstet, is fortasse his remediis diffidere incipiet ubi respexerit ingentem numerum vocabulorum quae nulla ratione expediri possunt. Quis enim Herodiano EM. credat nomen βεῦδος, quo non ἐνεύναιον significatur sed vestis et ea pretiosa ut videtur, a verbo εὕδειν derivatum esse? aut ἔγχος παρὰ τὸ ἔχειν Eust. p. 1393, 38. aut ἔτνος παρὰ τὸ ἕω τὸ ἀπολύω Lex. de Spir. 219. aliaque longe ultra Thulen repetita. Quibus non antepono Buttmanni conjecturam κρύος cum κρῖ sic ut *horror* et *hordeum* idemque cum ὀκριόεις cognatum esse Lexil. I. 198. et diversum Schneideri placitum verbum κρύω fingentis. Sed si haec quoque concesserimus, illico succrescent alia quasi excetrae Lernaeae capita: βράγχη plurale, γέλγος, ἔθνος, ἔρνος, ἔτος, κάμπος, πέος (πόσθη) ῥέθος, σπέος, τῖφος, κίφος coronae genus; quae ab omni verborum et nominum societate sejuncta sunt. [20]) Attamen intercurrunt quaedam, quorum origo ut non manibus prehendi sed tamen probabiliter conjectari possit. Primum ἄγκος et

19) Σπείρεα Nic. Th. 881. glossa interpretatur λέπη id est σπεῖρα tunicas bulborum sive folliculos, sed Schol. τὰ σπέρματα tanquam verbale.

20) Ῥύτρος plantae nomen semel legitur nec certa scriptura. Βέκος Phrygum linguae assignatur cetera simillimum verbis coquendi, quae in dialectis germanicis et slavicis reperiuntur. Τοῦ βέκου Eust. ad Dion. v. 809. ult. fortasse ex vitio.

et fortasse ἄγγος, quae res non multum diversas curvum et cavum declarant, magnam et vocis et significationis similitudinem habent cum ἄγος fragmentum, ἀγκύλη suffrago, ἄγοστος et ἀγκών, quae tria vocabula Glossographi consociant; ἄγος autem ad ἄγνυμι pertinet ut ζεῦγος ad ζεύγνυμι EM. 409, 50. Αἶσχος, cui Buttmannus etymon αἰσχύς affingit ab αἴδομαι non longius remotum est quam πάσχειν a πάθος et παθεῖν. Quod Graeci hujus et superioris aetatis dicunt ἄθος pro ἄνθος v. Hemsterh. ad Plut. 1205.[21]) propius est verbo ἄω spiro, halo, unde ἄωτος flos et floccus, ἄωρος somnus, ἀωτεῖν i. q. ἰαύειν, similique epenthesi distat βένθος a βάθος, πένθος a πάθος. Βρέφος sive βρέμβος Hes. et ἔμβρυον synonyma sunt v. Lennep. ad Phalar. XIX. 98. fortasse ab obsoleto βρέω, βρύω, sed EM. illud modo ad φέρβω revocat, modo ad τρέφω, cui consentit Eustathius 1392, 26. βρέφος pro τρέφος dici. Βράγχος singulare jam alii cum βρόγχος, ῥόγχος raucus et ῥέγχω contulerunt. Βάρος ut intellectu ita formatione cum φόρτος convenit, quod a φέρω declinatum est, huic autem respondet germanicum verbum *baaren*; γῆ ἄφαρος Meletius c. X. 84. in Cram. Anecd. T. III. et Glossographi interpretantur per ἄφορος, sed iidem etiam per ἀφάρωτος v. Hecker. Callim. p. 90. ad quod postea revertar. Sed ejusdem familiae etiam βράδος esse videtur et adjectivum βραδύς ἀπὸ τοῦ βαρύς πλεονασμῷ τῷ δ καὶ ἐν ὑπερθέσει EM. sed hac neglecta *bardus a graeco* βαρδύς Fest. cf. Doederl. Syn. IV. 226. Quo saepius literae δ et λ vices suas permutant, hoc probabilius duco pro λίπτω aliquos alicubi dixisse δίπτω et ab hoc derivatum esse δίψος, quod Buttmannus Gramm. II. 397. a διψάω repetit; λίπτων γάλακτος Apollon. IV. 813. nihil differt a διψῶν. Εἶρος H. Stephanus in Thes. ab εἴρω arcessit. Ἕλος palus a Graecis mediae aetatis βάλτος dicitur et ἑλώδης βαλτώδης, quae Coraes ad Plutarch. T. IV. 476. ad ἅλσος confert, nam ἅλσεα οἱ κάθυγροι τόποι Hes. ἅλσος autem et hinc factum Ἅλτις Koenius ad Greg. p. 220. haud inscite refert ad verba alendi

21) Nomina urbium Ἀθῆναι et Ἀνθήνη fortasse idem significant, Florentiam vel Floram.

ἀλδαίνω, ἀλδήσκω etc. Ἔρεβος et ὄρφνη ad verbi ἐρέφω similitudinem inclinant. Ἔρκος et ἄρκυς EM. Sch. Opp. Hal. III. 125. ab ἔργω εἴργω arceo derivata esse docent. Ἔντος qua via ad veritatem reduci possit supra ostendi Diss. V. 3. Κῆτος Buttmannus non dubitat quin a thematico κάω sive χάω (χάσκω) ortum sit, quod confirmari potest comparatione Oppiani δυσάντεα χάσματα λάμνης et Hesychii Λάμβαι χάσματα καὶ ἰχθῦς nimirum οἱ μεγακήτεες, lamiae, delphini aliaque *immania cete*. Κύτος, quod Hesychius interpretatur χώρημα, βάθος, plerumque de alveo et alvo dicitur, unde non multum dissident κύσθος, κύστις, cunnus, quae omnia Etymologi cum κύω connectunt. Λαῖφος παρὰ τὸ λῶπος EM. recte secusne non dixerim. Λῶπος vero etsi non prorsus idem significat quod λέπος, λοπός et λοβός, tamen propter generalem similitudinem ad eandem stirpem λέπω revocatur. Μύσος jam supra protuli probata Grammaticorum originatione; nam etsi μύειν a significatione propria, quae in compressione labiorum nariumque posita est, nunquam recedit, tamen hinc derivata ad indignandi et aversandi affectum translata sunt, primum adjectiva quae Hesychius varie scribit sed uno modo interpretatur μοῖος, σμοῖος, σμυός hoc est στυγνός, σκυθρωπός, tum verba μυᾶν, μυχθίζειν, ἐπιμύξαι, Μυσάττεσθαι τὸ τῷ μυκτῆρι ἐνδείκνυσθαι τὸ δυσχεραίνειν Poll. II. 78. Et ab horum societate non facile divelli possunt Μυκός μιαρός, Μύσκος μίασμα, Μυσά μιαρά, μύξα mucus, quibus omnibus humor foetidus teterque declaratur.[22]) Ὄξος acetum et ὀξύς acer nulla religio est quin cum ἀκή acus componamus et cum verbo ἀναχμένος. Ὄρος genere et spiritu discretum est

22) Muffa apud scriptores aetatis mediae et μοῦχλα hodie mucorem significat; Itali mucidum *muffato* dicunt, Francogalli *moisi*, nostrates *muffig*. His simile nomen *Mephitis* exhalatio gravis et *la mofette*. Ab eodem illo μύω traductum esse nomen μύδος humorem putidum significans colligimus ex derivatis: ἐμυδάξατο ἀντὶ τοῦ ἐμυσάξατο ἀπεμυκτήρισε Sch. Nic. Al. 481. ὑδμὴ μυδαλέη ἡ μυσαρά Sch. Apoll. II. 191. quanquam hoc adjectivum μυδαλέος et verbum μυδαίνειν omissa putoris notione plerumque nihil aliud quam madorem significet. Μυδᾶν et μαδᾶν a librariis saepe confusa, Ruhnkenio ad Tim. 184. cognata videntur.

ab ὅρος sed eadem fortasse stirpe nititur ὄρω, nam utroque extans quiddam et ὀρθόν significatur. Quam proportionem πάχος ad πήσσω et ῥάχος (ῥάκος) ad ῥήσσω habet, eandem habet τάχος cum θήσσω sive θάσσω, cujus participium est θάσσουσα σπεύδουσα, primitivum autem θέω, unde θοός profectum est uni adstrictum significationi et aequivocum θοάζω. Et κράτος quoque sive aeolicum κρέτος commode redigi potest ad κράω, κρέω, quorum multiplices affinitates alio loco edisserui c. V. §. 3. in Adnotam. Σάκος et σαγή plerique ad σάσσω revocant ut νάκος et νάκη ad νάσσω, unde νακτά οἱ πῖλοι Hes. hoc est pili coacti, perplexi. Σμῆνος nihil aliud est quam ἑσμός ἀφεσμός examen ab ἵημι cum trajectione vocalis ut ἄρνες et ῥῆνες et Ῥήνεα πρόβατα Hes. pro quo ῥηνία dici potuit ut θηρία, sed causa mutandi nulla. Σκάφος et σκύφος res tam similes declarant ut eandem originem habere videantur; veterum tamen nonnulli illud ad σκάπτειν τὸ κοιλαίνειν retulerunt, hoc ad κυφός curvus. A στρέφω est στρέφος, quod Hesychius explicat στρέμμα δέρμα βύρσα Δωριεῖς, et quod idem memorat Στέρφος στρέφωσις, κάλυψις ἀγγείων δέρματι γινομένη. A τρέφω pariter τάρφος et ταρφύς, quod jam dudum convenit; sed fortasse etiam τέρχνος et τρέχνος hoc est στέλεχος κλάδος ut Hesychius ait, simile latino *truncus* et graeco τράφηξ. Si τὸ ζῦθος vel ὁ ζύθος, τὸ βρῦτος vel ὁ βρῦτος in Graeciae solo nata sunt, illud a ζέω, hoc a βρύω derivatum est; nam utroque fermentum significatur.

§. 5. Haec igitur verbalibus adnumero sed non omnia eadem asseveratione. Quae vero nullo verbo comitata sunt, non ab re facturum me censeo si appositione nominum illustrem. Duas igitur significationes, quas latinum *robur* uno complectitur ambitu, Graeci inter totidem voces divisisse videntur δρίς ἡ δύναμις et δρῦς, unde δόρυ pendet, a δρίς vero δρῖος id quod δρυμός et δροός ἰσχυρός Hes. Κύρβος, quo Callimachus usus dicitur, et κύρβις, si tabulam quadrangulam significat, a κύβος ductum ut κύρτος a κύτος, sin autem in cacumen acutum fastigatam, a κορυφή repeti convenit. Pro λείν ἔρια, ut in cod. Hesychii scriptum est, alii λίνα corrigunt, alii λήνεα, cujus indubia est cognatio cum

lāna, *λάχνη*, *χλαῖνα* et *χλάνος τὸ περὶ τοὺς τραχήλους δάσος* Hes. *Ῥέμφος τὸ στόμα* Hes. *ῥάμφος* et *ῥύγχος* res tam similes ostendunt ut videantur ab uno themate manasse, cujus vis apparet in *ῥαμφή*, *ῥαιβός*, *ῥοικός*, *ῥυκάνη*. At fuit tamen quum *ῥύγχος* ad *ὀρύσσω* referrem. *Τὸ σκότος παρὰ τὸ σκιάζειν εἴρηται — ἢ παρὰ τὸ σχέθειν* (sic) Schol. in Aristot. Categ. p. 85. b. 32. Hoc quidem praeposterum est, sed procul dubio cohaerent inter se *σκιά*, *σκοιός* id est *σκοτεινός*, et *σκότος* litera epenthetica auctum. Hesychii verba *Σάμεα τὰ ἐν ταῖς ᾠαις τῶν ἱματίων παράσημα Λάκωνες* si vitio carent, probant nomen *σῆμος*, quod fortasse Sophocli in Naupl. Fr. V. ubi de Palamedis inventis loquitur *στρατῷ φρυκτωρία*, *ὕπνου φυλάξεις ἕς θ' ἕω σήμη τρία* restituendum est pro *σημαντήρια* significans tres vigilias sive vigiliarum signa quae buccina dabantur. *Σῆμος* autem et *σημεῖον* pertinent ad illud genus quod Choeroboscus EM. 230, 22. Cram. II. 193. exemplis parum aptis illustrat *τὰ ἀπὸ τῶν εἰς* $\overline{ος}$ *διὰ τοῦ* $\overline{ειον}$ *γινόμενα διὰ τῆς* $\overline{ει}$ *γράφεται, γένος γένειον, βρένθος βρένθειον, δάνος δάνειον· χωρὶς τοῦ ἰσχνός ἰσχνίον* (*ἴχνος ἴχνιον*) quorum unum *δάνειον* huc convenire videtur et praeterea *πλάτος πλατεῖον*, *ἄγγος ἀγγεῖον* cf. Parall. 324.[23] *Σκάτος*, *γλάγος*, *νύχος*, *ῥῖπος* et alia in Parall. 132. allata monosyllabis apta sunt sed primum *σκάτος* etiam verbum *σπάω* attingit ibid. 80. unde *σπάτος* descendit et *σκῦτος* mutata vocali ut *γνύθος* cavitas et *γνάθοι κοιλώματα*, *βάθος βύθος* etc. Tria sunt nomina specie simillima, sensibus discreta *φᾶρος τὸ ἱμάτιον*, *φάρος τὸ ἄροτρον* et *φάρσος τρύφος* sive *κλάσμα*, de quo amplius EM. 575, 37. *φάρος ἢ ἄρσις παρὰ τὸ φάρσαι ὅ ἐστι σχίσαι, καὶ φάρσος τὸ ἀπόσχισμα τῆς ἐσθῆτος* ut *ῥήγνυμι ῥῆγος* et *ῥάκος*. His igitur omnibus Grammatici notionem scissi ruptive tribuunt compluribus ejusdem soni vocibus impressam: *φάραγξ ἀπόσχισμα γῆς ἐκ τοῦ ῥήσσω* EM. 787, 41. Schol. Eqq. 248. *χάρυβδις* vorago v. Prolegg. 299. Schneidewin. ad Simon. p. 76. et alia

23) Oppian. Hal. I. 642. *ὅσσα τε φῦλα κλήζονται σελάχεια* dubium est utrum pro *σελάχη* positum sit ut *ἄνθεια* in sermone Boeoti Arist. Ach. 869. pro *ἄνθεα* videtur, an pro *σελάχια*.

v. Proll. 155. Denique nominis φάρσος, quod Hesychius τρύφος interpretatur, primitivum quaerens Guietus ad θράω θρανύω delatus est, a quo non multum aberrat ῥήγνυμι et aeolicum Fρῆξις fractura fragor. Verum hic alia ex alia suspicio nectitur. Nam Hesychius profert verbum Φάραι ὑφαίνειν πλέκειν, pro quo quum et φᾶραι substitui possit et φαρῶσαι, tamen accentus ducit ad φάρσαι defectivum quidem, cui praefigendum est praesens φάρω et huic vicissim ἄρω, thematicum utrumque; namque in αρω verbum exit nullum. Hoc autem duas complecti videtur significationes arandi sive sulcandi et texendi, quarum commercia patescunt ex iis quae in Aglaoph. T. II. 837. de similitudine operis textorii cum agro cancellatim sulcato et aratri cum radio tramas staminis percurrente disputata sunt. Jam ab ἄρω profectum est ἀρόω et hinc ἄβρωμα στολῆς γυναικείας εἶδος Hes. id est φᾶρος, a φάρω autem ἄφαρος, βούφαρος et neutralia φᾶρος τὸ ἱμάτιον et φάρος τὸ ἄροτρον v. Proll. 62. additoque sigma φάρσος, lacinia, nam et hoc nomine, quod cum λαχίς et λάκος τὸ φάκος connexum est, Latini non solum vestis sed etiam agri segmentum appellant. Verum hic renovatur illa de adjectivo ἄφαρος dubitatio, quod qui ἄγονον sive ἄφορον interpretati sunt, cum dorico φάρω id est φέρω junctum putarunt, unde φέραι τὸ γεννῆσαι Heraclid. Alleg. LXVI. 199. Sed indidem etiam φᾶρος repeti posse comprobatur latini sermonis consuetudine et nostri; nam vestis praecipue dicitur *gestamen* et *Tracht*. Et qui meminerit germanicum *Getraide* derivatum esse a verbo *tragen* non repugnabit quominus nomen *far* et quod idem significat ἡ φάρος a φέρω arcessere liceat. [24]) Non satis explanata est Hesychii glossa Φόρβια φάρμακα, οἱ δὲ φόρβα, sed nomen φάρμακον, quod idem et alii βοτάνην interpretantur, vereor ut alio referri possit quam ad φέρω et φέρβω, cui beta insertum dicit EM. 204, 32. et eodem modo παρὰ τὸ τείρω τάρβος πλεονασμῷ τοῦ β Sch. Il. XXIV. 152. pleniusque EM. 746, 25. τρισὶ παραγωγαῖς ὁ Ἡρωδιανὸς τοῦτο ὑπέλαβε· πρῶτον ἐκ τοῦ ταράσσω,

24) Τὸ φῆρ Anecd. Bekk. 1159. fortasse nihil aliud est quam φῆρος far, de quo dixi Prolegg. 62.

δεύτερον ἐκ τοῦ τρέπω, τρίτον ἐκ τοῦ τείρω, quarum sententiarum primam probavit Wyttenbachius ad Plutarch. de Superst. p. 1002. Si nihil horum placuerit, transferendum est ad numerum nominum quae significationem quidem verbalem sed nullum juxta se verbum habent nisi derivatum ut ἄλγος, νεῖκος, κέρδος, ἶδος, οἶδος, ὕψος, ὖφος et byzantiacum σχέδος, de quorum origine quae mihi aut aliis in mentem venere, incertiora sunt quam ut omnibus persuaderi posse sperem; quare hoc unum dicam ἄλγος cum ἀργαλέος *molestus*, hoc autem cum ἔργον componi, ἶδος (ἰδρώς, sudor) cum ὕδωρ, ὕψος cum ὑπέρ, pro quo poetae ὑψόθι usurpant, et cum ὕπατος v. Proll. 419. duasque significationes, quas latinum tuber habet, Graecos duobus signasse vocabulis οἶδος et ὖδνον. Nominum propriorum nemo erit qui vel exposcat rationem vel exposcentibus reddat: Βῖδος φρούριον ἐν Σικελίᾳ οὐδετέρως γράφεται καὶ διὰ διφθόγγου Steph. Ἕρμος δήμου ὄνομα οὐδέτερον ὡς ἔρκος Harpocr. ἄντρον καλούμενον Στεῦνος Paus. VIII. 4. quo fortasse στεῖνος significatur; plurale Τέμπεα, quod et appellative dicitur ut ἄργος· καὶ τὸ πεδίον λέγεται παρὰ τοῖς νεωτέροις, οἴονται δὲ μακεδονικὸν εἶναι καὶ θεσσαλικόν Strab. VIII. 372. nec constat utrum praeverterit, appellativum an proprium. Trisyllaba quae reperiuntur, fere omnia paragoga sunt: μέγεθος, πάχετος substantivum ap. Nic. et Oppian., στέλεχος quod cum στῦλος et στελεός cognatum putatur, χέραδος de quo disseruit Spitznerus ad Il. Exc. XXXII. κίναδος quod veteres cum χέραδος conferunt, σέλαχος simplex, non ut Galenus putavit de Alim. Fac. III. 36, 737. T. VI. παρὰ τὸ σέλας ἔχειν, ad haec ἔδαφος, πέλαγος, σκέραφος, de quibus omnibus dictum est in Prolegomenis; duo epenthesi aucta Ἐρίκεα φραγμοί Hes. [25]) pro ἔρκεα, et τάριχος, cui vicinum est Τέρχνεα ἐντάφια Hes.

§. 6. De accentu vix necessaria videbitur hodie Herodiani admonitio: περισπαστέον τὸ στεῖνος· πᾶν γὰρ οὐδέτερον εἰς $\overline{\text{ος}}$ λῆγον βαρύνεται Schol. Il. XII. 66. XXIII. 419. Nec spiritus discrepant nisi quod nonnulli ἦδος scripserunt

25) Idem Ἐριγνύειν κρύπτειν κατακλείειν pro εἰργνύειν, Ἐρικάνη φραγμός, Ὀρικάνη φραγμός, quae omnia ad unum pertinent ἔργω.

ut ἥδω, contra quos idem monuit trochaica omnia sine aspiratione promenda esse EM. Sed saepe haesitamus ob eam rem quod nescimus penultima bisyllaborum utrum acuenda sit an circumducenda. De prima vocalium rem expedivit Herodianus π. Μον. 35, 31. τὰ εἰς ρος (scr. ος) λήγοντα οὐδέτερα δισύλλαβα εἰ ἔχει πρὸ τοῦ τέλους τὸ α, συνεσταλμένον πάντως ἔχει, πάθος, κάλος (θάλος) δάος, ψάος, πάγος, μάθος, νάπος, τάνος, σάκος, τάκος, βάρος, εἰ μὴ κατὰ διάλεκτον εἴη ὥςπερ τὸ πᾶρος, μᾶκος, δᾶνος, πρᾶγος. Σημειῶδες ἄρα τὸ φάρος. Hic pro τάνος aut γάνος scribendum esse aut δάνος, pro ψάος aut φάος aut χάος ex Arc. 195. pro τάκος autem ῥάκος videt unus quisque. Sed difficultatem facessunt macroparalecta; πᾶρος Seidlerus substantivum esse putat adjectivo πηρός appositum idemque significans quod πήρωσις. Ad secundum quod attinet, L. Dindorfius in Thes. δᾶνος, inquit, *fortasse significat ariditatem*, sed novimus solum adjectivum δανός, cui si substantivum affingere libet, δᾶνος ponendum est non δῆνος, Herodianus autem loquitur de nomine cujus alpha non nativum est sed κατὰ διάλεκτον. Meinekio Anall. p. 123. πᾶνος placuit, cujus genus neutrum nescio quo constet; lenius remedium foret λᾶνος lana, sed dubito an nulla correctione opus sit; nam Dores pro δῆνος dixisse δᾶνος colligitur ex Hesychii loco Ἀδανές ἀπρονόητον. In Herodiani libro de Dichron. 259. ex dialectis unum affertur μᾶκος. Quod vero Spitznerus II. XI. 68. veteres dissensisse dicit utrum ἄδος scribendum an ἆδος, equidem unum Eustathium huc inclinasse cognovi ut ἆδος perispomenon faceret tanquam ab ἀδῆσαι derivatum, quod ex ἀηδῆσαι contractum esse 1400, 34. Nostra vero memoria Buttmannus hanc sententiam amplexus est Lexil. II. 134. auctore neglecto. Sed ut concedam in tempus, quod jam multis verbis impugnavi, neutra hujusmodi a verbis circumflexis derivata esse, illud nullo modo impetrari potest ut a verbis compositis derivari credamus; nam in maximo exemplorum numero ne unum quidem reperitur parasyntheton. Obstat vero etiam Aristarchi auctoritas in Schol. ad l. c. et V. 203. ἄδος δασυντέον· τὸ γὰρ α πρὸ τοῦ δ ὂν καὶ μὴ ἔχον στερητικὴν ἔννοιαν ἢ κρᾶσιν δασύνεσθαι θέλει, et Eust. 593, 1. Ἀρίσταρχος

τὸ ἄδην δι' ἑνὸς δ̄ καὶ βραχέως καὶ δασέως· δασύνει δὲ καὶ τὸ ἄδος,[26]) quod ut faceret nulla ratio erat si ab ἀηδέω propagatum crederet; nec, puto, ᾄδης interpretatus est τὸν ἀϊδῆ. Tertium argumentum est, quod Grammatici duo modo macroparalecta in numerato habuere, unum πρᾶγος, cujus vocalis longa ab Ionibus in eta mutata syncopae debetur, alterum φᾶρος, sed hoc saepe correptum cum ab aliis tum a Callimacho ut conjicio ex Melet. de Hom. p. 83. τὸν τοῦ διαφράγματος ὑμένα περίπεπλον (scr. περιτόναιον λέγουσι) διὰ τὸ (adde περιτείνεσθαι καὶ) περιειλεῖσθαι αὐτὸν τοῖς σπλάγχνοις, ἢ πέπλον (scr. ἐπίπλουν) διὰ τὸ ἐφαπλοῦσθαι, ἢ πάτος ἀπὸ τοῦ πεπῆχθαι καὶ συνεσφίγχθαι, διὸ καὶ Καλλίμαχος ἔφη Ἥρης ἀγνὸν ὑφαινόμεναι τῇσι μέμηλε πάτος. Meletium quidem πάγος scripsisse vel πάχος ostendit etymologia, sed veterum aliquem diaphragma sic vocasse mihi ignotum et inopinabile est; nec πέπλος illud dicitur sed χιτὼν περιτόναιος. Callimachus autem de peplo illo loqui videtur, quem matronae Elidenses αἱ ἑκκαίδεκα καλούμεναι ὑφαίνουσι τῇ Ἥρᾳ Paus. VI. 24, 8. Huic igitur φάρος tribuo. Quae vero praeter πρᾶγος et φᾶρος circumferuntur properispomena, illo Grammaticorum judicio in summam suspicionem adducuntur; δρᾶνος τὸ ἔργον πρᾶξις Hes. accentum a lexicographis acceptum habet, πλᾶγος regio in Tabul. Heracl. p. 191. ab editoribus, qui quod apponunt *plaga*, alpha breve habet; tertium Matthiae ex Eust. posuit Eur. Phoenn. 878. πνεῦμ' ἄθροισον ἄπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ. Codices κᾶπυς praebent; Scholiographus κᾶπος, inquit, νῦν τὸν κάματον ἢ τὸ ἀπὸ τῆς ὁδου ἄσθμα, ἄλλοι δὲ ἄπος τὸ ὕψος, νῦν δὲ καταχρηστικῶς τὸ μῆκος, quibus indicatur scriptura duplex κᾶπος halitus et αἶπος i. q. ὕψος. Illud non legitur neque intelligi potest quomodo a κάπτω, καπύσσω nasci potuerit macroparalecton; ac ne κάπος quidem extat nisi apud Grammaticos et Sch. Oppian. H. III. 114. κάπος τὸ πνεῦμα subtracta generis nota et accentu eo quem Euripidis versus respuit. Praefero igitur quod Hermannus edidit αἶπος h. e. δυσχέρειαν. — De secunda

26) Quod in Thes. in fidem brevitatis affertur ἄδος ex Arc. 47. id μάδος scribendum est; nam de masculinis agitur.

et tertia indifferentium Herodianus nihil praecipit, quique id facere conatus est in Regg. Pros. §. 39. p. 429. proposito excidit: *τὰ τῷ ῑ παραληγόμενα παροξύνονται, στίφος, ξίφος, πλὴν τοῦ σῖνος, πνῖγος, νῖκος, κλῖτος, μῖσος, λῖπος. Καὶ μῦσος διὰ τοῦ ῡ.*[27]) *Τὸ δὲ ῥῖγος ἡ συνήθεια παροξύνει κἂν οἱ ἀρχαῖοι περισπῶσι*, quod idem valet de *στῖφος*[28]) contrarium de *σίνος, κλίτος, λίπος, μύσος*, quae ab antiquis poetis constanter aut producuntur aut corripiuntur non natura sed observatione aliqua. Etenim ancipitis plerumque ea mensura est quae in conjugatis obtinet *βρίθω βρῖθος* etc. sed non semper; nam *σίνομαι* longum iota habet, *σίνος* breve,[29]) obliqui vero anceps pro modulo sequentium syllabarum, *σίνεα* enim dactylicum est et pariter *κλίτεα, φάεα, περιφάεα κύκλα* Oppian. Hal. II. 6. sed sequente longa syllaba ancipitem corripiunt *σίνεσσι, φάεσσι*, cujus discriminis ignarus Blomfieldius ad Callim. H. in Dian. 211. pro *φαέεσσι*, quo Nonnus quoque utitur XXVII. 6. et Joann. Gaz. Ecphr. II. 236. scribendum putavit *φάεσσι* propterea quod *φάεα* dicatur alpha protento. Bigenera plerumque in prosodia conveniunt, *νίκη νῖκος, κνίση κνῖσος*[30]) nec dubie ap. Hesychium s. *Ἱππικὸν χλῖδος* scribendum est *χλίδος* et pro *σχῖδος* itidem *σχίδος* iota brevi ut *χλιδή, σχίδη*. A *πίσεα* tamen Pisae nomen hanc dissimilitudinem habet quod vocalis modo brevis est modo longa, etsi ab eodem verbo *πῖσαι* derivatum putetur Strab. VIII. 356. *Σφρίγος* non aliter pronunciandum videtur quam

27) Rectius Sch. Eur. Andr. 536. *μύσος τὸ μίασμα ὀξύνεται* (id est *παροξύνεται*) *μῖσος δὲ, ὃ γίνεται παρὰ τὸ μίσητος* (scr. *μὴ ἴσος*) *περισπᾶται*. Nomina haec significatione magis quam ortu differre mihi fere persuasum est; *τὸ γὰρ μῖσος οὐκ ἄποθέν ἐστι τοῦ μιαίνεσθαι* Photius inquit s. *Μισητή*.

28) Vulgari consuetudine corrupti librarii *στίφος* Thuc. VIII, 92. *λῖπος* Schol. Hephaest. p. 2. et alia invexerunt.

29) Aliud in hoc miratur Herodianus *π. Μον.* p. 39. quod omnia in *ινος* quae iota breve habeant, masculina sint: *πῶς οὖν τὸ σίνος οὐδετέρου γένους ἔχεται; τὸ γὰρ κρίνος ἐκ τοῦ κρίνον μεταπεποίηται*. Nos Herodianum miramur.

30) Haec tamen multo saepius duplici sigma scripta reperiuntur et *φιλόκνισος* Nicander usurpavit correpta penultima Anth. XI. 7. cf. Bernhard. ad Dionys. v. 611.

verbum hinc propagatum, sicut in longitudine ἶδος congruit cum ἰδίω, sed ἴδρως attice corripitur ut ὕδωρ et epicum ὕδος, quod cum ἶδος cognatum creditur. De ypsilo in Regg. Pros. praeceptum hoc est τὰ τῷ ῡ παραληγόμενα προπερισπᾶται κῦτος, σκῦλος, σκῦτος, φῦκος· ψύχος δὲ καὶ τρύχος παροξύνονται, quod de postremis totum falsum, de prioribus ex dimidio verum est. Nam illa cum verbis ψύχω et τρύχω accurate congruunt, κύτος cum affini κύος, σκύλος cum σκύλλω Σκύλλα, quorum prima est brevis, φῦκος cum πέφυκα. Sed σκῦτος nihil in consortio habet praeter dispar σκάτος. Ὕφος a Dracone p. 119. perperam inter ea quae priorem longam habent, relatum est. Quum στύφω (ἀποστύφω, ἐνστύφω, ἐπιστύφω) nunquam, quod sciam, aliter pronunciatum sit quam τύφω, paroxytonon τὸ στύφος acrimonia Sch. Theocr. I. 49. in accentu peccat. Iota purum unum habet δρίος, plura ypsilon, quorum partem exhibet Theognostus p. 48. πύος, τρύος, κρύος, θύος, φύος, ῥῦος. Primum cum aliis heteroclitis affertur in Epim. Cram. I. 277. γίνεται τὰ εἰς ον οὐδέτερα καὶ εἰς ος ὥςπερ τὸ θύον θύος, ἄρειον ἄρειος (δρίον δρίος) κρίνον κρίνος, καὶ τὸ πύον πύος λέγεται καὶ ἡ χρῆσις παρ' Ἱπποκράτει. Apud hunc autem in libro de Int. Affect. ut in hoc me contineam, pus modo πῦον dicitur p. 455. T. II. τοῦ πύου 435. τὰ πῦα 432. 434. 455. modo τὸ πῦος 454. τοῦ πύους 443. et aliis locis, sed interdum etiam πύον et πύος contra Draconis edictum πῦος μακροπαραληκτεῖ, πύθω γὰρ ἐκτεταμένως p. 77. a quo discrepat Arcadius p. 121. βαρύνεται τὰ εἰς υον πτύον, βρύον, πύον τὸ ἔμπυον [31]) τὸ καὶ πύος, nisi librarius accentum pervertit, quod mihi non ita videtur; nam ἔμπυος purulentus legitur in Andromachi versibus secunda correpta, nec quia πύθω producitur, idem in nomine puro fieri necesse est. Ac ne hoc quidem certum est utrum Draco de neutro loquatur an de masculino secundae declinationis, quod Herodianus quidem oxytonon esse statuit sed nostrorum doctorum plerique properispomenon faciunt πῦος ut πῦαρ v. Fritzsch. ad Thesm. p. 594. Meinek. Com. Fr. T. III. 242. 258. et 462. quo accentu etiam neutrum notatum

31) Οὐ λέγουσιν ἔμπυον οἱ παλαιοὶ ἀλλὰ πύον Anecd. Bekk. 249.

legitur *πῦον τὸ μεταβεβληκὸς αἷμα, ὁ ὄῤῥος* Phot. ad Amphiloch. p. 231. in Maji Collect. Nov. T. I. idque ab eodem verbo unde puris nomen ductum esse nescio an sequatur ex Aristotelis verbis *τὸ γάλα πεπεμμένον αἷμά ἐστιν ἀλλ' οὐ διεφθαρμένον. Ἐμπεδοκλῆς δ' οὐκ ὀρθῶς ὑπελάμβανεν ἢ οὐκ εὖ μετήνεγκε ποιήσας ὡς τὸ γάλα μηνὸς ἐν ὀγδοάτου δεκάτῃ πύον ἔπλετο λευκόν· σαπρότης γὰρ καὶ πέψις ἐναντία· τὸ δὲ πύον σαπρότης ἐστί* v. Sturz. ad Emped. 406. Karsten. ad v. 266. Empedocles autem illa non distinxit quia utrumque lentam affert materiae consumtionem.[32]) *Τρύος*, quod legitur in hexametro ignoti poetae EM. 94, 42. et *θύος* adjuncta sunt verbis macroparalectis ut *κνύω κνύος*. Pro duobus postremis Theognosti fabulis supponi possunt *κύος* et *φλύος*, quod Eustathius 1746, 8. cum *θύος* et *κνύος* confert, vel hoc ipsum *κνύος*.

§. 7. Ad haec exempla qui animum adjecerit, continuo intelligat necesse est penultimam horum vocabulorum omnes recipere vocales sed o micron unum habere *σκότος*, o longum item unum *λῶπος*. Nam quod Salmasius in Anth. VII. 719. *Τέλληνος ὅδε τύμβος, ἔχω δ' ὑπὸ βώλεω πρέσβυν*, voci corruptae substituit *βώλεϊ*, nomen inauditum est ac ne sententiae quidem satis accommodatum, quae Meinekio Del. p. 130. adjectivum potius poscere videtur. Diphthongi propriae quae dicuntur omnes reperiuntur praeter *αυ*, nec enim qui *αὖγος* protulerunt, idonei sunt auctores.[33]) Sed nonnullae tamen rarius huc intrant ut *αι*, quod Theognostus II. 120. non plus quam duobus concessum esse observavit, *αἶσχος* et *λαῖφος*, immemor vocis Pindaricae *αἶτος*, quam Eustathius

32) Schol. Theocr. III. 32. *ποιολογεῦσα σταχυολογοῦσα. Ποιάν ἴσως τὸν πυρὸν κατ' ἐξοχήν, ἀφ' οὗ καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ποιάν ἐκάλεσαν· πολὸς γὰρ — κυρίως ὁ πυρός*, de quo Geelius tacet. EM. 344, 16. *ἐν πύῃ τινὲς ἐν χόρτῳ· Ἀρίσταρχος ἐν πυροῖς καὶ κριθῇ· πύον γὰρ τὸν πυρόν διχα τοῦ ρ*, spectat Od. XVIII. 368. *ἐν ποίῃ — τῷ δημητριακῷ χόρτῳ, ἐν σιτοφόρῳ χωρίῳ* Schol. ex quo veri simile fit nonnullos illo loco *ἐν ποιῷ* scripsisse ne intelligeretur *ποιή* herba.

33) *Τὸ αὖγος* EM. 571, 21. Joanni Malalae familiare est [*πρὸ αὔγους ante diem*, ut nunc Graeci auroram *αὐγήν* dicunt; antiquis illud ignotum ac ne Du Cangio quidem memoratum est.

inter lexes μονήρεις refert, Critici autem alius alio mutat. Tanquam rarius Galenus Comm. in L. de Fract. III. 547. T. XVIII. P. II. adnotavit οἶδος τὸ οἴδημα λέγει, quod ex Nicandro affert Epim. Cram. I. 330. eodemque Aretaeus utitur per omnes casus. Diphthongorum, quas C. Lascaris abusivas, nostri homines improprias nominant, nullum vestigium reperitur nisi quis, quia apud Hesychium Λαῖδος λῆδος et saepius λήδιον reperitur accentu in prima posito et iota subscripto, primitivo λῆδος eandem literam vindicatum eat.[34]) His adjungenda est Choerobosci praeceptio Dict. 391. EM. 643, 51. τὰ διὰ τοῦ ελος οὐδέτερα δισύλλαβα εἰσιν. Ἐπειδὴ οὖν τὸ ὄφελος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὑπάρχει ὡς μὴ ἔχον τι μιμήσασθαι ἄκλιτον ἔμεινε, quae quam inepta sit ratio apparet ex μέγεθος, τέναγος, ἔδαφος et aliis, quae, si terminationem spectamus, singula sunt μονήρη et incomparabilia sed minime aclita. Aliquanto majoris momenti videtur quod hinc intelligimus eum ignoravisse vocem ab Eustathio enotatam p. 462, 45. et p. 1849, 15. τὸ ἕλκος Καλλίμαχος ἄπελος εἶπε διὰ τὸ μὴ πελάζεσθαι τὰ χείλη τοῦ διαιρέματος. Eodem modo Suidas et EM. 120, 38. sed addit ἢ τὸ ἀφελόμενον, ἢ ἀπὸ τῶν Θεσσαλικῶν ἀπέλων ἃ ἐστι πολυφάρμακα, ἵνα δηλῇ τὸ ἀθεράπευτον, ubi scribendum est ἢ τὸ ἀπουλωμένον ἢ ἀπὸ τῶν Θεσσαλικῶν Πέλων vel Πελέων. Etenim hoc loci nomen in Thessalia fuisse auctor est Hesychius Πελεός — μήποτε τὸ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ Πτελεόν· δύναται δὲ καὶ τὰ Πέλη τὰ ἐν Θεσσαλίᾳ λεγόμενα δηλοῦν, et novimus nomen urbis Thessalicae Πέλη, unde Πέλιννα propagatum videtur. Quis tamen sibi persuaderi patietur ut ab hoc nomine appellativum illud compositum credat? Equidem ego, si qua ut in re obscura divinationi licentia detur, ponam neutrale πέλος cognatum cum πέλλη pellis lorum, et cum adjectivo πέλος luridus v. Parall. 344. et porro ἄπελος alpha prosthetico auctum, quo lurorem et per consequentiam non tam vulnus hians quam cicatricem luridam, ut Plautus dicit, significari suspicor. Proinde in Galen. Comp. p. Gen. II. 17, 539. T. XII. ubi inter medicamenta refertur ἄλλη ἔμπλαστρος Κλαυδίου Φιλοξένου

34) Hoc nuper fecit Ahrensius de Dial. Dor. p. 142.

ἀπελοῦς ἐπιγραφομένη, non Ἀπελλοῦ scribendum puto sed ἀπέλους scil. ποιητική sive uno verbo ἐπουλωτική, cumque eodem nomine compositum ἐρυσίπελας sive ἐρυθρόπελας inflammatio cutis vel ignis sacer, sed hoc diverse declinatum.[35]) De aclisia quod Choeroboscus dicit, commune est pluribus: ἄκλιτον τὸ μῆχος καθὰ καὶ τὸ ἦδος καὶ ὄφελος Eust. 235, 7. ac si superessent Grammaticorum libri περὶ ἀκλίτων καὶ δυσκλίτων ὀνομάτων καὶ ῥημάτων inscripti, numerus haud dubie cresceret. Nunc suspicio quaedam serpit inaestimabilis de omnibus, quae in uno tantum casu aut in uno numero reperimus ἄρος, ἄδος, βλέπος, γάνος, δάνος, πρέσβος, δάκρη v. Schneidewin. ad Eust. p. 30. δήνεα, μέζεα, πέσεα, ὄχεα, τέμπεα, τήθεα.[36]) Et quaeritur num Criticis liceat haec exempla excedere sicut Porsonus fecit dativum γάνει Aeschylo tribuens Agam. 1362. quod facilius concedetur in vocabulis raris et insuetis. Lehrsius in Quaest. Epp. 167. de genitivo θαλέων disserens nomen θάλος, ubi vulgarem significationem obtineat, indeclinabile esse censet sed θαλέεσσι de victu opimo et alibili dictum videri cf. Parall. 163. Pro μῆδος, quod Suidas ponit, poetae in singulari μῆτις dixerunt, sed dativum Μήχει τῷ μηχανήματι alicubi invenerit necesse est; et singularis δῆνος unus, si satis memini, testis est Hesychius. Nomina in communi usu posita ἄνθος, ἔθος, ἦθος, reliqua per omnes casus declinari constat, sed κῦρος immobile est et κλέος quo Thucydides, Lysias, Xenophon, Plato et alii in oratione prosa usi sunt; ἔχθος Thucydides saepius admisit Atticorum oratorum, nisi quid me fallit, solus. Aliis in totum abstinent, quorum nonnulla attigerunt Atticistae: ὁ ῥύπος ἐρεῖς, οὐ τὸ ῥύπος Phryn. Ecl. 150. τὸ σκάτος ἐπ'

35) Cf. Kuehn. Opusc. Med. T. II. 328. Τὴν ἐρυσιπέλατον φλόγα Psell. de re med. v. 746. in Ideleri Physs. et Medd. graec. I. 224. τοῦ ἐρυσιπέλου Pallad. de Vit. Chrysost. p. 306. T. VIII. Bibl. Gall. quae in Thes. omissa.

36) Saepe pluraliter efferuntur quae apud nos singularia sunt θάλπη et ψύχη Herod. V. 10. τὰ ἕλέη Sirac. XVIII. v. 4. τὰ ἔχθη Dionys. Antiqq. III. 7. τὰ κάλλη Plat. τὰ δέη Lys. c. Andoc. p. 105, 9. pro quo Aelianus δέα dixit ut κρέα, γέρα analogia fallaci ductus. Eodem pertinent epicorum vocabula κλέα et μένεα.

εὐθείας τιθέμενον ἀμαθές p. 293. χρέως ἀττικῶς, χρέος δὲ ἑλληνικῶς Moer. 402. [37]) δασύ ἀττικοί, τὸ δὲ δάσος οἱ κοινοί Thom. νάπος ποιητικόν, νάπη κοινόν Schol. minn. ad Soph. El. 5. v. ad Aj. 892. λωποδύτης δόκιμον, τὸ δὲ λῶπος οὐ λέγομεν Herodian. Excc. v. ad Phryn. 461. βλέπος et κύος ex Aristophane enotavit Pollux alibi non lecta.

§. 8. Nomina in ας et αρ exeuntia Technici nonnulli partim a verbis orta dicunt, partim a substantivis syllaba ος terminatis. Ἡρωδιανός φησιν ὅτι τοῦ ἄλειφα καὶ λίπα ἡ κατάληξις οὐκ ἀηθής· ἀλλ' ὥςπερ θένω θέναρ καὶ κείρω κέρας, οὕτω ἀλείφω ἄλειφαρ ἢ ἄλειφας καὶ ὑποστολῇ τοῦ ρ ἢ τοῦ σ ἄλειφα. Τὸ δὲ λίπα ἐξ ἀναλόγου ἀντιπαραθέσεως ἐγένετο· ὡς γὰρ κῶος κῶας, ὕδος ὕδας, γῆρος γῆρας, οὕτω καὶ λίπος λίπας, ἐξ οὗ τὸ λίπα Eust. 1560, 27. Pro κείρω κέρας Herodianus fortasse scripsit δείρω δέρας, nam κέρας ab EM. rectius ad κάρα refertur. Idem vero p. 638, 54. οὖας verbalibus inserit: παρὰ τὸ αὔω τὸ φωνῶ αὖος καὶ συστολῇ ἄος καὶ (μεταθέσει ὄας καὶ) τροπῇ οὖας, nec multo aliter Eustathius p. 1148, 55. ἐκ τοῦ ἄω (ἀΐω) τὸ ἀκούω γέγονεν ἄος ὡς φάος καὶ μεταθέσει ὄας ὡς φόας καὶ κράσει μὲν ὦς ὡς φῶς, ἐπενθέσει δὲ ἰωνικῇ οὖας, quam sententiam ipsi Herodiano tribuit p. 1896, 5. τοῦ οὖατα εὐθεῖα ἑνική ἐσιν ὄας καθ' Ἡρωδιανὸν ὡς φόας. Haec precaria sunt, sed θέναρ et ἄλειφαρ non incommode a verbis repetuntur, eodemque recidunt εἶδαρ [38]) εἶλαρ, ἄλειαρ, ὄνειαρ, quippe segregata comitatu substantivorum, quibus adjuncta sunt ἄλεαρ (ἀλέη) ἄλκαρ (ἀλκή) et alia in Parall. 205. indicata. De paronymis vero, quae in ας exeunt, non omnes consentiunt. Nam contrariam illi sententiam profitetur Pro-

37) Suspectus est genitivus in Eur. Iph. A. 374. μηδέν' ἂν χρέους ἔκατι προσιάτην θείμην χθονός — νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν. Agamemno enim non propter suum vel aliorum commodum dux belli creatus est sed quia gratia praevalebat et auctoritate. Sententia poscit vel μηδέν' ἂν χάριτος, ut Seidlerus correxit, vel μηδέν' ἀξίας.

38) Ἀπὸ τοῦ ἔδω ἔδωρ καὶ εἶδαρ Schol. Od. IV. 56. sed ἔδωρ hoc fictum est ad exemplum τοῦ ἔλδωρ. Ἴχαρ in loco desperato Aesch. Suppl. 852. Scholiasta ἐπιθυμίαν interpretatur. Num forte λίχαρ in libris invenit vel γλίχαρ a γλίχομαι?

culus ad Hes. Opp. 60. *ὕδει κατὰ μεταπλασμὸν ἀπὸ τῶν εἰς ας οὐδετέρων εἰς ος, ὕδας ὕδος, κῶας κῶος* et Choeroboscus Dict. 376. et 383. *ὡς γῆρας γῆρος, δέρας δέρος, οὕτω δόρας δόρος καὶ ἐκεῖθεν ἡ δοτικὴ δόρει· — καὶ ἀπὸ τῆς ὕδας γίνεται ὕδος,*[39]) quae repetita sunt in EM. 284, 34. nec dissentit scriptor *περὶ παθῶν* EM. 639, 2. sive is Herodianus fuit sive quem ille multo saepius advocat, idem Choeroboscus: *ὡς παρὰ τὸ οὖδας γίνεται τὸ οὖδος, γῆρας γῆρος, κῶας κῶος, οὕτω παρὰ τὸ ὦας ὦος καὶ ἀμφώεις (ἀμφώης) ὡς εἶδος εὐειδής*, quo loco pro thematicis *ὦας ὦος* scribendum est *ὠᾶς ὠᾶος* idemque in Parall. 225. restitui apud Herod. *Mον.* 14. *οὖας λέγεται καὶ ἡ γενικὴ οὔατος, καὶ ὦας ἔνθεν ὤατος, καὶ ὠᾶς ἔνθεν ὤατος*[40]) *καὶ ὠτός, καὶ ὀός οὐκ εἰρημένον μὲν συνεσχηματισμένον δὲ τῷ ἀμφώης·* ubi ante *ὠτός* excidisse verba *καὶ ὠᾶς ἔνθεν (ὠτός)* perquam credibilis est Meinekii sententia ad Theocr. I. 28. sed hoc admisso fieri non potest, quod idem suadet, ut sequens *ὀός* mutetur in *ὠᾶς*. Quare *ὠᾶος* praetuli quod et similius est apposito *κῶος* in EM. et ad derivandum *ἀμφώης* haud paullo aptius; nam ab *ὠᾶς ὠτός* nascitur *ἄμφωτος, δίωτος, ἄωτος*. In illis autem dicatalexiae exemplis haud pauca sunt quae grammaticae fictionis suspicionem praebeant; nam *γῆρος, κῶος, οὖδος* omnino non leguntur sed casus modo obliqui *τοῦ γήρους* in vers. Alex. etc. quodque in EM. 68, 20. affertur *σκέπος παρὰ τὸ σκέπω καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν πέσκος*, non legimus sed *σκέπας* modo, *πέσκος* autem etsi Nicander de cortice dixit, nihilo secius ad *πέκω πέκος* pertinet ab arboribus ad homines translatum non licentius quam cutis ab eodem *φλόος* dicitur, *ἀποφλοιῶσαι* pro *ἐκδεῖραι*. *Ψέφας* satis constat Herodiani aliorumque testimoniis sed valde dubium est *ψέφος* in EM. 818, 32.

---

39) Etiam Apollonius Synt. II. 29, 185. pro testato *ὕδος* ponit *ὕδας*, qui casus obliqui illinc repeti nequeunt.

40) Ab hoc genitivo, quem et Hesychius cognitum habuit, derivari potuit *ὠατόω* ut ab *ὄμματος ὀμματόω* et hinc futurum *ὠατωθήσομαι* quod Porsonus Glossographis restituit pro *ὠατοθήσω*, id enim non minus ordinem excedit quam *μεληθήσω* et alia hujus formae futura quae Ahrensius Dial. Dor. 289. obscuris quibusdam inscriptionum vestigiis approbare intendit.

ψεφηνός σκοτεινός· ψέφος γὰρ τὸ σκότος φησὶ Πίνδαρος Ἀριστοκλεῖ· nam Pindarus in carmine Aristoclidae inscripto Nem. III. 71. ψεφηνός dixit, quare verba ψέφος — σκότος interclusione separanda sunt.[41]) Nec plus fidei habent Hesychii glossae Μῆχος μῆχας, cui Musurus μῆχαρ substituit; Κλέπας ὑψηλόν νοτερόν δασύ et paullo post κλέπος iisdem verbis explicatum, quae Brunckius ad Anall. III. 49. vitiose scripta putat pro κλέτας. His detractis vix tria relinquuntur ambigue terminata: δέρας et δέρος, λίπας Aretaei proprium et λίπος, κνέφας et κνέφος, quod si ex uno illo Suidae loco innotuisset Κνέφει σκότει ἀπὸ τῆς κνέφος εὐθείας, nullo ad persuadendum momento foret, nam hae terminationes a librariis saepissime confusae sunt, sed idem apud Hesychium legitur post κνέφας singulatim scriptum. Cetera aut formam diversam habent ut κλίτος et κλέτας,[42]) σκνῖφος et κνέφας, aut significationem ut λέπος et λέπας quamvis ab eodem verbo λέπω ducta v. Prolegg. 455. νέφος et κνέφας, τέρατα et τείρεα sive τέρεα ut Alcaeus dixit CXLIX. 598. quibus addi possunt quae in ος et αρ exeunt partim eodem intellectu ut μῆχος μῆχαρ, δέλος δεῖλαρ, ἄρκος ὀδόντων Oppian. ἄλκαρ βελέων, nisi horum principio ἀρκεῖν et ἀλαλκεῖν prorsus diversa fuerunt, partim leniter inclinata ut ῥέος et φρέαρ, aut etiam longioribus intervallis disclusa ut κύος et κύαρ, quod propius ad καίατα cavernae accedit. Horum vocabulorum multa procul dubio eadem aetas diverse terminavit nec dici potest quaenam harum terminationum maxime primigenia sit. Sed ad declinationem facillima et maxime celebrata est catalexis ος. Hujus enim circiter ducenta reperiuntur exempla, sed in ας duntaxat unum et viginti; quae res fortasse quosdam permovit ut hanc ex illa natam dicerent eamque causam

41) Hesychius affert Ψέφαις σκοτειναῖς, Ψαφαρὰ νεφέλη σκοτεινή, Ψάφα κνέφας, Ψέφος καπνός, Σεῖφα σκοτία Κρῆτες, quibus cognata videntur σκνῖφος, σκνιπαῖος etc.

42) Παρὰ τὸ κλέτος (sic) γίνεται κλετύς καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι κλετύς EM. 519, 46. ὅτι τὸ κλιτύς ἀπὸ τοῦ κλέτας πλεονάσαντος τοῦ ι δηλοῦσιν οἱ τὸν Ἡρωδιανὸν ἀμφιπενόμενοι τεχνικοί Eust. 1066, 18.

esse putarent cur *οὖδας*, *κῶας*, *βρέτας*,[43]) *σέβας* (*τὰ σέβη* Aesch. Suppl. 758.) *κτέρας* et in lonum sermone *κέρας*, *γέρας*, in vulgari *γῆρας* sic declinentur quasi nominativum habeant in *ος* exeuntem. Qui vero *ος* ex *ας* ortum crediderunt, fortasse hac ipsa exemplorum paucitate et declinationis imparilitate et nonnullorum aclisia[44]) in hanc sententiam ducti sunt hoc genus nominum in ipsis sermonis graeci incunabulis natum sed vel propter concursionem masculinorum et femininorum ejusdem terminationis vel alia quacunque causa non admodum excultum esse. Prima hujus fabricae rudimenta et quasi proplasmata mihi cernere videor in apotroctis illis *λίπα*, *ἄλειφα*, *ὕφα*,[45]) *σκέπα* in Hesiodi versu, nisi hoc est pluralis numeri pro *σκέπαα* syllaba finali per apocopen sublata ut *γέρα* apud Homerum atque alia quorum alpha breve sequente consona.[46]) Quum autem nomina illa exilius sonarent, increbuit catalexis ex duabus literis varie ut cuique libuit composita *ας* vel *αρ* vel *ος* vel *ορ*, quanquam hujus generis unum tantum novimus et id anetymon *ἦτορ*,[47]) nam

43) Nicander Fragm. II. 68. non *βρετάεσσι* scripsisse videtur sed *βρετέεσσι* ut Oppian. Hal. II. 437.

44) Grammaticus Cram. I. 116. *δέμας* propterea dicit non declinari quia nullum aliud generis neutrius nomen in *μας* exeat. Sed hoc refellitur aliis exemplis *τῶν μονήρων*, quae a declinando non abhorrent ut *κρέας*, praeter quod nullum in *εας* exit Herod. p. 30. *Δέρας* et *γέρας* apud scriptores atticos casu secundo et tertio carere observavit Elmslejus ad Med. v. 5.

45) *Ὕφα ἀπὸ τοῦ ὕφασμα ἐστὶ κατὰ ἀποκοπήν. Ἰστέον δὲ ὅτι τοῦτο ἐκ περιττοῦ σημειοῦται· οὐ γάρ ἐστιν ἐν χρήσει* Choerob. Dict. 366. Non reperitur quidem hodie sed nisi Grammatici legissent, enotatum non esset. In Od. IV. 66. *νῶτα βοὸς — τό ῥα οἱ γέρα πάρθεσαν αὐτῷ* aptior certe est singularis, sed in numero apotroctorum *γέρα* non refertur.

46) Illa apocopae ratio multo expeditior est quam quae antiquis placuit *σκέπα* (*μαιόμενοι*) aut metaplastum esse pro *σκέπην* aut integra syllaba imminutum pro *σκέπασμα*. Num forte huc deducti sunt eo quod *σκέπας* indeclinabile esse putarent? Aratus quidem scripsit *τοῦ σκέπαος* v. 1125. Porphyrius *σκέπασι λινοῖς* Abst. IV. 336. Sed hi nihil ad Hesiodum.

47) Herodiano hoc indeclinabile dicenti fidem derogat Schneidewinus *Beitr. zur Krit. der Lyr.* 125. sed in ejusmodi causa ille sum-

ἄορ consonam accepit a verbo ἀείρω, sed plura in ωρ verbalia ἕλδωρ, ὕδωρ etc.

CAP. II.

De nominibus in ω exeuntibus.

§. 1. De hoc genere quae olim generatim disputavi in Aglaoph. 733. et postea Muetzellius de Theog. p. 148. Pottiusque *Etymol. Forschung.* T. II. 733. nunc explere conabor collectis undique veteris disciplinae ramentis. Technici igitur tres numerantes deminutivorum feminini generis species hanc primam ponunt: *Ὑψιπύλη Ὑψώ, Εἰδοθέα Εἰδώ, Ἀφροδίτη Ἀφρώ* Schol. Dion. p. 857. *παρὰ τὸ Τιτάν Τιτανίς καὶ ὑποκοριστικῶς Τιτώ ἡ ἡμέρα ὡς Ὑψώ, Εἰδώ* EM. 760, 52. Cram. II. 263. *κερδώ ἡ ἀλώπηξ παρὰ τὴν κερδοσύνην ὡς Εἰδώ* Sch. Arist. Eqq. 1068. (1077.) et pluribus Theognostus p. 118. *τὰ εἰς ω θηλυκὰ ὀξύνεται καὶ παραλήγουσαν τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ πρωτοτύπῳ καὶ πάντα ἐστὶν ὑποκοριστικὰ λήθη ληθώ, πείθω τὸ ῥῆμα καὶ πειθώ, φείδω φειδώ, ἐρατός Ἐρατώ, χρεία χρειώ, βασιλεύς βασιλώ.* Verum in hoc omni numero vix unum inest quod vere et proprie hypocoristicum dici possit; ac minime omnium hoc nomen convenit verbalibus ἀμειβώ Eust. 1471, 30. *εἰδώ ἡ φρόνησις* Hes. *μελλώ, πειθώ, πευθώ, φειδώ* et *ληθώ*, si hoc unquam pro *λήθη* usurpatum est; equidem vereor ne a nugatoribus symbolicis inventum sit ad explicandum Latonae nomen. Grammatici haec deminutivis adnumerant non significationis causa sed ob speciem corruptae similem. Etenim nominum in ω excidentium pars maxima ex propriis constat et horum plerisque adjuncta est forma procerior eademque illustrior. Velut Protei filia, quam Euripides *Εἰδώ* nuncupavit, ab Homero *Εἰδοθέη* appellatur; *Ἀφροδίτην* Nicander transnominavit *Ἀφρώ*, Minervam *Τριτογένειαν* alius quis *Τριτώ* dixit et

---

mam fidem meret, neque extat ullum secundi et tertii casus exemplum; quod nomini perquam trito casu accidisse minime credibile est. Ac ne ad liquidum quidem explorata est Simonidis scriptura.

Hypsipylen Ὑψώ. Quae quum contractionis speciem praeberent, ab iis qui vocabulorum genera secundum terminationes describere anniterentur, imminutis adjecta sunt sicut masculina Ἀρτεμᾶς pro Ἀρτεμίδωρος, Ἐπαφρᾶς pro Ἐπαφρόδιτος v. Prolegg. p. 505. Verum enim vero si disyllaba illa ex significatione aestimantur, non ex compositis contracta sed singulatim a primitivis deducta sunt Ἀφρώ ab ἀφρός, Ὑψώ ab ὕψος ut Κητώ a κῆτος Schol. Hesiod. Opp. 238. Εἰδώ sic ut Εἰδομένη ab εἶδομαι vel εἶδος. Similiter quod Hesychius tradit Ταυρὼ ἡ ἐν Ταύροις Ἄρτεμις non ex Ταυροπόλος vel Ταυριώνη coactum sed gentilicio Ταῦροι affictum dicimus. Nec Εὐφρώ ex Εὐφρόνη vel Εὐφροσύνη, aut Δεξώ e Δεξιθέα corruptum sed illa quasi feminina positio est andronymici Εὔφρων, hoc a δέξις vel δέξομαι traductum; Ἐπαφρώ ad Ἐπαφροδίτη eandem relationem habet ut Ἀφρώ ad Ἀφροδίτη. Quod autem ille Ἐρατώ ab ἐρατός derivatum esse affirmat, non impugnem equidem, nec si quis Φιλητώ a φιλητός ortum dicat; sed certe propiora sunt Ἐρατών et Φιλήτας masculina; Δωτώ autem manifestum est non a δοτός existere potuisse sed a Δῶτος vel Δώτης.

§. 2. Jam si originem horum femininorum quaerimus, patet aut a verbis ducta esse ut μελλώ aut a nominibus ut κερδώ. Verbalia autem vel a praesentibus nascuntur barytonis [1]) vel a futuris sine ulla substantiae immutatione, excepto uno ἑστώ παρὰ τὸ ἑστάναι Phot. Neque id anomaliae eximitur si, quia aspiratione caret, ab ἑτός ὁ ἀληθής derivatum putatur, quo Etymologi ad explicandum ἑτεός utuntur; nam quae a verbalibus hujusmodi deflexa sunt, propria esse solent Ἐρατώ etc. Quare Θελκτώ ἡ κολακευτική Hes. potius Θέλκτωρ scribendum ex Aesch. Suppl. 875. Θέλκτορι πειθοῖ. Significationem si spectamus, aut propria sunt nomina aut cognomina ex moribus indita aut appellativa. Sed cuinam horum generum unumquodque subjiciendum sit, saepe haesitamus. Hesychius Γοργώ ἡ γοργότης· πέπλασται ὡς τοῖς ἄλλοις ποιηταῖς,

1) Κινώ κίνησις Δωριεῖς Hes. non a κινέω sed a barytono quodam themate; Δαμνώ quod Muetzellius affert, non a δαμνάω sed a δάμνω, κοσμώ vero a nomine.

ὡς Ζηλώ, Χρυσώ· τὰ γὰρ περὶ τὸν Περσέα καὶ τὰς Γοργόνας Ὅμηρος οὐκ οἶδε, significans poetam omnibus in locis, quibus Gorgonem appellat, prosopopoeia usum esse. Idem alio nomine declarant Moschopulus Opusc. p. 78. et Trypho de Trop. 741. in Rhetorr. Walz. T. VIII. ὀνοματοποιΐα ἐστὶν ὡς χρυσῶ (scr. Χρυσώ) ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ· καὶ τὸ παρ' Αἰσχύλῳ χρονίζομεν τῆς μελλοῦς χάριν, quod ab hac causa alienum est; sed illud auri amatricem designare videtur. Atque hujusmodi nomina per omnem occasionem a poetis concinnantur praesertim comicis ut Δεξώ, Δωρώ v. Prolegg. 36. not. 36. Sed et Empedocles rerum gignendarum causas appellavit mulierum nominibus Καλλιστώ, Μεγιστώ, Φυσώ, Κινώ. Aliud hujus ambiguitatis exemplum est quod Hesychius affert Κυνώ ἡ ἀναιδεστάτη, nam idem fuit mulierculae Medicae nomen proprium ex barbaro Σπακώ conversum; τὴν γὰρ κύνα Μῆδοι καλοῦσι σπάκα Herod. I. 110. Quae autem sunt veri nominis appellativa partim personas significant, partim attributiones, pars utrumque ut Γλιχώ ἡ φειδωλία Zonar. et Γλιχώ ἡ φειδωλὸς καὶ περίεργος EM. quod incertum est utrum a γλιχός declinatum sit an a γλίχομαι, ac fortasse ne appellativum quidem fuit sed eponymon. Paronymorum alia ad motionem pertinent sexualem ἄνθρωπος ἀνθρωπώ, pro quo ἀνθρώπη dici poterat, κόσμος (πρωτόκοσμος, κοσμόπολις) κοσμώ, sive κομμώ i. q. κομμώτρια, μῖμος (mimologus) μιμώ, a nominibus tertiae declinationis βασιλεὺς βασιλώ (nisi hoc nomen proprium est) καμινεὺς καμινώ, τραπεζεὺς τραπεζώ quod Hesychio redditum est pro τραπεζών. Sed si haec a τράπεζα, κάμινος derivata sunt et κοσμώ, μιμώ si a nominibus realibus, non ad motionem pertinent sed ad denominationem ut θηλή θηλώ, κέρδος κερδώ, λέχος λεχώ. Paraschematista sunt αὐδή et aeolicum ἄϋδω in Sapph. Fr. I. δοκή δοκώ, μορφή μορφώ forma,[2]) ἦχος ἠχώ[3])

2) Aliud est Μορφώ Veneris cognomentum a μορφή ductum ut mulieris nomen Μορφή (hoc accentu) Sch. Eur. Hipp. 408. (omiss. in Th.) et Morpheus.

3) Si verum est discrimen illud Sch. Eur. Hec. 1087. ἦχος ὁ κτύπος, ἠχώ δὲ ἀπήχημα, hoc denominativis adnumerandum est. Sed poetis promiscua sunt.

τήτη vel τῆτος Τητώ ἡ πενία Cyrill. χρέος χρεώ, τραχών τρηχώ. Sic et Ἰὼ δύναμις, βοή Hes. altera significatione cum ἴς βία congruit, altera cum ἰά, ἰωή.[4]) Quae sequuntur, nullam definitam regionem habent cujus septis contineantur: τυτώ ἡ γλαύξ Hes. a sono *tu tu* ut et πιπώ videtur aviculae nomen quae alias πίπος vocatur; ληκὼ τὸ ἀνδρεῖον μόριον Hes. Vossius illustrat collatione verbi obscoeni ληκᾶν sive ληκεῖν et λαικάζειν, eundemque intellectum habet κρούειν[5]) et κροτεῖν atque germanicum crepandi verbum, quod Adelungius afferre non dedignatus est. Καρκώ λάμια Hes. piscem κάρχαρον sive καρχαρόδοντα significare videtur cf. Coraes ad Xenocr. p. 73. Idem Λαλλώ et Λαλώ ἡ ἀπόπληκτος ἢ ἔξωρος, quarum interpretationum una ad Λαλίς μωρός (φρενοδηλής, dalivus) convenit, alteram Schneiderus recte ad δαλός torris refert, quo hominem exusti floris, vietum et retorridum significari demonstrat. Glossas obscuriores Κάρα ἡ αἴξ ὑπὸ Γορτυνίων, Καρανώ τὴν αἶγα Κρῆτες, Κηώ σύνθεσις, Κοθὼ βλάβη, Λωλώ βρωμάτιον τι, Φητώ στρόφιγξ transiliamus licet cum aliis quorum scriptura ambigitur: κοπά sive κωπώ id est ramulus in daphnephoriis circumlatus, κωκώ res turpicula, τριτώ sive τριττώ, si credere dignum est, vox cretica caput significans vel a verbo τρέω ducta Τριτώ φόβος τρόμος Hes. Ad ultimum duo stirpium nomina βληχώ sive γλαχώ et κιττώ casiae genus fortasse ab hederae similitudine denominatum. Nam ad μορμώ quod attinet, in discrimine versatur non solum utrum ex μορφή conversum sit, proprieque formam significet et praecipue formidinem hoc est speciem horribilem, an a μόρμος et μόρμη (hoc accentu) χαλεπή ἐκπληκτική Hes. sed etiam communibusne adnumerari oporteat an propriis, quae appellativorum numerum longe excedunt; nam horum summa brevis est, illa vero pari ubertate ab omni fere genere nominum et verborum efflorescunt; quod ostendam.

4) Εἰσορόων πόνον αἰπὺν ἰῶκά τε δακρυόεσσαν Il. XI. 601. Schol. recc. γράφουσιν ἰῶ καταδακρυόεσσαν. Hi ἰὼ καὶ δάκρ. scripsisse videntur *in pugna lamentabili*, ut synonymon βοή sumitur pro μάχη.

5) Ὑπολῆκᾶν ὑποκρούειν Hes. *trusare* intellectu obscoeno dixit Catullus.

§. 3. Paronymis plerumque masculina antecedunt vel adjectivi generis *Αἰσχρός* in Corp. Inscr. n. 884. et *Αἰσχρώ* n. 822. (omissa in Thes.) *Ἄριστος Ἀριστώ, Κλεῖτος Κλειτώ, Ξάνθος Ξανθώ* etc. vel substantivis connexa *ἀλκὴ Ἄλκων Ἀλκώ* Schol. Pind. Ol. XI. (X.) 76. (omiss. in Thes.) *Ἄρχων Ἀρχώ, Ἥρων Ἡρώ, Θήρων Θηρώ, Καλλών Καλλώ, Μύρων Μυρώ, Νίκων Νικώ, Τιμών Τιμώ, Χαρίτων Χαριτώ, Θράσων Θρασώ* et *Θαρσώ* Minervae epitheton. Haec tamen non in eam sententiam disputo ut negem mulierum nomina per se et seorsum ab appellativis nasci potuisse; sed quia plerumque propria propriis respondent, parilitatis causa id quod novissime commemoravi, etsi et ad *θράσος* convenit et ad *θρασύς* (ut *δριμύς Δριμώ*) nihilo secius illo quo dixi referre malui. Quin etiam sunt quae nihil in confinio habeant praeter propria *Βιτώ Βίτων, Κυριλλώ Κύριλλος, Καβειρώ* Cabirorum mater a filiis denominata et Musae fluviatiles *Νειλώ, Τριτώ, Κηφισώ* v. Prolegg. 46. Eodem modo inter se comparanda videntur *Φυλεύς Φυλώ, Συλεύς Συλώ, Πρωτεύς Πρωτώ, Κελαινεύς Κελαινώ, Νηλεύς Νηλώ, Μενεσθεύς Μενεσθώ* ut *βασιλεύς βασιλώ*, ac si feminina *Θεμιστώ, Κομαιθώ, Τιμαιθώ* (Prolegg. 364.) hodie carent paribus masculinis, non sequitur illico nulla fingi potuisse. Quis denique dubitet Homerum, quum ancillam introduceret *Μελανθώ* Dolii filiam Od. XVIII. 320. ductum esse recordatione fratris qui *υἱὸς Δολίοιο Μελανθεύς* nominatur XVII. 212. et flexo nomine *Μελάνθιος* XX. 173. Hinc transitus erit ad alterum genus, quod nihil ante et propter se habet praeter verba: *Βριζώ ἀπὸ τοῦ βρίζειν* Athen. VIII. 305. A. *Δαμνώ, Ἐλευθώ, Ἰαινώ* (nisi illa Phorci filia *Δεινώ* appellata est) *Κλωθώ* et alia a Muetzellio collecta p. 149. Nec pauca reperiuntur ortu ambiguo et utrinque apta *Σπειώ παρὰ τὸ σπέος ὥσπερ χρέος χρειώ, κλέος Κλεώ Κλειώ* Choerobosc. Cram. T. II. 261. EM. 814, 34. sed Schol. Theog. 246. *Σπειώ ἡ ἀκολουθία* a verbo repetit, cujus participium est *σπόμενος*. Haec artificiosior videtur interpretatio, sed *Αἰθώ* Solis equa Schol. Phoenn. v. 3. nihil interest utrum a proprio *Αἴθων* ortum dicamus an ab *αἴθω* vel quodam ejus verbi inclinamento *αἶθος, αἰθός*, unde *Αἴθη* equa Agamemnonis; interque hoc et *Αἰθώ* idem

rationis intercedit quod inter Ἄτροπος et Ἀταρπώ Sch. Od. VII. 197. Βριθώ nymphae nomen Sch. Hes. Opp. 144. (omiss. in Th.) et Σθεινώ a verbo et a nomine paribus spatiis distant; Βρυώ a βρύω non longius abest quam a βρύον, et masculinum quoque reperitur sed copulatum Ἀμβρύων Diog. La. V. 11. Utrum Κρινώ et Κρινών (et Κρίνις sive Κρῖνις) a κρίνω propagata sint an a κρίνον ut a κορίαννον Κοριαννώ, ῥόδον Ῥοδώ, non ante judicari potest quam in carminibus reperta fuerint. Eorum, quae literam futuri discretivam ostendunt, alia subjuncta sunt andronymicis Κτήσων Κτησώ, Ἀλεξών Ἀλεξώ etc. v. Keil. Anall. 141. alia incomparabilia Ἡγησώ, Καλυψώ, Μελιξώ, syntheta Εὐδωσώ et Περιβασώ, quod est Veneris epitheton ludricrum. Hujus notae multa contulit Passovius in Opusc. p. 115. ad probandum nomen Δωσώ. Sic enim in H. H. in Cer. 122. ubi Ceres deam dissimulans loquitur, scribendum esse pro Δὼς ἔμοιγ' ὄνομ' ἐστί, cui alii Δωρίς vel Δηώ substituunt, sed veri similius videtur Δωσώ vel Δωρώ. Haec igitur futuro assimilata dicimus, illa praesenti caeteris temporibus exclusis. Nam quod Muetzellius p. 150. putat Τελεσθώ ab aoristo τελεσθῆναι derivari potuisse, non probaverim, sed est paronymon vel a Τελεσθεύς ut Μενεσθεύς Μενεσθώ vel a Τελεστής cum metabole consonantium v. Lehrs. Aristarch. 310. Ab his transgredior ad urbium vocabula, in quibus eminent Aegyptiae, non illae barbare appellatae ut Ἐλβώ, Ναθώ, Ταχομψώ, sed quorum graeca est interpretatio seu vera seu commenticia: Κυνώ id est Κυνόπολις, Λυκώ pro Λυκόπολις, Afrodito — Afroditopolis v. Wesseling. ad Itiner. Anton. p. 168. Haec tamen alia via derivari potuisse ostendunt Eusebii verba, quibus Wesselingius utitur ad Hierocl. p. 725. ἀπὸ τοῦ λέοντος τὴν Λεοντώ, ἀπὸ δὲ τοῦ κυνὸς τὴν Κυνώ, quorum illi Xenophon Ephes. IV. 1. per appositionem adjungit nomen generis ἐπὶ Λεοντὼ ἔρχονται πόλιν. Et nonnullorum terminatio duplex: Βουτός — ἐκαλεῖτο καὶ Βουτώ Steph. Καυδώ insula eadem Καυδός vel Γαυδός, Κοπτός Strab. Κοπτώ Plutarch. Θράμβος ut Wesselingio videtur ad Herod. VII. 123. et Θεραμβώ, quod perperam Θεράμβω scriptum est, Lycasto pro Lycastus in omnibus Pomponii Melae codd. v. Tzschuck. Vol. II. P. I. 599.

atque adeo demus Atticus *Σφηττός* a Psello de Locc. Att. p. 47. *Σφηττώ* nominatur congruenter dativo adverbiali *Σφηττοῖ*, nemoque dubitat quin *Σαβώ*, *Χεβώ*, *Χωμψώ*, *Ψενακώ* primitiva sint nullaque affectionis cujuspiam aura contacta. Nihilo secius Graeci talibus quoque, ubicunque facultas fuit, pigmenta domestica adhibere non omiserunt: *ὡς ἀπὸ τοῦ καλύψω Καλυψώ* [6]) *οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ χορτάσω Χορτασώ* Steph. s. h. v. Id convenit nonnullis locorum appellationibus graecis ut *κρήνη διὰ τὴν χρόαν τοῦ ὕδατος καλουμένη Γαλακώ* Paus. III. 24, 5. et Atticae fonticulus *Πεδώ* sive *Ἐμπεδώ* a perennitate, puto, denominatus ut *Ἀλειπὴς πηγὴ ἐν Ἐφέσῳ παρὰ τὸ μηδέποτε ἐπιλείπειν* Suid. et *Βεβαία πηγὴ ἐν Εὐβοίᾳ παρὰ τὸ ἀνελλιπές* EM. His accedunt *Βωμιὼ ἡ Μακρίς* Hes. a figura arae ut Kuesterus suspicatur; *γυμνασίου περίβολος ὄνομα Μαλκὼ τῆς μαλακότητος τοῦ ἐδάφους ἕνεκα* Paus. VI. 23, 3. *Κορυφώ* promontorium Corcyrae, quod nemo ex *Κορυφάσιον* contractum dicet v. Prolegg. 425. nec magis *Συρακώ* ex *Συράκουσαι*, sed potius urbem nomen accepisse a palude. Postremo oppida ignota Suidae memorata *Αἰγιμώ* et *Αἰθώ* gerunt quidem similitudinem graecorum vocabulorum nec tamen demonstrari potest ab his originem habere.

§. 4. Illis locorum nominibus dupliciter finitis *Καυδός* et *Καυδώ* etc. simile est *Σαπφώ* et *Σάπφος*, si ab hoc casu descendit vocativus *Σάπφ'*, quem Hermannus Elem. 678. in poetriae versu reposuit pro *Σαπφοῖ*. [7]) Ac non abhorrere hanc terminationem a mulierum nominibus in Prolegg. p. 23. demonstratum est. Verum ut demus atticus *Θρία* vocatur et *Θριώ*, mulieres *Γόργη* et *Γοργώ*, *Μέλιννα* et *Μελιννώ* v. Keil. Anall. p. 8. sic sumi licet eandem modo *Σαπφώ* nominatam fuisse modo *Σάπφη* sive aeolice *Σάπφα* alpha correpto. Quare in Varronis loco IX. 51, 150. *sunt quas synonymias*

6) Scilicet quia Ulixem secum in occulto habuit; quasi vero *καλύπτειν* idem sit quod *κρύπτειν*. Barbaris illis adnumero *μοτώ* et *ἀρηβώ* cassiae species Galen. de Antid. I. 14. p. 72. T. XIV.

7) Matthiae Gramm. 224. aeolicum vocativum *Σάπφο* fuisse suspicatur exemplo nullo; Ahrensius Dial. dor. 510. *Ψάπφα*.

appellant Sappho, Alcaeus Alcaeo, Geryon Geryonus, ubi primo exemplo deesse synonymon Spengelius animadvertit, incertum est utrum Sappha inserendum sit an Sapphus, an forte Sapphon; nam haec quoque terminatio femininis inolevit partim sine paraschematismo *χέω χιών ὡς τέρπων* EM. *εἴκω εἰκών*, cujus alteram scripturam *εἰκώ* dubitatur ne Grammatici finxerint propter casus obliquos, *Κραγγών κίσσα* (clamosa) Hes. *φαγών* maxilla v. ad Aj. p. 167. et *ῥυμβών*, partim consociata alteri vel adeo praevalens *ἡ ἀηδώ κατὰ Μιτυληναίους καὶ ἀηδών* v. Bernhardy ad Suid. *ἡ Γοργών τῆς Γοργόνος καὶ ἡ Γοργώ τῆς Γοργόος καὶ Γοργοῦς* Schol. Eur. Or. 1514. [8]) *Λωδώνη λέγεται καὶ Λωδών καὶ Λωδώ* Steph. v. Parall. 117. et 119. *Σαρδώ λέγεται καὶ Σαρδών ὡς τῇ Πυθοῖ παράκειται τὸ Πυθών* Steph. De eodem Eustathius ad Dion. 82. *Σαρδὼ ὡς Σαπφὼ καὶ Σαρδόνος ὡς τρυγόνος*. Hesychius *Σινδούς σινδόνας* scr. *σινδοῦς* ut *εἰκοῦς* [9]) et *Τρυγῶς τὰς τρυγῶνας* scr. *τρυγοὺς τὰς τρυγόνας* id est turtures a verbo *τρύζω* ut *στάζω σταγών*, *ὀλολύζω ὀλολυγών*, quod modo ululatum (*ὀλολυγήν*) modo ululam significat ut *γλιχώ* parsimoniam et (nisi Zonaras fallit) parcam. A verbo trisyllabo proficiscitur *ἀρηγών* et *ἀρηγώ*, de quo disputatum est ad Aj. p. 166. Cetera dicatalexiae exemplа haec sunt: *Ἱεριχοῦς Ἱεριχοῦντος· εὕρηται καὶ δοτικὴ Ἱεριχοῖ ἀπὸ τῆς Ἱεριχώ* Steph. *αἰδώς* et *αἰδώ ὅτε εὐθεῖά ἐστιν ὀξύνεται* EM.

---

8) Haec Theodosii fuit sententia; Romanus vero statuit a *Λητώ* declinatum esse *τῆς Λητῶς* (quod aeolicum est) ut *Μοῦσα Μούσης*, et hoc transiisse in *Λητοῦς* Choerobosc. Dict. 332. Homericum genitivum *Γοργοῦς* EM. dupliciter interpretatur *τῆς γοργότητος ἢ τῆς Γοργόνος*, sed illum esse a recto *ἡ Γοργώ*. Nam *Γοργών* non *Γοργοῦς* facere ut *εἰκών εἰκοῦς* tacite significat Schol. Il. VIII. 349. *Γοργόνος γράφει Ζηνόδοτος κακῶς· οὐ γὰρ ὁ ποιητὴς Γοργών φησιν ἀλλὰ Γοργώ*.

9) Hunc accentum praescribit Choeroboscus et duobus locis restituit Bisetus. Hunc sequitur Buttmannus Gramm. §. 56. Adn. 11. errans de *βληχώ*, cujus casus attuli ad Aj. p. 173. Contra Aristarchi praeceptum legitur etiam nunc *τὴν πειθῶ* Achill. Tat. I. 9. *τὴν Λητῶ* Nonn. XX. 75. Accusativum *τὴν Ἀμαζώ* Eustathius ad Dion. 823. p. 261. lin. 9. a recto *Ἀμαζών* declinasse videtur.

30, 40. [10]) Sed pro λεχώς, quod et λεχῶς nonnunquam scribitur Charit. III. 8, 76. Aelian. H. Ann. I. 14. Dorvillius p. 398. et Jacobsius p. 16. praeferunt λεχώ, idemque vel λοχός scripsisse videtur Moschopulus in Schedogr. p. 72. λεχώ ἡ γεννήσασα ἀττικῶς, ἥτις λεχός λέγεται κοινῶς praeeunte Moeride Λεχώ ἀττικῶς, λόχος ἑλληνικῶς, ubi Piersonus λοχός scripsit; illo tamen accentu notatum est στεῖρα λόχος Maneth. V. 330. [11])

§. 5. Sapphus nomen nisi omnino peregre in Graeciam venit, a σαφής ut Grammatici tradunt EM. 708, 19. originem habere videtur. Nec tamen omnium etyma inveniri posse spero ac minime divinorum nominum. Horum obscurissimum est Λητώ de quo EM. 564, 19. ὁ μὲν Πλάτων φησὶν ἐλεητώ· ἐλεήμων γὰρ ἡ θεός· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος παρὰ τὸ λῶ τὸ θέλω, sed vereor ne fallat. Nam quod Platoni tribuit, ab hoc non dictum est; quod Aristarcho, Plato proposuit non serio sed per ludum jocumque. Probabilius est Δηώ idem valere quod δῆ, Δημήτηρ. Ἐννώ quam Hermannus Opusc. II. 180. Inundonam interpretatur quasi ab ἐνύω impluo nominatam, veteres simplicius παρὰ τὸ ἔνω τὸ φονεύω, nec enim aliud reperitur nomen a verbo composito derivatum. Κοκκυμώ Pliadis nomen Schol. Theocr. XIII. 25. specie modo non sententia convenit cum Κόκκυς λόφος Hes. nec omnino cognitum est antiquioribus, qui longe alia Plejadum nomina tradunt. Πεφρηδώ Hermannus l. c. 180. reddit *Auferonam* a verbo φρέω, cui simile θρέω appellativo τενθρηδών subjeci. Hinc subeunt illae gynaeciorum nugae Ἀκκώ καὶ Ἀλφιτώ δι' ὧν τὰ παιδάρια τοῦ κακοσχολεῖν ἀνείργουσι v. Meinek. Hist. Com. 405. Alphito quidem aniculam significare posse docent Hesychii verba Ἀλφιτόχρως πολιά. Sociae ejus Acco consonum adjectivum idem suppeditat Ἀκκός παράμωρος· λέγεται

10) Philetae verba a Bachio omissa ἀγαθὴ δ' ἐπὶ ἤθεσιν αἰδώ Choeroboscus servavit Dict. 360. a quo sumsit Lascaris Gramm. lit. E. fol. 7.

11) Dativus ταῖς λοχοῖς in Dioscoridis loco, qui in Lexicis affertur, unius literae inclinatione in λεχοῖς verti potest, quo dativo Psellus de Operat. daem. p. 29. ed. Boiss. et alii utuntur. A rhetoribus poetice loquentibus λεχωΐς pro λεχώς dicere non alienum est.

tesve. *Εἰσήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀνὰ εἷς ἕκαστος* si in N. T. legerentur solo, ad idiotas rejiceremus. At ob idem vitium Lucianus reprehendit homines suae aetatis doctos, quos manifestum est notionem nominativi *singuli introibant* potiorem duxisse quam rectionem praepositionis. Et qui *οὗτος* dixere pro *αὕτη* si sic loquuti sunt in compellatione feminae, [7]) retinuerunt formulam auribus inhaerentem *ὦ οὗτος*. Item tritum illud *ἦ δ' ὅς* ita inoleverat linguae ut etiam ad feminas et ad plures transferretur. [8]) Nec minus soloeca sunt *praesente testibus, cum partim copiarum, libens solverunt*; quae nisi abunde satis testata essent, librariis imputarentur et lapicidis. Verum hujusmodi *ἀσυνταξίας* vel *κακοσυνταξίας* exempla collegerunt multi multa; obscurius vero est illud alterum soloecismorum genus, quod in principio hujus disputationis designavi.

§. 2. Etenim non solum consuetudo graeci sermonis sed omnium linguarum lex et ratio pugnantia loqui vetat. Sed hujus quoque soloecismi speciem interdum praebent scriptores non indiserti, quum cogitatione plus comprehendunt quam eloquuntur, ut Hesiodus Opp. 610. *βότρυας χρὴ — δεῖξαι ἠελίῳ δέκα τ' ἤματα καὶ δέκα νύκτας*, cujus loci inconcinnitatem Moschopulus et sensit et excusavit hoc modo: *συνυπάγει τὰς νύκτας τῷ λόγῳ ὡς ἑπομένας ταῖς ἡμέραις ἐξ ἀνάγκης· οὐ γὰρ κατ' αὐτὰς δυνατὸν τῷ ἡλίῳ δεικνύναι τοὺς βότρυς*, neque hodie scribentium aliquis audebit dicere *uvas die nocteque insolato*. Alius calore dicendi obliviscitur paria paribus adjungere ut in H. H. in Merc. 525. *Λητοΐδης ἐπένευσε — μή τινα φίλτερον ἄλλον ἓν ἀθανάτοι-*

7) Apollonius qui *οὗτος κατὰ θηλείας τιθέμενον* cum *ὥς φασαν ἡ πληθύς* conjunxit, certe sic masculinum pro feminino positum credidit; sed fortasse est masculinum non motum ut *ἡ τηλικοῦτος* apud Sophoclem, quod non constructum est contra regulam sed vitium habet in una voce.

8) De hoc praeter Suidan et Grammaticos a Buttmanno citatos Gramm. I. 543. disputavit Photius Amphiloch. I. 230. in Maji Nov. Collect. T. I. 230. Schol. Arist. Lys. 514. *τῷ ἦ δ' ὅς καὶ ἐπὶ πλήθους ἐχρῶντο καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ, ὡς καὶ τῷ ὦ τᾶν.* Negat hoc Fritzschius ad Arist. Rann. p. 16.

σιν ἔσεσθαι μήτε θεὸν μήτ᾽ ἄνδρα, ubi deest μήτ᾽ ἐν θνητοῖς. Justiorem causam praebet affectus sermonem praecipitans Aesch. Sept. 181. ἀνὴρ γυνή τε χῶτι τῶν μεταίχμιον, de quo recte judicat Scholiastes κεκινδύνευται τὸ μεταίχμιον, εἰ μὴ ἄρα τις λέγοι ὅτι ὀργιζόμενος οὕτως εἴρηκε. Verum haec, quae generatim describi non possunt, praetermitto ut ad illud repugnantiae genus veniam, quod contradictionem continet, ut nunc vocant, vel in objecto κτύπον δέδορκα vel in adjecto ἀργυρὶς χαλκῇ, βουκόλος ἵππων. Illa est vox mulierum Thebanarum Aesch. Sept. 99. quae tumultu obsidentium eminus accepto trepidae hostes jamjam irrumpentes sibi cernere videntur: κτύπον δέδορκα, πάταγον οὐχ ἑνὸς δορός. Hic non acquiescimus in Scholiastae explicatione μετήνεγκε τὰς αἰσθήσεις ἐπὶ τὸ ἐνεργέστερον (ἐναργέστερον). Nam ut concedamus poetis quod Longinus dicit XXVI. 2. τὴν ἀκοὴν ὄψιν ποιεῖν, quia ὄψις τρανεστέρα τῆς ἀκοῆς Suid. s. Αἴσθησις, Aeschylumque noluisse κλύω κτύπον dicere vel ut debilius vel fugiendae repetitionis causa, nam paullo ante legitur ὡσὶ χρίμπτεται βοά et non multo post ὄτοβον ἁρμάτων κλύω, tamen haec ratio non tantum valet ut ei asystata loqui permittamus, quod effugere poterat si nomen posuisset utrique sensui aptum δέδορκα κλόνον vel ὄμαδον vel aliud a verbo minus abhorrens. Nec puto illam repugnantiam satis excusari vel affectu [9]) loquentium vel persona, qua ratione Grammatici interdum periclitantia tuentur ut Eustathius p. 1184, 48. θεραπεύεται [10]) ἡ αἰτίασις ἀπὸ τοῦ προσώπου· γυνὴ γὰρ λέγει οὐκ ἔχουσα ἐνευδοκιμεῖν κυριολεκτήμασι et EM.

9) Nulla est affectus significatio in Quint. VII. 562. Ἀθηναίη — ἐδέρκετ᾽ ἀϋτὴν ἀνδρῶν ἀγχεμάχων et Hom. Il. XVI. 127. λεύσσω παρὰ νηυσὶ πυρὸς δηΐοιο ἰωήν id est βρόμον ut Stat. Theb. VI. 202. *jam face subjecta primis in frondibus ignis exclamat,* quod Scholiasta interpretatur *crepitu sonat; omnis enim sonus clamor est.*

10) Tritum hoc est verbum de explanatione eorum quae contra consuetudinem vel constructa vel declinata sunt: τὸ σολοικοειδὲς δι᾽ ἀντιπτώσεως θεραπεύεται Eust. 718, 63. τὸ σολοικοφανὲς διὰ στιγμῆς θεραπεύεται 236, 32. τὸ βάρβαρον θεραπεύεται δι᾽ ἐλλείψεως ὑπαρκτικοῦ ῥήματος 251, 12. θεραπεύεται ἡ γραμματικὴ ἀναλογία (τοῦ βοσκήσω) 1715, 55. ἡ θεραπεία τούτου (ἵππος ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει) Sch.

774, 42. ὁ Σώφρων ὑγιώτερον λέγων ἐκοντὶ ἡμάρτανε τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἑρμηνείας μιμησάμενος, ὃν τρόπον κἀκεῖ (κἀκεῖνο) ἐσολοίκισε τατωμένα τοῦ κιθῶνος. Verum quo insolentior nobis haec videtur visus et auditus confusio, hoc minus molestiae exhibuit antiquis graecorum poetarum explanatoribus, qui plurimis in locis adnotant verba sentiendi et inter se et cum verbis cognoscendi permutari, idque adeo ad ornatum orationis pertinere ut interdum species pro specie vel pro genere ponatur. Sed quo clarius omnis eorum ratio perspiciatur, repetam paullo altius. Ergo ad Odyss. X. 82. scriptum invenimus nomen *ποιμήν* positum esse *καταχρηστικῶς* aut pro *βουκόλος* hoc est ea figura, quae vocatur *εἶδος ἀντὶ εἴδους*, aut pro *νομεύς ὁμωνύμως τῷ γένει τὸ εἶδος.* [11]) Item ad Il. XXI. 37. admonent poetam nomine *ἐρινεός* quamlibet arborem potius quam caprificum significasse, *ἀπὸ γενικοῦ εἰς εἶδος μεταβέβηκε.* Sch. Hes. Scut. 289. *τοὺς ἀστάχυας εἶπε πέτηλα εἶδος ἀντὶ εἴδους.* Schol. Lyc. 88. *τόργος ὁ γύψ κυρίως, νῦν δὲ τὸν κύκνον λέγει· ἔλαβε δὲ ζῶον ἀντὶ ζώου·* et Gloss. 911. *κεγχρίνη — ἔλαβεν εἶδος ἀντὶ εἴδους.* Similiter Acro ad Horat. Sat. I. 1, 58. *Aufidus — species pro genere,* et ad Od. I. 1, 13. *trabe Cypria — abusive pro quacunque* etc. Hoc schema duriore nomine appellat Auctor de Soloec. p. 199. *σολοικισμὸς περὶ τὰ γενικὰ καὶ εἰδικὰ ὡς παρ' Ὁμήρῳ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε· εἶδος μὲν γὰρ ἄνδρες, γένος δὲ ἄνθρωποι.* Hac igitur ratione verba singulis sensibus attributa docent poni pro eo, quod omnibus commune est; qua in re quantopere lasciviant, operae pretium est cognoscere. Primum ad Il. XI. 532. *ἵπποι πληγῆς ἀΐοντες — ἢ διπλῆ ὅτι τῷ εἴδει τὸ γένος δεδήλωκε· θέλει δὲ εἰπεῖν ἐπαισθόμενοι· ἢ γὰρ ἀκοὴ εἶδός ἐστι τῆς αἰσθήσεως.* Sed Eustathius non inscite infert

---

Il. XV. 268. *καταχρησικῶς πρῶνα εἶπεν, ἐθεράπευσε δὲ εἰπὼν ἅλιον* Sch. Pers. 132. *sunt quae per synaloephen aut systolen aut ectasin sanari necesse est* Charis. I. 5. p. 7. Alibi hac de re *διορθοῦσθαι* dicitur.

11) [illegible] Lysistr. 329. *πατάγου χυτρείου ἀντὶ τοῦ κεραμέου, ἐκ οὐ γὰρ χύτραις βάπτουσι,* quod idem *εἶδος ἀντὶ γένους*

equos ipso sonitu flagelli ad currendum excitari verbere nullo Aptius vero huc retulissent Od. XVIII. 11. *οὐκ ἀΐεις ὅτι δή μοι ἐπιλλίζουσιν ἅπαντες*, ubi aut *ὁρᾷς* dicendum erat aut commune *αἰσθάνῃ*, quod verbum quum Homero incognitum sit, vices ejus sustinet primitivum *ἀΐειν*, unde compositum *ἐπαΐειν* vel in soluto sermone significationem intelligendi habet v. Lennep. ad Phalar. Ep. XXIX. Jacobs. ad Aelian. p. 9. [12]) quo minus in Apollon. II. 109. *τοὺς παρεόντας ἐπήισε* opus erat Scholiastae adnotamento *ἤσθετο*. Sed eodem utuntur in aliis locis qui illa ratione expediri non possunt, ut Arat. 240. *ἰχθύων ἕτερος μᾶλλον βορέαο νέον κατιόντος ἀκούει*, quae sic commentantur *τὸ ἀκούει σημαίνει τὸ αἰσθάνεσθαι· τοῦτο εἶδος ἀντὶ γένους.* [13]) Verum haec est mera prosopopoeia, qua saepius utitur Manetho stellis affectus humanos tribuens v. Dorvill. ad Charit. 664. eamque Germanicus quoque suis verbis expressit. *Piscis — alter audit stridentes auras niveus quas procreat Haemus.* Alius est graeci poetae locus v. 336. ubi de Sirio loquitur *κείνου καὶ κατιόντος ἀκούομεν*, nec deest scholion tralaticium *αἰσθανόμεθα*. Hic primum subvenit, quod poetae latini caniculam, quum maxime fervet, *latrare* dicunt ut Statius Silv. I. 3, 5. *calido latravit Sirius astro*, similiterque Manilius et Claudianus, quorum versus apposuit Gronovius, nec discrepat *ὀπωρινοῖο κυνὸς δριμεῖα ὁμοκλή* Oppian. Hal. I. 152. Sic apparet quomodo Sirius audiri possit. Sed simplicius videtur illa verba ita interpretari: *etiam occidentis vim et efficaciam praedicari audimus.* Non certius hujus abusionis documentum praebet

---

12) *Σμύρνα ὡς ἐξίκετο πρὸς αὐτὸν ἐπάϊστος ἐγένετο προσενεχθέντος ἐξαπίνης τοῦ πυρός* Anton. Lib. c. 34. pro *φανερά*.

13) Sic. Schol. Mosq. pro vulgato *γένος ἀντὶ γένους*. Vossius grammatici sermonis immemor scribi volebat *εἶδος ἀντὶ φέγγους*. Nec satis apte confert Pindari verba *ἐν Τροίᾳ Ἕκτωρ Αἰάντιος ἤκουσε*, hoc est *οὐ μόνον παρ' ἄλλων ἤκουσε ἀλλὰ καὶ τῇ πείρᾳ ἔγνω* v. Nitzsch. ad Odyss. VI. 185. Longe diversa est ratio verbi compositi Pind. Ol. III. 42. *ὁ κῆπος ὑπακούει αὐγαῖς ἠλίου — μεταληπτικῶς ἀντὶ τοῦ αἰσθάνεσθαι* Schol. quomodo Latini interdum obedire id est obaudire de rebus inanimatis usurpant; *ἐπαΐουσιν αἱ μῆτραι τῶν ῥευμάτων* Hipp. Mul. I. 647. T. II.

Il. IV. 343. *πρώτω γὰρ καὶ δαιτὸς ἀκουάζεσθον ἐμεῖο*— Schol. *τροπικῶς ἀντὶ τοῦ ἐπαισθάνεσθε, ἐπεὶ ἡ ἀκοὴ εἶδός ἐστιν αἰσθήσεως*, sed sententia haec est: *vos primi ad coenam invitamini et invitationem accipitis*, id quod Athenaeus dixit *τῷ δείπνῳ ὑπακούειν*, et sic etiam Aristarchus statuit sed adhibita ellipsi *ἀκούετέ μου περὶ δαιτός*. Plus dubitationis habet Od. VI. 185. *ἀνὴρ ἠδὲ γυνὴ ὁμοφρονέοντε (παρέχουσιν) ἄλγεα δυσμενέεσσι, χάρματα δ' εὐμενέτῃσι, μάλιστα δὲ ἔκλυον αὐτοί*. Hic enim apprime convenit illud *αἰσθάνονται καὶ ἀπολαύουσι*, quod et Nitzschius probavit. Sed non necesse est ad hypallagen confugere. Nam conjuges non solum tacita mutui amoris conscientia laetantur sed etiam se invicem felices praedicant et ab aliis praedicari audiunt, *χαίροντες κλύουσι* vel *χαίρουσι κλύοντες*. Haec igitur sunt exempla, quibus Grammatici efficere conantur *εἶδος ἀντὶ γένους* poni, aliud alio infirmius. Jam videamus de altera hujus figurae specie. Igitur in Arat. 405. *Θυτηρίου ὀλίγον μὲν ἐπὶ χρόνον ὑψόθ' ἐόντος πεύσεαι*, non *εἴσῃ*, quod proximum erat, vel *γνώσῃ* significari, sicut idem poeta stellas inobservabiles *ἀπευθέας* dixit v. 648. sed sensum pro sensu sumtum dicunt *ἀντὶ τοῦ θεάσῃ*, quod confirmare videtur Avieni interpretatio: *Aram satis arcto tempore suspicies mundo rutilante referri*, sed necessarium non est; nam *audies* dici potuit *ἐκ τοῦ παρεπομένου*, quia arae exortum sequuntur e vestigio gravissimae procellae sic ut auribus percipi possit. Et *πεπύθοιο καθυπνέας* Nic. Al. 433. minus quidem proprie dictum quam *ὄψει* vel *ἴδοις ἄν*, nec tamen improprium est.[14]) Hinc transgrediar ad verba videndi. Ad Eur. Hec. 175. quum pro *ἄϋε ὡς εἰδῇς* olim scriptum esset *ὡς ἴδῃς*, hoc acceperunt *ἀντὶ τοῦ ἀκούσῃς, αἴσθησις ἀντ' αἰσθήσεως ὃ καὶ μετάληψις λέγεται*. At apertum est sic non sensum pro sensu summutatum esse sed adspectum pro intellectu, quod facile fieri posse concedimus et probatur Theocriti exemplo III. 12. *θᾶσαι μὰν θυμαλγὲς ἐμὶν ἄχος*, ubi apposite Scholiographus:

14) *Πιφαύσκει* Alex. 410. Schol. pro *ἄκουε* positum putat sed [illegible] dictum *lass dir sagen;* alibi aliis verbis utitur *πεύθεο* [illegible]38. *εἴρεο* 359. *τεκμαίρου* 396.]

ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὁρατῶν ἐπὶ τὰ νοούμενα, ὡς παρ' Ὁμήρῳ ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλόν. Et vicissim rem oculis subjectam ad animi intellectum transtulit Oppianus Hal. I. 709. ἤδη τις κατ' ὄρεσφιν ἐριβρύχην ἐνόησε θηρητὴρ τεκέεσσιν ὑπερβεβαῶτα λέοντα. Hic nihil aliud adnotandum erat nisi νοεῖν more homerico positum esse pro ἰδεῖν. Sed ille ad armillum redit: ἀντὶ τοῦ εἶδεν, αἴσθησις ἀντ' αἰσθήσεως, quod nomen huc prorsus non convenit. Et in ejusdem poetae loco I. 236. quo echeneidis cursum navium inhibentis miraculum depingitur ναῦται τρομέουσιν ἀείδελα δεσμὰ θαλάσσης δερκόμενοι, non αἴσθησις ἀντ' αἰσθήσεως, ut in Schol. dicitur, posita est sed verbum ex circumstantia ductum *cernunt navem coeco remorae vinculo repente consistentem*; ut in Orph. Arg. 1154. ἐπιφρίσσοντα γὰρ ἤδη ἀκραῆ Ζέφυρον καταδέρκομαι hoc est video undas vento insurgente crispari, et Propert. I. 17, 6. *adspice quam saevas increpat aura minas*. Exemplorum quae Grammatici pro hac causa afferunt, ultimum suppeditavit Nicander Ther. 164. serpentem somnolentum excitari dicens ὅταν ἢ δοῦπον νέον ἠέ τιν' αὐδὴν ἀθρήσῃ, de quo sic loquuntur αἴσθησις ἀντὶ αἰσθήσεως ὡς ἐπὶ τοῦ ὁρᾷς οἷα λέγεις. Nec video quo pacto hoc expugnari possit nisi mutata scriptura αὐδήν in αὐγήν, quod Eutecnium hoc loco legisse apparet ex paraphrasi ὅταν θεάσηται φῶς. Hoc autem recepto res ad zeugma redit ut ὄψει φῶς κάλλιστον καὶ κρότον χειρῶν Arist. Rann. 157. et similiter juncta (v. ad Aj. p. 430.) quae designat Aristoteles Rhet. III. 5. p. 1407. b. 20. σολοικίζειν ποιεῖ τὸ μὴ ἀποδιδόναι, ἐὰν μὴ ἐπιζευγνύῃς ἀμφοῖν ὃ ἁρμόττει, οἷον ἢ ψόφον ἢ χρῶμα ἰδών, τὸ μὲν ἰδὼν οὐ κοινὸν, τὸ δ' αἰσθόμενος κοινόν. Sed quod Scholiographus ille subjicit ὁρᾷς οἷα λέγεις, non aliter enuntiatum est quam Soph. Aj. 785. ὅρα ὅποῖ' ἔπη θροεῖ, *ecce quae ille ait* Plaut. Most. II. 2, 64. (484.) in quibus nemo ne tantillum quidem haeret quia non de sono vocis agitur sed de sententia verborum, quam νόος ὁρᾷ καὶ νόος ἀκούει, ut Epicharmus loquitur.

§. 3. Expensis Grammaticorum testimoniis deinceps videndum est num forte in praeteritis plus roboris insit quam in allatis. Hic primum occurrit Pindarus Fragm. CL. 639.

autem illa nominativi et vocativi inaequalitas nihil offensionis habet; eademque est in αἰδώς et αἰδοῖ, ἀηδών ἀηδοῖ, ne γυνή γύναι commemorem, quod illi a γύναιξ declinatum volunt. Aegyptiarum urbium nomina ab animantibus ducta plerumque in ω exeunt Ἀφροδιτώ, Ἀντινώ, quae et Ἀντινόεια dicitur et Ἀντινόου πόλις, J. Malel. XI. 119. C. Κυνώ, Λυκώ, sed in ων Λύκων, Λάτων atque eadem Λατόπολις vel λάτων πόλις v. Jablonski Panth. II. 87. duae aliae Λητοῦς et Ἡρακλεώς in Hierocl. Synecd. 730. (399. ed. Lips.)

Pars IV.

De vocabulis sensuum eorumque confusione.

§. 1. Soloecismorum duo sunt genera, unum in forma eloquendi positum, alterum in sententia, et utriusque generis apud scriptores omnium aetatum copia non exigua. Verum ut in vita communi non qui idem peccarunt eadem poena afficiuntur sed multum interest quis quid fecerit et quo consilio, ita prisci scriptorum existimatores προσωποληψίᾳ quadam usi quae vulgo indocto exprobrant, ignoscunt eruditis. Diomedes II. 109. *Atthis,* inquit, *admittit soloecismos,*[1]) *quos quum docti faciunt, non soloecismi vocantur sed schemata,* quorum alterum est vitii nomen, alterum virtutis, sed utriusque, si auctorem sustuleris, discrimen nullum. Nam quod Dionysius de quadam Thucydidis loquutione dicit c. 37, 907. *τοῦτο εἴ τις ἐν τοῖς σχήμασιν ἀξιώσει φέρειν, οὐκ ἂν φθάνοι πάντας τοὺς σολοικισμοὺς σχήματα καλῶν,* valet de pluribus, unumque hoc interest quod quae classici contra regulam dixerunt, ab arte profecta creduntur, quae qui infra classem, ab inscitia. Haec enim magnis ingeniis debetur reverentia ut ponderibus examinentur aliis ac turba ignobilis; eaque religione ducti Critici quidquid in vitii similitudinem vergeret, aut archaismi nomine excusarunt aut dialecti aut figurae proque soloecismi nomine substituerunt decentius *σολοικοφανές* vel *σολοικοειδές.* [2]) Ac si vera est illa philosophi nobilissimi edictio, qua, quidquid sit, rationale ducere jubemur, quanto aequius videtur ut omnia, quae illustres antiquitatis

1) Anonymus in Cram. Anecd. T. IV. 271. *τὸ σολοικίζειν ἐνιαχοῦ ἀττικίζειν ἐστίν.*

2) Ad Odyss. XI. 76. *σῆμά μοι χεῦαι ἀνδρὸς δυστήνοιο* Schol. *σχῆμά ἐστι σολοικοφανές. Οὐκ ἔστι γὰρ κατειπεῖν τῶν οὕτω σχηματιζομένων σολοικισμὸν ἢ βαρβαρισμόν. Κέκριται δὲ σολοικοφανῆ ταῦτα καλεῖν (καὶ) σχήματα.*

auctores dixerunt, recte et convenienter rationi dicta existimemus? Non defuerunt tamen qui quae a modestioribus figurae appellarentur, vocarent soloecismos, ut Grammaticus, cujus commentariolum *περὶ σολοικίας* Valckenarius edidit, huic nomini schema pindaricum, euboicum et alia subjicit. Nominativum absolutum *Ἀλκιβιάδης ἐξελθὼν τῶν πυλῶν Λακεδαιμόνιοι ἠττήθησαν* Lesbonax p. 183. [3]) inter attica schemata refert, similemque huic Homeri constructionem *Ἵππος ἀγλαΐηφι πεποιθὼς ῥίμφα ἒ γοῦνα φέρει* vetus interpres Il. XV. 268. *σολοικοφανές* appellat. Sed Sextus c. Gramm. p. 261. ed. Fabr. *σολοικὸν τὸ πολλὰ περιπατήσας κοπιᾷ μου τὰ σκέλη, διὰ τὸ μή λέγεσθαι τῇ κοινῇ συνηθείᾳ*, et ad Eur. Hipp. 23. *πάλαι προκόψας οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ*, unus Scholiastarum breviter et austere *τοῦτο ἐσολοίκισε*, alter verecundius *ἀρχαϊσμός ἐστι τοῦτο, οὐ σολοικισμός*. Lucianus Dial. Mort. X. 9. in oratoria supellectile numerat *ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ περιόδους καὶ βαρβαρισμούς*, hoc nomine significans soloecismos [4]) arte quaesitos sive, ut Scholiastes ait, *λόγους ἐν σχήματι προφερομένους χάριτος ἕνεκεν ὡς τὸ οἱ δὲ δύο σκόπελοι καὶ τὰ παραπλήσια*. Hoc *οἱ δὲ* — schema homericum appellat Sch. Pind. Ol. VIII. 48. recteque explicat Sch. Eur. Phoenn. 1478. *πόλει δ' ἀγῶνες οἱ μὲν εὐτυχέστατοι τῇδ' ἐξέβησαν οἱ δὲ δυστυχέστατοι — ὅμοιον τῷ ὁμηρικῷ οἱ δὲ δύο σκόπελοι. Οὐκ ἔχει δὲ κίνδυνον οὗτος ὁ σχηματισμός· οὐ γὰρ ἀφ' ἑτέρου προσώπου εἰς ἕτερον ἡ μετάβασις γίνεται, ἵνα δέηται πλαγιασμοῦ, ἀλλ' ἀπὸ ὅλου εἰς μέρη.* [5]) Secundum constructionem

3) Hic pro *ἔκφρασις προσηγορική*, cui *ἐπιφορική* opponitur, non *προηγορική* scribendum est, ut Schaeferus voluit, sed *προφορική*. In Schol. Plat. in Theaet. 173. C. p. 362. ed. Bekk. ubi idem exemplum schematis attici affertur *Ἀλκιβιάδης ἐξελθών* etc. scriptum est *ἠτύχησαν*.

4) Sic idem in Pseudosophista *τὸν λαγώ, τοὺς ἵππεῖς* et *ἀφιστῖν* soloeca vocat, etsi non in syntaxi peccant sed in una parte orationis. In Soloecista autem taxat cacozeliam eorum qui de pipere et cumino loquentes vocabula ex vetere Atthide repetita vulgoque ignota infercirent.

5) Philem. Lex. I. 32. *φαίνεται σολοικοφανὲς τὸ παρ' Ὁμήρῳ ὅμως δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς· ὃ καινότερον ἔφρασεν ὁ ἄρξασθαι ὡς ἐν σχεδιασμῷ ἀπὸ εὐθείας.*

absolutam, cujus varias species Wanowskius sollertissime descripsit, frequentissimum est schema quod dicitur *πρὸς τὸ νοητόν*, et hujus quoque exemplum homericum *ὥς φασαν ἡ πληθύς* Apollonius Synt. III. 4, 198. a quibusdam afferri ait ad comprobandum *καὶ ἐν μιᾷ λέξει καταγίνεσθαι σολοικισμόν.* [6]) Denique ad constituendos utriusque nominis terminos nihil nobis prodest Quintiliani finitio, schema esse aliquam a vulgari et simplici specie *cum virtute* commutationem. Nam Callimachus quidem, ut hoc utar exemplo, *τέκνον ἄλαστε* de industria praetulisse videtur vulgari, quod in exitu versus ad metrum aeque conveniebat, sed Homerus *φίλε τέκνον* dixit non ut novitate constructionis auditores delectaret grammaticae subtilitatis incuriosos, sed quia versui texendo aptius erat et consuetudo ipsa substantivis, quae terminationem generis neutrius sed significationem maris vel feminae habent, epitheta adjungere amat generi naturali congruentia. Similiterque aliae constructionis rectae immutationes rationibus quibusdam nituntur vel brevitatis vel concinnitatis vel similitudinis, ac ne illiterati quidem caeco impetu casus, genera, numeros miscent sed ita ut causa aberrationis reddi possit si non justa at plausibilis. Itaque omnia huc conveniunt, schematis et soloecismi discrimen non natura constitutum esse sed usu, neque a nobis sciri posse quid vulgo Graecorum dicere licuerit, eruditis non licuerit, quidve scientes commiserint inscien-

---

6) Id merito improbat sed ipse errat atticum *μὰ τὼ θεώ* et *Αἰδὼς καὶ Νέμεσις ἴτην καλυψαμένω — προλιπόντε* schema vocans I. 21, 58. ut et Schol. Soph. Oed. C. 1675. nam qui ita loquuti sunt, non femininum cum masculino conjunxerunt (ut *παιδίον καλλίστη* etc.) sed prisca usi sunt dualis forma, quae utrique generi communis erat. Neque figurate dicta sunt *δαϊζομένοιο πόληος, δρόσοι τιθέντες, χλοάοντος ἱάσπιδος* quod Bernhardy suspectat ad Dion. p. 503. *αἰγίδες ἠνεμόεντες, ἠδὺς ἀϋτμή*, atque aliorum adjectivorum, quae vulgo moveri solent, terminationes non motae, non solum in carminibus sed etiam in sermone *ἡ μικτός, ἡ ἀπορώτερος*, atque adeo participiorum *νεῶν καταρτισθέντων* v. Parall. p. 550. quibus conferri possunt latina *Credo ego inimicos meos hoc dicturum esse, Justam rem oratum a vobis volo.* Illum Apollonii errorem sequitur Schol. Arist. Rann. 1425. *τὼ πλάστιγγε—σχῆμα ἀττικὸν ὡς τὼ χεῖρε, τὼ πόλει, νὴ τὼ σιώ*, pro quo *θεώ* scribere debebat.

σιν ἔσεσθαι μήτε θεὸν μήτ' ἄνδρα, ubi deest μήτ' ἐν θνητοῖς. Justiorem causam praebet affectus sermonem praecipitans Aesch. Sept. 181. ἀνὴρ γυνή τε χῶτι τῶν μεταίχμιον, de quo recte judicat Scholiastes κεκινδύνευται τὸ μεταίχμιον, εἰ μὴ ἄρα τις λέγοι ὅτι ὀργιζόμενος οὕτως εἴρηκε. Verum haec, quae generatim describi non possunt, praetermitto ut ad illud repugnantiae genus veniam, quod contradictionem continet, ut nunc vocant, vel in objecto κτύπον δέδορκα vel in adjecto ἀργυρὶς χαλκῇ, βουκόλος ἵππων. Illa est vox mulierum Thebanarum Aesch. Sept. 99. quae tumultu obsidentium eminus accepto trepidae hostes jamjam irrumpentes sibi cernere videntur: κτύπον δέδορκα, πάταγον οὐχ ἑνὸς δορός. Hic non acquiescimus in Scholiastae explicatione μετήνεγκε τὰς αἰσθήσεις ἐπὶ τὸ ἐνεργέστερον (ἐναργέστερον). Nam ut concedamus poetis quod Longinus dicit XXVI. 2. τὴν ἀκοὴν ὄψιν ποιεῖν, quia ὄψις τρανεστέρα τῆς ἀκοῆς Suid. s. Αἴσθησις, Aeschylumque noluisse κλύω κτύπον dicere vel ut debilius vel fugiendae repetitionis causa, nam paullo ante legitur ὡσὶ χρίμπτεται βοά et non multo post ὄτοβον ἁρμάτων κλύω, tamen haec ratio non tantum valet ut ei asystata loqui permittamus, quod effugere poterat si nomen posuisset utrique sensui aptum δέδορκα κλόνον vel ὄμαδον vel aliud a verbo minus abhorrens. Nec puto illam repugnantiam satis excusari vel affectu [9]) loquentium vel persona, qua ratione Grammatici interdum periclitantia tuentur ut Eustathius p. 1184, 48. θεραπεύεται [10]) ἡ αἰτίασις ἀπὸ τοῦ προσώπου· γυνὴ γὰρ λέγει οὐκ ἔχουσα ἐνευδοκιμεῖν κυριολεκτήμασι et EM.

9) Nulla est affectus significatio in Quint. VII. 562. Ἀθηναίη — ἐδέρκετ' ἀϋτὴν ἀνδρῶν ἀγχεμάχων et Hom. Il. XVI. 127. λεύσσω παρὰ νηυσὶ πυρὸς δηΐοιο ἰωήν id est βρόμον ut Stat. Theb. VI. 202. *jam face subjecta primis in frondibus ignis exclamat,* quod Scholiasta interpretatur *crepitu sonat; omnis enim sonus clamor est.*

10) Tritum hoc est verbum de explanatione eorum quae contra consuetudinem vel constructa vel declinata sunt: τὸ σολοικοειδὲς δι' ἀντιπτώσεως θεραπεύεται Eust. 718, 63. τὸ σολοικοφανὲς διὰ στιγμῆς θεραπεύεται 236, 32. τὸ βάρβαρον θεραπεύεται δι' ἐλλείψεως ὑπαρκτικοῦ ῥήματος 251, 12. θεραπεύεται ἡ γραμματικὴ ἀναλογία (τοῦ βοσκήσω) 1715, 55. ἡ θεραπεία τούτου (ἵππος ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει) Sch.

tesve. *Εἰσήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀνὰ εἷς ἕκαστος* si in N. T. legerentur solo, ad idiotas rejiceremus. At ob idem vitium Lucianus reprehendit homines suae aetatis doctos, quos manifestum est notionem nominativi *singuli introibant* potiorem duxisse quam rectionem praepositionis. Et qui *οὗτος* dixere pro *αὕτη* si sic loquuti sunt in compellatione feminae, [7]) retinuerunt formulam auribus inhaerentem *ὦ οὗτος*. Item tritum illud *ἦ δ' ὅς* ita inoleverat linguae ut etiam ad feminas et ad plures transferretur. [8]) Nec minus soloeca sunt *praesente testibus, cum partim copiarum, libens solverunt*; quae nisi abunde satis testata essent, librariis imputarentur et lapicidis. Verum hujusmodi *ἀσυνταξίας* vel *κακοσυνταξίας* exempla collegerunt multi multa; obscurius vero est illud alterum soloecismorum genus, quod in principio hujus disputationis designavi.

§. 2. Etenim non solum consuetudo graeci sermonis sed omnium linguarum lex et ratio pugnantia loqui vetat. Sed hujus quoque soloecismi speciem interdum praebent scriptores non indiserti, quum cogitatione plus comprehendunt quam eloquuntur, ut Hesiodus Opp. 610. *βότρυας χρὴ — δεῖξαι ἠελίῳ δέκα τ' ἤματα καὶ δέκα νύκτας*, cujus loci inconcinnitatem Moschopulus et sensit et excusavit hoc modo: *συνυπάγει τὰς νύκτας τῷ λόγῳ ὡς ἑπομένας ταῖς ἡμέραις ἐξ ἀνάγκης· οὐ γὰρ κατ' αὐτὰς δυνατὸν τῷ ἡλίῳ δεικνύναι τοὺς βότρυς*, neque hodie scribentium aliquis audebit dicere *uvas die nocteque insolato*. Alius calore dicendi obliviscitur paria paribus adjungere ut in H. H. in Merc. 525. *Λητοΐδης ἐπένευσε—μή τινα φίλτερον ἄλλον ἓν ἀθανάτοι-*

7) Apollonius qui *οὗτος κατὰ θηλείας τιθέμενον* cum *ὥς φασαν ἡ πληθύς* conjunxit, certe sic masculinum pro feminino positum credidit; sed fortasse est masculinum non motum ut *ἡ τηλικοῦτος* apud Sophoclem, quod non constructum est contra regulam sed vitium habet in una voce.

8) De hoc praeter Suidan et Grammaticos a Buttmanno citatos Gramm. I. 543. disputavit Photius Amphiloch. I. 230. in Maji Nov. Collect. T. I. 230. Schol. Arist. Lys. 514. *τῷ ἦ δ' ὅς καὶ ἐπὶ πλήθους ἐχρῶντο καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ, ὡς καὶ τῷ ὦ τᾶν.* Negat hoc Fritzschius ad Arist. Rann. p. 16.

σιν ἔσεσθαι μήτε θεὸν μήτ᾽ ἄνδρα, ubi deest μήτ᾽ ἐν θνητοῖς. Justiorem causam praebet affectus sermonem praecipitans Aesch. Sept. 181. ἀνὴρ γυνή τε χῶτι τῶν μεταίχμιον, de quo recte judicat Scholiastes κεκινδύνευται τὸ μεταίχμιον, εἰ μὴ ἄρα τις λέγοι ὅτι ὀργιζόμενος οὕτως εἴρηκε. Verum haec, quae generatim describi non possunt, praetermitto ut ad illud repugnantiae genus veniam, quod contradictionem continet, ut nunc vocant, vel in objecto κτύπον δέδορκα vel in adjecto ἀργυρὶς χαλκῇ, βουκόλος ἵππων. Illa est vox mulierum Thebanarum Aesch. Sept. 99. quae tumultu obsidentium eminus accepto trepidae hostes jamjam irrumpentes sibi cernere videntur: κτύπον δέδορκα, πάταγον οὐχ ἑνὸς δορός. Hic non acquiescimus in Scholiastae explicatione μετήνεγκε τὰς αἰσθήσεις ἐπὶ τὸ ἐνεργέστερον (ἐναργέστερον). Nam ut concedamus poetis quod Longinus dicit XXVI. 2. τὴν ἀκοὴν ὄψιν ποιεῖν, quia ὄψις τρανεστέρα τῆς ἀκοῆς Suid. s. Αἴσθησις, Aeschylumque noluisse κλύω κτύπον dicere vel ut debilius vel fugiendae repetitionis causa, nam paullo ante legitur ὡσὶ χρίμπτεται βοά et non multo post ὄτοβον ἁρμάτων κλύω, tamen haec ratio non tantum valet ut ei asystata loqui permittamus, quod effugere poterat si nomen posuisset utrique sensui aptum δέδορκα κλόνον vel ὄμαδον vel aliud a verbo minus abhorrens. Nec puto illam repugnantiam satis excusari vel affectu [9]) loquentium vel persona, qua ratione Grammatici interdum periclitantia tuentur ut Eustathius p. 1184, 48. θεραπεύεται [10]) ἡ αἰτίασις ἀπὸ τοῦ προσώπου· γυνὴ γὰρ λέγει οὐκ ἔχουσα ἐνευδοκιμεῖν κυριολεκτήμασι et EM.

9) Nulla est affectus significatio in Quint. VII. 562. Ἀθηναίη — ἐδέρκετ᾽ ἀϋτὴν ἀνδρῶν ἀγχεμάχων et Hom. Il. XVI. 127. λεύσσω παρὰ νηυσὶ πυρὸς δηΐοιο ἰωήν id est βρόμον ut Stat. Theb. VI. 202. *jam face subjecta primis in frondibus ignis exclamat,* quod Scholiasta interpretatur *crepitu sonat; omnis enim sonus clamor est.*

10) Tritum hoc est verbum de explanatione eorum quae contra consuetudinem vel constructa vel declinata sunt: τὸ σολοικοειδὲς δι᾽ ἀντιπτώσεως θεραπεύεται Eust. 718, 63. τὸ σολοικοφανὲς διὰ στιγμῆς θεραπεύεται 236, 32. τὸ βάρβαρον θεραπεύεται δι᾽ ἐλλείψεως ὑπαρκτικοῦ ῥήματος 251, 12. θεραπεύεται ἡ γραμματικὴ ἀναλογία (τοῦ βοσκήσω) 1715, 55. ἡ θεραπεία τούτου (ἵππος ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει) Sch.

774, 42. ὁ Σώφρων ὑγιώτερον λέγων ἑκοντὶ ἡμάρτανε τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἑρμηνείας μιμησάμενος, ὃν τρόπον κἀκεῖ (κᾀκεῖνο) ἐσολοίκισε τατωμένα τοῦ κιθῶνος. Verum quo insolentior nobis haec videtur visus et auditus confusio, hoc minus molestiae exhibuit antiquis graecorum poetarum explanatoribus, qui plurimis in locis adnotant verba sentiendi et inter se et cum verbis cognoscendi permutari, idque adeo ad ornatum orationis pertinere ut interdum species pro specie vel pro genere ponatur. Sed quo clarius omnis eorum ratio perspiciatur, repetam paullo altius. Ergo ad Odyss. X. 82. scriptum invenimus nomen *ποιμήν* positum esse *καταχρηστικῶς* aut pro *βουκόλος* hoc est ea figura, quae vocatur *εἶδος ἀντὶ εἴδους*, aut pro *νομεύς ὁμωνύμως τῷ γένει τὸ εἶδος.* [11]) Item ad Il. XXI. 37. admonent poetam nomine *ἐρινεός* quamlibet arborem potius quam caprificum significasse, *ἀπὸ γενικοῦ εἰς εἶδος μεταβέβηκε.* Sch. Hes. Scut. 289. *τοὺς ἀστάχυας εἶπε πέτηλα εἶδος ἀντὶ εἴδους.* Schol. Lyc. 88. *τόργος ὁ γύψ κυρίως, νῦν δὲ τὸν κύκνον λέγει· ἔλαβε δὲ ζῶον ἀντὶ ζώου·* et Gloss. 911. *κεγχρίνη — ἔλαβεν εἶδος ἀντὶ εἴδους.* Similiter Acro ad Horat. Sat. I. 1, 58. *Aufidus — species pro genere,* et ad Od. I. 1, 13. *trabe Cypria — abusive pro quacunque* etc. Hoc schema duriore nomine appellat Auctor de Soloec. p. 199. *σολοικισμὸς περὶ τὰ γενικὰ καὶ εἰδικὰ ὡς παρ' Ὁμήρῳ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε· εἶδος μὲν γὰρ ἄνδρες, γένος δὲ ἄνθρωποι.* Hac igitur ratione verba singulis sensibus attributa docent poni pro eo, quod omnibus commune est; qua in re quantopere lasciviant, operae pretium est cognoscere. Primum ad Il. XI. 532. *ἵπποι πληγῆς ἀΐοντες — ἡ διπλῆ ὅτι τῷ εἴδει τὸ γένος δεδήλωκε· θέλει δὲ εἰπεῖν ἐπαισθόμενοι· ἡ γὰρ ἀκοὴ εἶδός ἐστι τῆς αἰσθήσεως.* Sed Eustathius non inscite infert

---

Il. XV. 268. *καταχρηστικῶς πρῶνα εἶπεν, ἐθεράπευσε δὲ εἰπὼν ἅλιον* Sch. Pers. 132. *sunt quae per synaloephen aut systolen aut ectasin sanari necesse est* Charis. I. 5. p. 7. Alibi hac de re *διορθοῦσθαι* dicitur.

11) Schol. Lysistr. 329. *πατάγου χυτρείου ἀντὶ τοῦ κεραμέου, ἐκ μέρους τὸ πᾶν· οὐ γὰρ χύτραις βάπτουσι,* quod idem *εἶδος ἀντὶ γένους* dici potest.

equos ipso sonitu flagelli ad currendum excitari verbere nullo Aptius vero huc retulissent Od. XVIII. 11. *οὐκ ἀΐεις ὅτι δή μοι ἐπιλλίζουσιν ἅπαντες*, ubi aut *ὁρᾷς* dicendum erat aut commune *αἰσθάνῃ*, quod verbum quum Homero incognitum sit, vices ejus sustinet primitivum *ἀΐειν*, unde compositum *ἐπαΐειν* vel in soluto sermone significationem intelligendi habet v. Lennep. ad Phalar. Ep. XXIX. Jacobs. ad Aelian. p. 9. [12]) quo minus in Apollon. II. 109. *τοὺς παρεόντας ἐπήισε* opus erat Scholiastae adnotamento *ἤσθετο*. Sed eodem utuntur in aliis locis qui illa ratione expediri non possunt, ut Arat. 240. *ἰχθύων ἕτερος μᾶλλον βορέαο νέον κατιόντος ἀκούει*, quae sic commentantur *τὸ ἀκούει σημαίνει τὸ αἰσθάνεσθαι· τοῦτο εἶδος ἀντὶ γένους.* [13]) Verum haec est mera prosopopoeia, qua saepius utitur Manetho stellis affectus humanos tribuens v. Dorvill. ad Charit. 664. eamque Germanicus quoque suis verbis expressit. *Piscis — alter audit stridentes auras niveus quas procreat Haemus.* Alius est graeci poetae locus v. 336. ubi de Sirio loquitur *κείνου καὶ κατιόντος ἀκούομεν*, nec deest scholion tralaticium *αἰσθανόμεθα.* Hic primum subvenit, quod poetae latini caniculam, quum maxime fervet, *latrare* dicunt ut Statius Silv. I. 3, 5. *calido latravit Sirius astro*, similiterque Manilius et Claudianus, quorum versus apposuit Gronovius, nec discrepat *ὀπωρινοῖο κυνὸς δριμεῖα ὁμοκλή* Oppian. Hal. I. 152. Sic apparet quomodo Sirius audiri possit. Sed simplicius videtur illa verba ita interpretari: *etiam occidentis vim et efficaciam praedicari audimus.* Non certius hujus abusionis documentum praebet

---

12) *Σμύρνα ὡς ἐξίκετο πρὸς αὐτὸν ἐπάϊστος ἐγένετο προσενεχθέντος ἐξαπίνης τοῦ πυρός* Anton. Lib. c. 34. pro *φανερά.*

13) Sic. Schol. Mosq. pro vulgato *γένος ἀντὶ γένους.* Vossius grammatici sermonis immemor scribi volebat *εἶδος ἀντὶ φέγγους.* Nec satis apte confert Pindari verba *ἐν Τροίᾳ Ἕκτωρ Αἴανιος ἤκουσε*, hoc est *οὐ μόνον παρ' ἄλλων ἤκουσε ἀλλὰ καὶ τῇ πείρᾳ ἔγνω* v. Nitzsch. ad Odyss. VI. 185. Longe diversa est ratio verbi compositi Pind. Ol. III. 42. *ὁ κῆπος ὑπακούει αὐγαῖς ἠλίου — μεταληπτικῶς ἀντὶ τοῦ αἰσθάνεσθαι* Schol. quomodo Latini interdum obedire id est obaudire de rebus inanimatis usurpant; *ἐπαΐουσιν αἱ μῆτραι τῶν ῥευμάτων* Hipp. Mul. I. 647. T. II.

Il. IV. 343. *πρώτω γὰρ καὶ δαιτὸς ἀκουάζεσθον ἐμεῖο* — Schol. *τροπικῶς ἀντὶ τοῦ ἐπαισθάνεσθε, ἐπεὶ ἡ ἀκοὴ εἶδός ἐστιν αἰσθήσεως*, sed sententia haec est: *vos primi ad coenam invitamini et invitationem accipitis*, id quod Athenaeus dixit *τῷ δείπνῳ ὑπακούειν*, et sic etiam Aristarchus statuit sed adhibita ellipsi *ἀκούετέ μου περὶ δαιτός*. Plus dubitationis habet Od. VI. 185. *ἀνὴρ ἠδὲ γυνὴ ὁμοφρονέοντε* (*παρέχουσιν*) *ἄλγεα δυσμενέεσσι, χάρματα δ' εὐμενέτῃσι, μάλιστα δὲ ἔκλυον αὐτοί*. Hic enim apprime convenit illud *αἰσθάνονται καὶ ἀπολαύουσι*, quod et Nitzschius probavit. Sed non necesse est ad hypallagen confugere. Nam conjuges non solum tacita mutui amoris conscientia laetantur sed etiam se invicem felices praedicant et ab aliis praedicari audiunt, *χαίροντες κλύουσι* vel *χαίρουσι κλύοντες*. Haec igitur sunt exempla, quibus Grammatici efficere conantur *εἶδος ἀντὶ γένους* poni, aliud alio infirmius. Jam videamus de altera hujus figurae specie. Igitur in Arat. 405. *θυτηρίου ὀλίγον μὲν ἐπὶ χρόνον ὑψόθ' ἑόντος πεύσεαι*, non *εἴσῃ*, quod proximum erat, vel *γνώσῃ* significari, sicut idem poeta stellas inobservabiles *ἀπευθέας* dixit v. 648. sed sensum pro sensu sumtum dicunt *ἀντὶ τοῦ θεάσῃ*, quod confirmare videtur Avieni interpretatio: *Aram satis arcto tempore suspicies mundo rutilante referri*, sed necessarium non est; nam *audies* dici potuit *ἐκ τοῦ παρεπομένου*, quia arae exortum sequuntur e vestigio gravissimae procellae sic ut auribus percipi possit. Et *πεπύθοιο καθυπνέας* Nic. Al. 433. minus quidem proprie dictum quam *ὄψει* vel *ἴδοις ἄν*, nec tamen improprium est.[14]) Hinc transgrediar ad verba videndi. Ad Eur. Hec. 175. quum pro *ἄϋε ὡς εἰδῇς* olim scriptum esset *ὡς ἴδῃς*, hoc acceperunt *ἀντὶ τοῦ ἀκούσῃς, αἴσθησις ἀντ' αἰσθήσεως ὃ καὶ μετάληψις λέγεται*. At apertum est sic non sensum pro sensu summutatum esse sed adspectum pro intellectu, quod facile fieri posse concedimus et probatur Theocriti exemplo III. 12. *θᾶσαι μὰν θυμαλγὲς ἐμὶν ἄχος*, ubi apposite Scholiographus:

14) *Πιφαύσκεο* Alex. 410. Schol. pro *ἄκουε* positum putat sed est proprie dictum *lass dir sagen;* alibi aliis verbis utitur *πεύθεο* 700. *φράζεο* 438. *εἴρεο* 359. *τεκμαίρου* 396.]

ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὁρατῶν ἐπὶ τὰ νοούμενα, ὡς παρ' Ὁμήρῳ ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλόν. Et vicissim rem oculis subjectam ad animi intellectum transtulit Oppianus Hal. I. 709. ἤδη τις κατ' ὄρεσφιν ἐριβρύχην ἐνόησε θηρητὴρ τεκέεσσιν ὑπερβεβαῶτα λέοντα. Hic nihil aliud adnotandum erat nisi νοεῖν more homerico positum esse pro ἰδεῖν. Sed ille ad armillum redit: ἀντὶ τοῦ εἶδεν, αἴσθησις ἀντ' αἰσθήσεως, quod nomen huc prorsus non convenit. Et in ejusdem poetae loco I. 236. quo echeneidis cursum navium inhibentis miraculum depingitur ναῦται τρομέουσιν ἀείδελα δεσμὰ θαλάσσης δερκόμενοι, non αἴσθησις ἀντ' αἰσθήσεως, ut in Schol. dicitur, posita est sed verbum ex circumstantia ductum *cernunt navem coeco remorae vinculo repente consistentem*; ut in Orph. Arg. 1154. ἐπιφρίσσοντα γὰρ ἤδη ἀκραῆ Ζέφυρον καταδέρκομαι hoc est video undas vento insurgente crispari, et Propert. I. 17, 6. *adspice quam saevas increpat aura minas*. Exemplorum quae Grammatici pro hac causa afferunt, ultimum suppeditavit Nicander Ther. 164. serpentem somnolentum excitari dicens ὅταν ἢ δοῦπον νέον ἠέ τιν' αὐδὴν ἀθρήσῃ, de quo sic loquuntur αἴσθησις ἀντὶ αἰσθήσεως ὡς ἐπὶ τοῦ ὁρᾷς οἷα λέγεις. Nec video quo pacto hoc expugnari possit nisi mutata scriptura αὐδήν in αὐγήν, quod Eutecnium hoc loco legisse apparet ex paraphrasi ὅταν θεάσηται φῶς. Hoc autem recepto res ad zeugma redit ut ὄψει φῶς κάλλιστον καὶ κρότον χειρῶν Arist. Rann. 157. et similiter juncta (v. ad Aj. p. 430.) quae designat Aristoteles Rhet. III. 5. p. 1407. b. 20. σολοικίζειν ποιεῖ τὸ μὴ ἀποδιδόναι, ἐὰν μὴ ἐπιζευγνύῃς ἀμφοῖν ὃ ἁρμόττει, οἷον ἢ ψόφον ἢ χρῶμα ἰδών, τὸ μὲν ἰδὼν οὐ κοινὸν, τὸ δ' αἰσθόμενος κοινόν. Sed quod Scholiographus ille subjicit ὁρᾷς οἷα λέγεις, non aliter enuntiatum est quam Soph. Aj. 785. ὅρα ὁποῖ' ἔπη θροεῖ, *ecce quae ille ait* Plaut. Most. II. 2, 64. (484.) in quibus nemo ne tantillum quidem haeret quia non de sono vocis agitur sed de sententia verborum, quam νόος ὁρᾷ καὶ νόος ἀκούει, ut Epicharmus loquitur.

§. 3. Expensis Grammaticorum testimoniis deinceps videndum est num forte in praeteritis plus roboris insit quam in allatis. Hic primum occurrit Pindarus Fragm. CL. 639.

σαρκῶν τ' ἐνοπὰν ἠδ' ὀστέων στεναγμὸν βαρὺν εἶδον, cujus loci scriptura non prorsus explorata est. Sed si ita scripsit, verbum ab adspectu traxit tanquam a primaria actionis parte: vidi quum Hercules carnes bovis et ossa stridentia frendens gluttiensque contereret. In plurimos locos convenit quod Donatus dicit ad Eunuch. III. 2, 1. *omnes sensus visa dicuntur ab eo qui est certissimus.* Itaque fit ut res, quae tactu cognitae sunt, cerni dicantur, ἐὰν προσαγάγῃς τῷ στέρνῳ τὴν χεῖρα, τὸ πήδημα τῆς καρδίας ὄψει Aristaen. II. Ep. XI. 150. similiterque Hippocrates de Nat. Mul. 534. T. II. ἢν ἅψῃ, ὄψει, Muliebr. II. 836. T. II. ἢν ἐπαφήσῃ τῷ δακτύλῳ, ὄψει σκληρόν, qui alibi verbo minus discordi usus est, ἢν ἅψῃ τῷ δακτύλῳ, εὑρήσεις κεχηνὸς τὸ στόμα de Nat. Mul. p. 542.[15]) Et quae auribus percipiuntur: ἰδὲ μάλα μέγας κτύπος ἐρείπεται Oed. Col. 1463. *loca vidi reddere voces* Lucret. IV. 581. *mugire videbis terram et descendere montibus ornos* Virg. Aen. IV. 491. quanquam hic etiam zeugma intercedit. Nec tamen omnia verba videndi eodem jure sunt, acrioremque abusionis sensum praebet θεᾶσθαι ad odorem translatum a Theocrito I. 149. θᾶσαι ὡς καλὸν ὄζει, et ad auditum vel intellectum XI. 41. θᾶσαι τὰ τοῦ θείου Λιτυέρσου, sed tamen defendi potest similitudine imperativorum ἴδε et ὅρα, quibus etiam coeci compellantur Oed. C. 1685. 1694. qua ratione caret illud e Nicandro allatum ἀθρῆσαι αὐδήν. Nec raro poetae verbum dirigunt ad antecedentia et adjuncta ut Orpheus Lith. 699. de serpentibus loquens qui odore lapidis cujusdam suffiti alliciuntur ὀδμῇ τὴν ἄρα κεῖνοι ἀνερχομένην ἐσορῶντες — ῥώονται ἐφερπύζοντες ἀϋτμήν, cum voce ὀδμή comprehendit notionem fumi, solumque hoc mirabile est quomodo serpentes fumo alicubi conspecto scire possint odorem sibi suavem exoriturum esse. Simile est Aristoph. Avv. 1710. ὀσμὴ δ' ἀνωνόμαστος ἐς βάθος κύκλου[16]) χωρεῖ καλὸν θέαμα, quod ad schema πρὸς τὸ συνώνυμον referri

15) *Specillum* vocatur instrumentum quo chirurgi explorant quae conspicere non possunt, graece Κάτοπτρον ἡ μηλωτρίς Erotian. 234.

16) Schol. εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ. Sic Eur. Med. 1294. ἐς βάθος αἰθέρος.

potest. Breviloquentiae condonatur Aesch. Agam. 987. (961.) *πεύθομαι ἀπ' ὀμμάτων*, nam qui ita loquitur, animum ad illud tempus refert, quo auditis fidem derogaverat, *nunc jam non auditu solum sed ipso adspectu cognosco.* Diversorum sensuum vocabula latenter copulavit Sophocles Phil. 485. ubi chorus Neoptolemum admonet ne Philoctetam somno captum vociferando excitet *βαιάν μοι πέμπε λόγων φάμαν ὡς πάντων ἐν νόσῳ εὐδρακὴς ὕπνος ἄϋπνος λεύσσειν*, quae si ad brevem summam redigere coneris, resultabunt quasi collisa *εὐδρακὴς τῶν φωνηθέντων*, sed obscuratur repugnantia intervallo. Alium ejusdem poetae locum Trach. 693. *ἄφραστον δέρκομαι φάτιν* interpretes sic expediunt ut *φάτις* pro synonymo quodam, *ἔπος*, *μῦθος*, *λόγος*, positum sumant. At haec quoque a verbo *δέρκομαι* discordant. Convenienter vero dictum est *δέδορκα φάσμα* El. 1458. nec dubito quin poetae licuerit ad eundem intellectum transferre nomen *φάτις* praeeunte etymo *φάω*, quod duas significationes complectitur *τοῦ φάναι καὶ τοῦ φῆναι.* Atque huc pleraque illa inconsequentiae exempla redeunt ut aut verbum aut nomen ab eo, quod vulgo significat, traducatur ad illud, quod significare potest vel ex proprietate etymi vel *ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος.* Neque alia ratio magis convenit Aeschyleo isti, unde hic sermo defluxit; nam *κτύπον* et *πάταγον* nemo videt sed mulierculae illae vident vel sibi videre videntur *τοὺς κτυποῦντας.* A nostra tamen consuetudine alienum est rerum, quas natura discrevit, consociare vocabula, nuperque risum movit praedicator aulae germanicus, qui quum in ephemeride narrasset principem serenissimum typhlocomio nescio cui summulam pecuniae donasse, jactanter addidit nunc coecos illos gratis animis muneris auctorem *suspicere.* Et poetarum nostrorum germanissimus Uhlandius id quod olim in carmine quodam scripserat *der blinde Koenig sieht sich um*, postea huc mutavit *kehrt sich um.* Haud dubie talia multa scribuntur impune, sed si semel animadversa fuerint, nota haeret. Quare opera danda est non solum ut censurae occurratur sed etiam ut calumniae, quae quam facile obrepat ostendit Bentleji criminatio, qui adversus Horatium I. 14. *nonne vides ut nudum remigio latus antennaeque gemant*, sic insurgit: „placetne illud vides *ut*

„*gemant*, oculisne percipi poterit gemitus? crediderim gemitum „auribus potius sentiri.“ Et illud tamen zeugmate lenitur, vixque advertit lectores durioribus assuetos. Veteres enim non omnia ad hanc curam et diligentiam scripsere sed ingenio freti nonnulla abjecerunt negligentius tanquam *μέλπηθρα* Criticorum. Jam, ut res consummetur, hoc amplius adjiciam verba, quae rebus attributa sunt sensus moventibus interdum ab altero sensu ad alterum transire, non omnia sed praecipue *φαίνειν* et *λάμπειν*, ut *φαίνειν γήρυμα* Agam. 202. Eum. 539. *προὐφάνη κτύπος* Philoct. 202. *γῆρυς λάμπει* Oed. T. 137. *canorum illud in voce splendescit etiam in senectute* Cic. de Senect. IX. 28. *populo romano vox et auctoritas consulis in tantis tenebris illuxit* Agr. I. 8, 24. sed hoc lenius quia interjectum est *auctoritas*; et metaphora excusatur ejusdem locus de Orat. II. 44. *ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do;* illud vero homericum Od. IV. 360. *οὖροι πνείοντες φαίνοντο* eodem referri potest quo Propertianum prius allatum *adspice quam saevas* etc. Verbi *πρέπειν* quum etymon ignotum sit, non possumus judicare num, si *πρέπει βοή* dicitur Pind. Nem. III. 18. et *ἀτμὸς ἐκ τάφου πρέπει* Agam. 1284. species cum specie commutata an hoc verbum natura sua omnibus sensibus aequaliter aptum sit sic ut *αἰσθάνεσθαι*, quod interdum a generali significatione traducitur ad definitam, *αἰσθάνεσθαι βοῆς* vel *ὀσμῆς*, *sentire sonitum* Plaut. Curc. I. 2, 69. Hinc emergit illa *μεταφορὰ ἀπὸ γένους ἐπὶ εἶδος* ut Aristoteles vocat Poet. c. XXI. a Grammaticis praetermissa nec magnopere animadversione digna.

§. 4. Verbis sensuum adjungenda sunt adjectiva, quibus res sensibiles significantur; nam et haec interdum inter se permutari hypomnematistae affirmant. Schol. XIV. 172. *ἐλαίῳ ἑδανῷ — τῷ εὐώδει· οἱ δὲ ἡδεῖ γυναικὸς θυείσαντι αἰσθήσεως*, ubi in syllaba *γυικ* vel *γενικῶς* latet vel *γλυκεῖ*, in proximis *αἴσθησις*, sententia autem aperta est, alios *ἑδανῷ* accepisse pro *ἡδεῖ*, alios pro *ἐδανῷ*, sensum pro sensu sumtum ratos hoc est oleum saporum dici sed intelligi odorum. Vulgo quidem *ἐδανόν* edule significat, neque sermo graecus

habet adjectivum quod *sapidum* exprimat (nam ἡδύς latius patet) ac ne verbum quidem rebus gustum habentibus aptum praeter specialia πικράζειν, γλυκάζειν, ἁλμυρίζειν etc. sed apud Romanos constat *sapere* et *sapor*, quod cognatum est cum *sucus* ὀπός,[17]) idem valere quod *olere* et *odor*, quia utrumque nascitur e rebus succulentis vel liquefactis et diffluentibus, eademque fere est narium et palatus affectio.[18]) Quare non praecise negem ἐδανόν transferri posse ad olfactum, sed probabilius videtur ἐδανόν aspiratum ab ἡδύς derivatum. Olfactus et visus confusionem notavit Sch. Aesch. Prom. 115. ὀσμὴ ἀφεγγής — αἴσθητον ἡ ὀσμὴ οὐχ ὁρατή, quo declarat speciem pro genere appellatam esse. Schuetzius vero accipit de odore, *qui ab aliquo, quem nondum oculis conspicere possent, veniret.* Verum is qui non conspicitur, non ἀφεγγής dicitur sed ἀφανής. Mea sententia significatur *odor sine flamma*, ὀσμὴ ἄπυρος καὶ ἄνευ θυμάτων ἐπιγενομένη ἢ οὐκ ἐπιβώμιος. De Virgil. Aen. XII. 591. *odor ater* Servius *nove*, inquit, *nam in odore quis est color? sed hoc dicit odor atrae rei id est fumi*, quod verum est; nam epitheta, ut supra dixi, interdum non ad id conveniunt, quod dictum est, sed ad vicinum quiddam et cohaerens, cujus notio cum illo tacite gliscit. Quod in Geopp. X. 1, 1. aer odoribus colorari dicitur ὁ ἀὴρ συναναχρωζόμενος ταῖς ἀπὸ τῶν φυτῶν ἀναφοραῖς haud mirum videbitur reputantibus verbum χρώζειν haud secus atque conjugatum χρωτίζειν non tingendi solum sed etiam tangendi significationem ab origine nominis χρώς insitam habere; χρώζει προσάπτει ψηλαφᾷ Hesych. Epitheti a re adspectabili ad auditum translati exemplum est οὖλον κεκλήγοντες Il. XVII. 436. si veteres id recte interpretantur συνεστραμμένον, πυκνόν, quomodo Germani nostri

17) Hinc ductum est ὀπώρα et ὀπωρίζειν, quo Hesychius interpretatur συφακίζειν. Huic autem praecedit Σύφαξ γλεῦκος id est mustum sive sapa a suavitate dicta. Labialis hujus familiae fluitat: σοφός sibus, persibus, nesapus, insubidus, sagus (*sage, saggio, sabio* hispanicum).

18) Sic etiam proavi nostri *schmecken* dicebant pro *riechen* et flores in olfactorium collectos (Blumenstrauss) *eine Schmecke.*

clamorem confusum vocant *ein verworrenes Geschrei.*[19]) Aliud offert Schol. Il. III. 152. *ὄπα λειριόεσσαν — ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ἐπὶ τὰ ἀκουόμενα*, sed veri simile est lilia ipsa nomen accepisse *ἀπὸ τοῦ λείρου* hoc est a gracilitate et teneritudine foliorum.[20]) Neque enim vox suavis *ῥοδόεσσα*, rosea vel *ἰοειδής* vocatur sed modo *φωνὴ θαλερά, ἀνθηρά* Sch. Plut. 589. *sonus viridis*, quorum alia est ratio. Nihil tamen certius constat quam rerum splendidarum epitheta de voce usurpari, nec solum jure poetico ut *ὄψ φαεννά* Pind. P. IV. 504. sed adeo in sermone vulgari *φωνὴ λαμπρά, vox clara, candida*, quibus congruit verbum *λάμπειν* supra memoratum, et contrarium *φωνὴ ἀλαμπής* Paul. Aeg. I. 65, p. 18. quam metaphoram tangit Sextus c. Mus. 40, 365. *φαιάν τινα καὶ μέλαιναν καὶ λευκὴν φωνὴν ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν ὅρασιν αἰσθητῶν κεκλήκαμεν.* Per contrarium *luna silens* dicitur *ἡ ἀφανής, ἡ ἄσημος*, sicut in auspiciis *silentium τὴν οὐκ ἐπισημασίαν* significare videtur. Denique non ignotum habemus in aliis quoque linguis vocabula lucis, coloris et soni inter se commutari v. Grimm. Gramm. T. II. 86. Verum illa de *λειριόεσσα* dubitatio pertinet ad alia non pauca, quorum origo evanuit. Quis enim decernat quid magis proprie dictum sit *μέθυ λαρόν* an *ὀδμὴ λαρός* an quod Hesiodus dixit *λαροὶ πόδες* hoc est *οἱ κατ᾽ ὄψιν ἡδεῖς* Schol. Apoll. I. 456. cf. Hecker. ad Anthol. p. 41. Quippe latet etymon nominis; quod si a *λῶ*, ut Scholiastae placet, derivatum est, nullius sensus proprium dici potest sed generale ut *ἡδύς*, quod latius patet quam *γλυκύς*, nam *πόδες γλυκεῖς* nemo dixerit. *Μῶρος* si cum *ἀμαυρός* et *ἀμυδρός* cognationem habet, proprie obscurum significat, sed idem ad gustum refertur: *μῶρον καλοῦσι καὶ τὸ ἀμβλὺ βρῶμα* Photius a Meinekio correctus Fragm.

---

19) Homerus *αὖον ἀϋτεῖν* et *καρφαλέον ἄϋσεν* usurpavit, non quod in sonis sentiatur siccitas sed epitheton a corporibus siccis mutuatus, quae collisa inter se fragorem edunt; Lucretius sonum aridum et fragilem nominat.

20) Schol. Lucian. Lexiph. §. 9. *λεῖρον — κόσμον γυναικεῖον, καὶ Ὅμηρος λειριόεσσαν φησί.* Aliter Suidas *Λειριόεντα ἁπαλὰ παρὰ τὴν λειότητα.*

T. IV. 658. *ἀμυδρός* ad vocem ut *ἀμυδρὸν βοᾶν* Aelian. V. H. I. 15. cf. Diss. IV. 75. *ἀμβλύ* autem et latinum *hebes* in omnibus sensibus inest. Adjectivo *ξουθός* Hesychius tot tamque varias interpretationes subjicit ut de originatione desperandum sit: *ἁπαλόν, ἐλαφρόν, ὑγρόν, ξανθόν, πυκνόν, ὀξύ· τινὲς δὲ ποικίλον, εὐειδές, διαυγές.* Et horum interpretamentorum nonnulla apta sunt cicadae epitheto *τέττιξ ξουθὰ λαλῶν* Anth. IX. 373. sed quia cicadae ipsae vulgo *ξουθαί* vocantur, subit illa cogitatio epitheton a subjecto translatum esse [21]) ut *λευκὴ γλουτῶν εὐαφίη* Anth. V. 35. atque alia quae ad Aj. p. 73. apposui. Eademque licentia Chaeremon Athen. XIII. 608. (Bartsch. de Chaerem. p. 30.) *κόμαι κηρόχρωτες — ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμεναι*, cum auris communicat comarum fluitantium gyros rutilantes, quod nos diceremus paullo verecundius: *die goldnen Locken spielten mit der Luft in blondem Wallen.* [22]) Nec abhorret H. in Isid. v. 60. *μελανθὲϊ ῥοίζῳ σπερχόμενος βαρὺ πόντος — μυκᾶται.* Nomen *ravus* quum et de colore dicatur ut gravastellus, *γραῖος*, et de sono naturali, quem exprimunt raucus, ravis, *βράγχος*, in dubio relinquitur utrum *vox rava* a similitudine coloris dicta sit ut *φωνὴ φαία* an proprie sicut rauca. Quin etiam *clarus* si cum calare, *κλεῖν, κλύειν* comparatur, soni potius quam coloris proprium videbitur. Et Theocr. X. 33. *φωνὴ τρύχνη* incertum utrum sit adjectivum stridulam significans a verbo *τρύζω*, an herbae strychni nomen a sapore traductum ad vocem ut saepissime vox suavis *μελιτόεσσα* vocatur sive *μελιειδής* Nonn. IV. 140. et in prosa *μελιχρά*, latine *mellea. Πικρός* quum communis consuetudo sapori atque odori proprie assignaverit, abusionis speciem praebet quod Epiphanius dixit *σμάραγδος πικρὸς τῷ εἴδει καὶ σφόδρα χλωρίζων*, sed ea tollitur si cum *pungere* cognatum est v. Prolegg. 113. simileque adjectivo *ὀξύς acutus*, quod pariter

21) Oppian. Hal. IV. 123. *ὄρνις λίγα κλάζει ξουθὸν μέλος* fortasse de luscinia dictum est, quae saepius *ξουθὴ* dicitur; sed si Hesychium sequimur, intelligi potest *μέλος αἰόλον*, nam hoc et *ποικίλον* crebrum cantus epitheton.

22) *Tenui vagus innatat unda crinis* Valer. Fl. III. 525.

tribuitur rebus oculos pungentibus, *πορφύρα* vel *φοινικὶς ὀξεῖα*, hoc est *ὀξυφεγγής*, sed differt ea re quod etymon evidens et in medio positum habet. Neque hoc solum usus licentia a vero abstraxit sed alia multa, partim notabiliter, partim sic ut vix sensus discrepantiae moveatur. *Λόγος εὐπρόσωπος* neminem unquam offendit; at in Aristot. Polit. II. 8. p. 1268, b. 24. *περὶ τοῦ — οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς τὸ νομοθετεῖν, ἀλλ' εὐόφθαλμον ἀκοῦσαι*, Schneiderus reprehendit ut inconcinne junctum. Lucretii verba I. 645. verba *lepido fucata sonore* non immodestius juncta sunt quam Plinii XXXVII. 24. *coloris in se redeuntis concentus*, sed hoc minus sentitur quia verbum *concinere* graecumque *συμφωνεῖν* et his respondens germanicum a significatione primitiva jam dudum descivit. Verum ab his abeo ut pauca addam de adjectivis, quae sensus alicujus vitium indicant. Omnium longissime patet *κωφός*, namque non solum sic vocatur qui sonos non clare accipit sed etiam qui non claros sonos edit et pariter res quae sonum gravem acutoque contrarium mittunt (*dumpfe Toene*), deinde odores surdi coloresque a Romanis contra ponuntur argutis, similiterque Hippocrates hebetationem oculorum dixit *κώφωσιν τῶν ὀφθαλμῶν*. Postremo Homerus *κωφὸν βέλος εἶπε κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν ἀκοὴν ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν ἁφήν* Schol. Il. IV. 390. significans *ἅλιον*. Verum quae nativa vel naturae ordine prior fuerit significatio, cognosci non potest nisi invento etymo, quod adhuc ancipiti quaeritur conjectura. Coraes quidem ad Heliod. p. 152. *κωφός* nihil diversum putat a *κοῦφος*. Valckenarius vero Animadv. ad Ammon. p. 133. a *κόπτω* repetit quod magis consentaneum est veterum opinioni qui *κολόκυμα* interpretati sunt *κωφὸν κῦμα*. Quod si probamus, *κωφός* idem valet quod *κόλος*, *κολοβός* hebes, obtusus, naturaque sua omnibus sensibus convenit. Angustioribus finibus continetur *τυφλός*. Nam quod Hesychius scribit *Τυφλός τίθεται καὶ ἀντὶ τοῦ κωφός*, non me permovet ut homines, qui audiendi facultate carent, *τυφλούς* vocatos credam. Sed si haec nomina a propria significatione transferuntur ad res, discrimen saepe tollitur. Sic pro homerico *πορφύρει πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ*. Sisenna substituit *Subito mare perhorrescere caecos-*

que fluctus in se provolvere coepit, [23]) cui loco Jacobsius Comment. ad Anth. Gr. T. IX. 340. et Adnot. ad Anth. Pal. p. 314. minus apte componit quod Virgilius dixit *caecis erramus in undis,* [24]) nam hic epitheton a nautis traduxit ad undas, [25]) sicut Euripides τυφλὸς πούς, τυφλὴ χείρ ab homine ad membrum; quibus exemplis Elmslejus ad Med. 1152. non commode defendit ἄναυδον ὄμμα moribundi cujusdam; non enim oculi hominis tacentis significantur sed qui ipsi extincto vigore tacent hoc est nullum animi vitaeque indicium faciunt, quales et nos dicimus inanimos atque mutos. Ex contrario vero κωτίλον ὄμμα Anth. *oculi loquaces* Tibull. v. Schrader. Animm. ad Mus. p. 207. Et non solum oculi arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur sed totus vultus, gestus, habitus corporis; unde crebrum illud σῖγα λέγειν *tacendo dicere* et alia oxymora v. Jacobs. ad Anth. Vol. II. P. III. 82. Nec modo loqui dicuntur oculi sed etiam ligurire ut λίχνον ὄμμα, de quo idem Vol. I. 58. Haec igitur metaphora est a simili. At τυφλὸς πούς non est similis τυφλῷ sed pes hominis luminibus capti. Eodemque modo Virg. Aen. IV. 364. *Aenean Dido pererrat luminibus tacitis* hoc est ipsa tacita intuetur oculis minime tacitis sed animi motus prodentibus; et ἀνάκτων αὐτόματοι κήρυκες ἀναυδέες εἰσιν ὀπωπαί Nonn. III. 225. σιγαλέοι σεο πένθος ἀπαγγέλλουσιν ὀπωπαί XVIII. 361. Ceterum quid τυφλός proprie significet non inepte conjectare videtur Schol. ad Aristot. Categ. p. 85. b. 40. ubi allata quadam Herodiani sententia addit καὶ ἡ τύφλωσις παρὰ τὸ τύφειν καὶ τυφλός οἱονεὶ τυφός ὁ ἐπικεκαυμένας τὰς ὄψεις ἔχων· κενεαὶ γὰρ, φησὶν ὁ ποιητής, ὑποσμύχονται ὀπωπαὶ ὡς καὶ ὁ πηρός παρὰ τὸ πήθω

---

23) Eadem vocabula etiam alibi commutari possunt; Theophrastus τυφλὰ βλαστήματα vocat quae ad maturitatem non perveniunt, sed Moschio Stob. Ecl. I. 8. p. 242. ἀκύμων κωφά τ' ἐκφύουσα γῆ.

24) Sic et *caecus clamor* dicitur agrestium qui feram non visam vociferando abigere student Valer. Fl. II. 461.

25) Apud Nonnum est camelus amputato capite τυφλοῖσι πόδεσσι περισκαίρουσα XIV. 371.

πήσω.[26]) Illa sunt Apollonii verba II. 445. quo loco Schol. ὑποσμίχονται interpretatur ὑποτύφονται, ὑποκέκαυνται id est exaruerunt. Πηρός, quod ille addit, non minus vagum et infinitum est quam σιπαλός sive σιφλός, quod qui proprie caecum significare affirmarunt, sequuti sunt etymologiam futilem ὁ σεσινωμένος τοὺς ἵλλους Orion. 150, 14. ubi Herodianus nominatur auctor. Ἀλαός usu magis quam ratione quadam perspicua in una notione caeci defixum est; namque etymon parum claret. Ad significandum mutum Graecis vox simplex non suppetit praeter glossematica ἐλλός, μυττός et μυνδός, nam ἐνεός dicitur ὁ ἐκ γενετῆς ἅμα τε κωφὸς καὶ ἀδιάρθρωτον φθεγγόμενος Galen. T. XVIII. P. II. 750. et nonnunquam stupidus. Hujus vocabuli origo jam pridem evanuit; illa non a verbo μύω derivata videntur, quod pariter de oculis labiisque dicitur, sed a sono, quod *muti*, ut Varro ait, *non amplius quam mu dicunt.*

§. 5. Verum non solum vocabula diversis sensibus assignata interdum copulantur violentius sed aliorum quoque reperiuntur concursus disjuncti atque hiantes, quod Rhetorici partim elegantiae partim necessitati datum esse decernunt. Etenim acyrologiae duas ponunt species, metaphoram, quae ad ornatum spectat, et abusionem, quae non habentibus nomen accommodat ex proximo sumtum vel ut Trypho dicit de Trop. c. II. 731. T. VIII. et Gregor. c. III. 766. λέξιν μετενηνεγμένην ἀπὸ τοῦ πρώτου κατονομασθέντος κυρίως καὶ ἐτύμως ἐφ' ἕτερον ἀκατονόμαστον, πυξὶς χαλκῆ, ἀνδριὰς γυναικός, νέκταρ ἐφνοχόει, cui Schol. Phoenn. 28. aequiparat compositum ἱπποβούκολος, Eustathius vero p. 159, 38. p. 1205, 50. ἵπποι βουκολέοντο et herodoteum τοῖς σκέλεσι ἐχειρονόμησε hoc est pedum gesticulatione chironomiae quandam similitudinem effecit. Hoc modo dicere nemo unquam noluit neque potuit quin ita diceret. Perinde tritum est pantomimos *manibus loqui*, histriones ineptos τῇ χειρὶ σολοικίζειν, agricolas *sarculis arare.* Sed reliquorum alia ratio est.

26) Πωρός ὁ τυφλός, Πεπώρωται τετύφλωται Suid. πωρός ὅθεν τὸ ταλαίπωρος παρὰ τὸν πήσω μέλλοντα πηρός καὶ πωρός τροπῇ ὡς ἀρήγω ἀρωγός EM. cf. θημών θωμός, βλῆμα βλωμός bolus.

Quaerentibus cur Homerus *νέκταρ ἐφνοχόει* et *ἵπποι βουκολέοντο* dixerit, nihil responderi poterit nisi quod ipse olim a sciolo quodam ex inferis excitatus, ut de quibusdam insolite dictis rationem redderet, respondisse dicitur breviter et regaliter *ὅτι οὕτως ἔδοξεν αὐτῷ*. Nam aeque aptum erat *νέκταρ ἐνέχευε* et *ἵπποι βόσκοντο* vel *νέμοντο*, quibus alibi usus est; *τὸ γὰρ νέμεσθαι καὶ τὸ βουκολεῖσθαι καὶ τὸ βόσκεσθαι ταὐτόν τι σημαίνει* Eust. ad Dion. 185. Sed fortasse jam tum in sermone quotidiano audiebantur, quae apud posteriores saepe legimus, *βουκόλοι ἵππων*, *βουκολεῖσθαι ἵππους* v. Jacobs. ad Aelian. p. 437. seu quia *βοῦς* pro etymo suo *πᾶν βόσκημα* significare potest sicut *πρόβατον πᾶν τετράποδον* Schol. Il. XIV. 124. v. Dietz. ad Hippocr. de Morb. Sacr. p. 137. seu quia placuit pastores quoslibet appellare bubulcos *ἀπὸ τοῦ ἐπιφανεστάτου ζώου* Schol. Androm. 281. Item *ἀνδριάς* dicitur non solum mulieris simulacrum sed etiam *τῶν ἄλλων ζώων* Anecd. Bekk. 395. etsi praesto erat *εἰκών* dicere v. Siebelis. ad Paus. I. 8, 5. et nonnunquam *ἄγαλμα*, ex quo patet nullam causam fuisse cur ad significandas mulierum et animalium imagines fictas nomine abuterentur alieno. Sed quum semel increbuisset *ἀνδριάς*, facilis fuit a potiore speciem ad inferiorem translatio *καθ' ὑπεροχήν*, ut Grammatici loquuntur, vel *κατ' ἐπικράτειαν*. Quintilianus quoque VIII. 6, 35. *πυξὶς χαλκῆ* inter exempla catachresis non necessariae refert. De quo non quaeram numne certum sit vocem per diversas linguas divulgatam [27]) a buxo derivatam esse, sed dubito num necessitatis causa assumta sit; nam pyxides medicorum et pigmentariorum vel uno nomine appellari possunt *ἀγγεῖδια* vel pluribus specialibus *κυλιχνίδες πυξίδες ἰατρικαί* Hes. *μυροθῆκαι*, *ἀλάβαστροι* et a simili materia *onyx* id est vasculum unguentarium. Ejusdem generis est *ἀλιεύς*, quod Apollonius Synt. III. 23, 247. huic adjungit: *τροπικώτερον μετῆλθεν εἰς κοινὴν ἐπίτασιν* [28]) *ὡς*

27) *Μπούσουλα* hodie vocatur pyxis sive capsula, praecipue nautica *la boussola* id est buxula.

28) *Τὰ δέ εἴων ἐπιδιατετακότα οἷον ζωγράφος ὁ καὶ τὰ φυτὰ γράφων* Anecd. Bekk. 1164. Procl. in Crat. p. 45. ed. Boiss.

τὸ ἁλιεύς, κἂν ποτάμιος ᾖ, καὶ ἡ πύξις, κἂν διαφόρου ὕλης τύχῃ. Namque nominum quibus piscatores significantur tanta abundat copia ut Graeci nunquam coacti sint improprio uti: ἀσπαλιεύς, γριπεύς, δικτυεύς, δελεαστρεύς, ἐπακτήρ, θαλασσεύς, ἰχθυοθήρας, καλαμευτής et καλαμοθήρας ὁ καλάμῳ θηρῶν Procl. in Crat. p. 44. ed. Boiss. κυρτεύς, λαρινευτής, ὁρμιευτής, πορκεύς, σαγηνεύς, ὑδροθήρας, quorum compluribus uti poterant quum de piscatione fluviatili loquerentur. Sed quia omnibus usitatius erat ἁλιεύς, non veriti sunt εἶδος ἀντ᾽ εἴδους ponere. Viam huic licentiae aperuit Homerus. Plutarchus de V. Hom. XVIII. 499. κατάχρησις, ᾗ ἀπὸ τοῦ κυρίως δηλουμένου μεταφέρει τὴν χρῆσιν ἐφ᾽ ἕτερον οὐκ ἔχον ὄνομα κύριον, ἐστι παρὰ τὸ ποιητῇ σειρὴ χρυσείη, σειρὰ γὰρ κυρίως ἐπὶ τοῦ σχοινίου τάσσεται, καὶ αἰγείην κυνέην etc. Illud non satis evidens exemplum est, nam σειρά per se consertum quiddam indicat subtracta materia et omnino illa aurea catena, qua deorum summus terram et maria suspendit, non scrupulosius disputanda est. Sed αἰγείη κυνέη, χαλκείη κυνέη et ταυρείη κ. Schol. Od. XXIV. 231. merito καταχρηστικῶς dicta esse judicat auctore Aristarcho, qui postremo Il. X. 257. diplen apposuit. Poterat poeta κόρυς substituere vel κράνος, nisi hoc recentioris est memoriae, sed vix illud quinquies iterasset nisi femininum adjectivi κύνεος a significatione propria, quae in ceteris generibus remansit, jam diuturno usu fuisset abstractum, quem Herodotus quoque sequens κυνέην χρυσέην usurpavit. In his igitur, quae Grammatici proferunt, nullum est quod inopiae causa ἐπὶ τὸ ἀκατονόμαστον translatum esse appareat. Sed tegulae plumbeae, quibus opulentiorum domus conteguntur, non aliter nominari poterant quam κεραμίδες μολύβδιναι, et nos illas aureas et argenteas soleas, quas Nero et Poppaea jumentis suis induebant, si germanice appellare volumus, cogimur dicere *goldne Hufeisen*. Nec Cicero evitare potuit quin clepsydram vocaret *solarium ex aqua,* [29]) quod non minus repugnat quam illud ab Epicharmo fictum τρίπους τετράπους

29) *Si res suum nullum habet nomen, docendi causa, non ludendi, sumtum videtur* Cic. Orat. c. XXIV. Pro *vindemia mellis*

Athen. II. 49. C.[30]) sed defenditur necessitate ut *ὁ ἐπὶ τοῦ ἐλέφαντος ἱππεύς* v. Jacobs. ad Anth. p. 700.

§. 6. Quomodo clepsydrae recens Romam translatae antiquo nomine *solaria* appellatae sunt, sic et aliis rebus specie mutata mansit vetus appellatio. Et ad hoc genus referri possunt *τὰ καθ' ἱστορίαν λεγόμενα οἷον ὀβολός καὶ δραχμή* Schol. Dion. p. 1164. *δέλτοι ἁπλῶς οἱ βίβλοι λέγονται ἀπὸ παλαιᾶς χρήσεως* Eust. ad Dion. p. 132. *χάλκεα συνήθως τὰ ὅπλα καὶ τὰ ἐκ σιδήρου ἀπὸ τῆς παλαιᾶς χρήσεως* Apollon. Lex.[31]) Eodem loco sunt *ἑκατόμβη*, *βίβλος* (*βύβλος*) liber (*λόπος*) tetrarcha, centurio, tribus, quae diversam ab etymo significationem habent. Schol. Pind. Ol. VII. 116. *μῆλα*, inquit, *καταχρηστικῶς πάντα τὰ ἄλογα, τουτέστιν ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν*, sed catachresin tollit Photius *Μῆλα πάντα τὰ τετράποδα*[32]) *ὅθεν καὶ πᾶν δέρμα μηλωτή*, quod solum in usu communi retentum est primitivo obsoleto.[33]) Itaque sicubi *αἰγείη μηλωτή* legeremus, nihil morae afferret. Et homericum *μάρψε ποσί* permulti, opinor, Graecorum legerunt inoffensi, donec Aristarchus scrupulum injecit *ὅτι τὸ μάρψαι ἐπὶ ποδῶν ἔταξε* Schol. Il. XXII. 201. id enim proprie significare *τὸ χερσὶ συλλαβεῖν· μάρη γὰρ ἡ χείρ* Sch. XV. 137. Sed hoc nomen num Homerus cognitum habuerit, perdubium est; ineruditis certe poetae lectoribus ignotum fuit v. Parall. p. 74. Multo autem plus reprehensionis habet conjunctio vocabulorum, quae usus vulgaris insignite discrevit. Qualia sunt

---

Columella dicere poterat *mellatio*, sed nominis origo non ita manifesta est ut omnibus statim occurrat.

30) *Τρίπουν τράπεζαν* in rerum natura inveniri negat Aristophanes l. c. non serio sed jocans; nec Cratinus nefas duxit *τραπέζας τρισκελεῖς* usurpare Vol. II. 117. etymo obliterato.

31) *Χαλκεύς πᾶς τεχνίτης καὶ ὁ ἀργυροκόπος καὶ ὁ χρυσοχόος* Hes. *χαλκεύς καλεῖται καὶ ὁ τὸν σίδηρον ἐργαζόμενος* Schol. Il. XIX. 283. cui posteriores proprium nomen substituerunt *σιδηρεύς*.

32) Schol. Lysistr. 189. *μηλοσφαγούσας ἀντὶ τοῦ ταυροσφαγούσας· εἰ μὴ ἄρα μῆλα πάντα τὰ τετράποδα.*

33) *Τὸ μῆλον ἀσύνηθες ὡς πρὸς τὴν σημασίαν τοῦ προβάτου, οὐ μὴν τὸ ἀπ' αὐτοῦ παράγωγον, λέγω τὸ μηλωτή* Apoll. Synt. II. 31, 191.

vocabula sensuum diversorum et diversarum corporis partium ut *κύων δεδραγμένος ὀδμῇς* Oppian. Cyn. I. 511. quod multo durius est quam si quis *δράττεσθαι ἐλπίδος, καιροῦ, σοφίας* dicitur, quia nomine olfactus e vestigio propriae verbi significationis memoria excitatur. Sic qui *πίστις* et *ἡδονὴ πρόχειρος* sine ulla haesitatione legerit, paullum resistet ad illud Lucian. Asin. §. 25. *τὴν κεφαλὴν ἔξω τοῦ ὄνου πρόχειρον ἕξει, caput ejus e pelle asini prominebit.* Sic et *ἀελλόποδες νεφέλαι* Tryphiod. 189. multo lenius videtur quam *ποδῶκες ὅμμα* Aesch. Sept. 625.[34]) Nec miraculo exemtum *ὑπίλλειν στόμα* Soph. Ant. 506. etsi synonymon *σαίνειν* saepissime dicitur de hominibus; namque hujus celebratissimi verbi vis propria delitescit; illud quum legimus, statim subit proprium *ὑπίλλειν οὐράν.* Minus offendit *κεκαφηότι ταρσῷ* Agath. Anth. IX. 653. *κεκαφηότα γυῖα* Oppian. Hal. III. 115. quia verbum priscum et significatio minus manifesta; sed anhelantem alam vel pedem dicere pro fesso nemo sustineat. Quod Cicero in Fragm. p. 471. T. IV. P. II. ed. Orell. de philosophis quibusdam dixit *quaerunt quem incomtis manibus discerpant,* speciem quandam inconcinnae juncturae affert, sed prorsus intolerabile foret si quis convivam *incomtis manibus et illotis crinibus* ad coenam venisse diceret. At *sermo incomtus et illotus* extra culpam est.[35]) Nos quidem, qui vocabulorum significationes grammaticis rationibus examinare solemus, in his rebus fortasse acutius cernimus quam plerique veterum, quibus usus pro magistro fuit. Itaque non illicitum habuerunt pulvinos, quibus remiges insident, nominare *ποτίκρανα* id est *προσκεφάλαια* Phot. et eadem *ὑπαγκώνια* Id. s. *Ὑπερήσιον*, harpagonem autem, quo cadi e puteis extrahuntur, *κρεάγραν* Arist. Eccl. 994. limam vel uncum ferreum *ἰχθύαν.* Sed nonnunquam factum est ut diu

34) In Anth. Plan. 283. mimae cujusdam praedicantur *ὄμματα καὶ ταρσὰ ποδήνεμα*, quod Pauwio et Toupio intolerabile visum est, sed excusatur zeugmate.

35) Haec et cetera, quae antea attuli, non attigit Handius in libro perutili *Lehrbuch des lateinischen Stils* §. 51. p. 281. sq. ed. II. ubi de metaphorae usu disputat.

tolerata repente in reprehensionem incurrerent. Sic Aristophanes Ach. 551. intertrigines manuum, quae *παρατρίμματα* et *τύλοι* vocari solent, non dubitavit *ὑπώπια* dicere primitivo *ὤπες* jam pridem in oblivionem adducto v. ad Phryn. 461. Sed Athenaeus narrat III. 97. F. quum aliquis pede offenso se *ὑπώπιον* habere dixisset pro *πρόςκομμα*, non mediocrem risum consequutum esse, quippe quia *τοὔνομα δηλοῖ ὅτι ὑπὸ τοὺς ὤπας γέγονε* Galen. de Comp. sec. Locc. V. 1, 804. T. XII. His accedit illud acyrologiae genus quod ex mixtura imaginum existit. Dura est, si nostrum sensum consulimus, duplicata metaphora Eur. Med. 188. *Μήδεια ἀποτανροῦται δέργμα λεαίνης*, quia non ex quo coepit genere, hoc desinit; quod et veteres dicendi magistri fieri vetant et nostri. Horatianum *male tornatos incudi reddere versus* notum est quanta vi Bentlejus exterminare conatus sit; alii negligentiae incustoditi sermonis assignant. Haud modestius est quod in eadem Euripidis fabula legitur *νέφος οἰμωγῆς ἀνάπτειν*, sed tamen quia et nomen illud [36]) et verbum a proprio intellectu frequenter transfertur, minus offensionis habet quam illa tauri et leaenae in unam imaginem conclusio. Verum ut hanc similitudinis inobservantiam, cujus multi et non contemnendi auctores argui possunt, certis definiam regionibus, nunc a me postulari non puto. Neque desiderabit quisquam enarrationem vocabulorum copulatorum, quorum pars altera alteri repugnat, quo ex genere sunt theologorum portenta *ἀνθρωπόθεος* (*θεὸς βροτός* Maneth. I. 280.) et *μητροπάρθενος*, triangulo quadrato, quod in scholis dialecticorum proponitur, haud dissimilia. Verum etiam natura ipsa saepe contraria contrariis miscet *γλυκύπικρα* (dulcis amarities Catull. LXXVII. 19.) *μεγαλόμικρα, ὑψηλοτάπεινα* v. Parall. 368. *μωρόσοφα* et *ὀξύμωρα*, quae artificii loco celebrantur. Ebeno apte tribuitur *nigror splendidus* et sanguis recens effusus vocatur *νασμὸς μελανανγής* Eurip. lumenque, quod ex Horae hiemalis facie renidet, *κελαινεφέος σέλας αἴγλης* Nonn. XI. 489. noctis umbra sublustris *ὄρφνη μελανανγής* Orph. *Δνόφος νυκτιλαμπής*, quod Schneidewinus ad

36) *Νέφος γόων* dixit P. Silent. Anth. VII. 604.

ad Simon. p. 72. verissime adversus Schaeferum defendit, non prorsus idem valere puto atque *ἀλαμπής*, sed ex luce et tenebris mistum, ut nos dicimus *dunckelhell* et *Helldunckel*, similiterque Angli et Francogalli. *Μελαμφαὲς ἔρεβος* Euripidis et *μελαμφαεῖς μυχοί* Carcini v. Jacobs. Lectt. Stobens. p. 5.[37]) comparari possunt cum caligine visibili, quam Miltonus Orco tribuit — *darkness visible servd only to discover sights of woe*, et cum luce invisibili sive latente, quae a physicis nostris tractatur. *Μέλαινα αἴγλη*, de quo dixi in Diss. de Antiphr. p. 310. dupliciter intelligi potest, vel lumen tenebris circumfusum vel languidum et emorienti simile ut *λαμπτῆρες ἐκτυφλωθέντες σκότῳ* Aesch. sed *lux atra* Senec. Hipp. 1217. metonymia est pro vita lugubris. Haec fere sunt quae de partibus enuntiationis insolentius junctis deque repugnantia notionum quae est quaeque esse videtur dicenda haberem. Cujus generis nomen cuncta complectens si quis desideret, mutuandum erit a theologis, qui quum a se impetrare non possent ut scriptores sacros sibi contraria dixisse concederent, *ἐναντιοφανείας* commenti sunt.

---

37) Ad hoc exemplum in H. in Is. v. 43. pro *μελάμφαρον τε βερέθρων φυλακήν* scribendum videtur *μελαμφαέων*. *Ψεφαυγὴς σκοτεινός* Hes. *φόβοι νυχαυγεῖς* in Orph. H. nihil aliud quam *νύχιοι* significare potest.

Addenda et corrigenda.

P. 4. *lin.* 19. Adde *Συνδέσαι συγκοιμηθῆναι* Hes. scrib. *συναέσαι.* — l. ult. *ἄαται* Ranckius ad Hes. Scut. 101. futurum esse defendit sed quomodo ex *ἄσεται* fieri possit *ἄαται*, non demonstrat.

P. 5. *not.* 5. adde *Κλεῖ συγκοπὴ ἀντὶ τοῦ κλείδα* EM. 518, 5. id est *ἀποκοπή* et sic ille compluribus locis quos Sylburgius indicat in Ind.

P. 7. *l.* 18. pro *δαίτης* scrib. *δαίω Δαίτης.*

P. 11. *l.* 3. *βώλακα ναιομένην* id est *νάουσαν* Nic. Al. 515. praestat scripturae codicis Goett. *νειομένην*, quam Schol. dupliciter interpretatur *πατουμένην* a verbo *νέομαι* et *ἠροτριωμένην* a *νεᾶν* novare agrum; ergo pro *νεωμένη* putavit *νειομένη* positum esse adhibita metathesi quantitatis. *Νειὸς γῆ ἠρομένη* Sch. Od. V. 127.

P. 13. *l.* 2. *ἐνάζειν* (*ἐννάζ.*) et *ἐναύειν* (*ἐνν.*) Suidas et Hes. interpretantur *ἱκετεύειν πρὸς τοῖς ναοῖς.*

P. 15. *l.* 3. Hesychius *Ἔκεια ἐσκέδασα* post *Ἐκέχειρον.*

P. 16. *l.* 11. addi poterat *σπέω* nisi in Nicandri loco plerique codd. *ἐπισποῖ* praeberent, ex quo ad Buttm. p. 175. *πότιμον ἐπισπᾷ* scribi posse suspicatus sum ut homericum *πότιμον ἐπίσπῃ* Hesychius interpretatur *ἐπισπάσηται.* Anth. IX. 215. *μοῖραν ἐπεσπάσατο.*

P. 17. *l.* 1. pro *epsilon* scrib. *ypsilon.*

P. 17. *not.* *κατεδήου ἐνεπύριζε κατέφθειρε* Cram. II. 485, 1.

P. 18. *l.* 1. Aristarcheam scripturam *ξύνιεν* revocavit Bekkerus; *ἴει* pro *ἴησι* Apollon. IV. 634.

P. 22. *l.* 22. Posteriores *ἀμέλγειν* pro *βλίττειν* dixisse apparet ex Hesychii glossis *Ἔτεμεν ἤμελγεν*, *Τέμνοντα ἀμέλγοντα* ut Latini dicunt alvos apum castrare, demetere favos id est *ἐξαιρεῖν τὸ μέλι.* Hinc *ὑριατόμος ὁ τὰ κηρία τῶν μελισσῶν ἐκτέμνων* Hes.

P. 26. *not.* 42. Hesychius *Ἐμασάμην εὗρον* et *Ἐμήσατο εὗρεν ἐζήτησε*, sed hic ordo literarum *ἐμώσατο* poscit.

P. 27. *l.* 8. pro *mulcendo* scrib. *et mulcendo.*

P. 33. *l.* 1. *κατατρύσαιο* Nic. Al. 606. Schol. *τρίβοις.* Ib. *l.* 16. pro *καμπτῆ* scr. *καμπῆ.*

P. 40. *l.* 26. indidem translatum *ἐκ λέχεων κείρειν μελιηδέα ποίαν* Pind. P. IX. 64.

P. 44. *l.* 7. ante ultim. pro *σκωλίνεται* scr. *σκωλύνεται.*

P. 48. *l.* 4. *νίπτεσθαι* Hippocr. Muliebr. II. 678. T. II. sed idem saepius *νίζεσθαι* p. 738. 742. 748.

P. 50. *l.* 3. pro *φύγω* scrib. *φώγω.*

P. 56. *not.* 12. *l.* 1. pro *στύφα* scr. *στυφά.*

P. 61. *l.* 24. adde *φράζονται* pro *λέγουσι* Nic. Ther. 491.

P. 66. *l.* 26. *λέχος παρὰ τὸ λέχω τὸ κοιμῶμαι* Etym. Gud. 367, 35.

P. 66. *l.* 30. v. Ranck. ad Hes. Scut. v. 160.

P. 67. *l.* 22. pro *φίξ* scr. *ψίξ*.

P. 71. *l.* 4. post *τείχος* adde *paro*.

P. 75. *l.* 3. proprie dixit Apollonius IV. 510. *σμερδαλέαις ἀστεροπῆσι* id est *ἀμαυρούσαις τὰς ὄψεις. Τὸ γὰρ λαμπρὸν φάος μαραυγίαν περιτίθησι τοῖς ὀφθαλμοῖς* Archyt. Stob. Serm. I. 8. p. 47, 19.

P. 76. *not.* echii plantae capitulum Nicander Ther. 642. *σφεδανόν* vocat, quod Schol. *σφιγκτόν* explicat id est pressum, adstrictum.

P. 78. *l.* 10. pro *εἰς τὸ* $\overline{\varepsilon}$ scr. *εἰς τὸ* $\overline{\zeta}$.

P. 81. *l. ult.* pro *φυγή* scr. *φυγῇ*.

P. 86. *l.* 18. post *κνυζῶ* tolle punctum.

P. 94. *l.* 15. pro *ut κρῖ a κριθή* scrib. ut *κριθή* a *κρῖ*.

P. 101. *l.* 6. ante *ποταμόν* omissum est *afferunt*.

P. 107. *l.* 29. Apollonius III. 322. de naufragis, qui tabula arrepta enatant, *ὑπὸ δούρασι πεπτηῶτες*.

P. 117. *not.* 16. post *εὐλαί* adde *αἰόλαι* et pro XX. 7. scr. XX. 27. — *not.* 18. confer Apollon. III. 281. ubi Cupido Medeam jaculaturus sub Jasonem subrepit *ὑπ' Αἰσονίδῃ βαιὸς ἑλυσθείς* et H. H. in Merc. 239. ubi Mercurius parvulus, ut Apollinem fallat, *ἀλέεινε ἑ αὐτὸν ἐς δ' ὀλίγον συνέλασσε*, pro quo dici poterat *συνείλησε*.

P. 122. *l.* 9. pro factitivam scr. activam.

P. 123. *l.* 12. In Arcadii l. c. *σεσημείωται τὸ νυω περισπώμενον* scribendum est *βυνῶ*. Lin. 27. ex Etym. Gud. 499, 88. addendum est *χαίνω*.

P. 129. *l.* 13. pro *ἐκλέμεναι* scr. *ἑλκέμεναι*.

P. 134. *l.* 14. pro *ἔργῳ* scr. *ἔγρω*.

P. 136. *l.* 7. pro *subjecta* scr. *subjectae*.

P. 137. *l.* 3. ante ultim. post *Callimachi* adde *locum*.

P. 148. *l.* 5. adde Schol. Il. V. 798. *ζητεῖται πότερον ἴσχων ἢ ἰσχῶν· εὕρηται γὰρ ἴσχηκα*, quo praesens perispomenon minime probatur.

P. 155. *not.* 6. Hesychii locum *Ἑλκανῶσα ἑλκομένη* (sic enim editum est) Blomfieldius ad Choeph. 830. aliter corrigit *ἑλκανοῦσα ἑλκουμένη*.

P. 156. *l.* 12. pro *μάσασθαι* scr. *μασᾶσθαι*.

P. 159. *l.* 20. Hic quod dixi de derivatis primitiva praecedentibus confirmat Schol. A. ad Il. XVI. 548. *κατὰ κρῆθεν Ἀρίσταρχος· Οὐκ ἐπίσταται μὲν ὁ ποιητὴς τὸ θηλυκὸν καρή, ἀλλ' οὐδὲν θαυμαστόν· καὶ γὰρ ἄλλας παραλόγους (παραγώγους) φωνὰς ἐπίσταται ἀγνοῶν τὰς πρωτοθέτους αὐτῶν λέξεις.* Ad *l.* 2. adde *Πηδάλια οἱ κύβερνοι* Etym. Gud.

P. 162. *l.* 3. Suidas *Ἀνατυπῶσαι ἀνατρέψαι Ἀντίμαχος* (p. 94. ed. Stoll.) Sed *ἀνατυποῦν* heroico metro repugnat. Quare reponendum est quod Bernardus suasit *ἀνακυπῶσαι* v. Schneider. ad Ther. 705. *Ἱμεροῦσθαι* Hippocrates de mulieribus concubitum appetentibus et cupiditatem explentibus.

P. 164. *l.* 8. de Antimachi versu varias doctorum conjecturas collegit Stollius p. 59.

P. 168. *l.* 18. pro ἐρᾷ scr. ὁρᾷ. *Lin.* 23. memoriae exciderat dualis ἀμώμω Aesch. Pers. 181. pro quo tamen nonnulli dativum ἀμώμῳ scribunt.

P. 175. *l.* 27. pro κεδόωνται scr. ὀκεδόωνται.

P. 178. *l.* 4. post *circumflexi* adde *primae conjugationis* (ἀρταμέω).

P. 181. *not.* 7. *l.* 3. pro ἐριοτόεις scr. ἐρωτώεις. *Lin.* 18. δενδρώεις, δινώεις, ὑλώεις in dubitationem vocavi ad Aj. 1218. nec satis explorata θυώεις et πετρώεις quippe semel lecta.

P. 184. *l.* 22. οὖρον ἀπηθῆσαι πλαδύων λαεργέϊ μάκτρῃ Nic. Ther. 708. Schneiderus perperam edidit pro πλαδάον, quod in codd. Par. et Goett. legitur; eodem redit scriptura Edd. vett. πλαδάοντ'.

P. 185. *l.* 22. post *omnem* omissum est *copiam.*

P. 187. *l.* 10. χολόων Nic. Th. 140. pro χολούμενος positum participium est verbi χολάω. In Adnot. ult. pro ναιτάω scr. ναιετάω.

P. 189. *l.* 9. ἠγορόωντο Herodotum Dindorfius de dial. Herod. p. XXX. ab Homero sumsisse, κομόωντες ap. Arrian. librarios intulisse censet.

P. 198. *l.* 5. ante ult. post ματηρεύειν dele punctum.

P. 200. *l.* 25. δινεύσας in omnibus codd. Apollon. III. 310. quod Lehrsius Quaest. 321. adnot. a δινήσας significatione differre censet.

P. 201. *not.* 6. *l.* 3. pro οἱ scr. ὅς. Si Empedocles ἁλερὸν ἁλερῷ δ' ἐπεχεῖτο scripsit, Macrobio reddendum est θερμῷ δ' ἐπεχεύατο θερμῷ.

P. 202. *l.* 4. ante ult. adde γειτονεύειν.

P. 210. *l.* 2. pro *dicitur* scr. *dicimus.* Phrynichum Schneiderus ad Plat. Civ. T. I. 111. aut errasse putat aut ἀποτινύναι scripsisse; κτεινύναι adversatur regulae cujus mentio facta est in Parall. p. 37. adnot. apposita Hermanni sententia. Ab ἄνω ἀνύω ἄνυμαι differt τίνω τίνυμαι, quod huic adest primitivum τίω, deest vero paragogum τινύω. Ἐλινύω sive ἐλινύω ad Buttm. 68. not. 1. non recte composui cum ζωννύω. — Paulo inferius l. 14. post αἱρέω delendum est comma.

P. 213. *l.* 11. μνωομένη Quintus V. 362. fortasse non ex μνωμένη produxit sed ab integro μνώομαι, cujus certum documentum est μνώεται Nonn. Par. XVI. 76. Imperativo μνώεο post Apollonium idem usus Dion. XLVII. 544. optativo μνώοιο Maximus 74. In H. H. in Ap. 209. ὑμνήσω ὀππόσ' ἀνώμενος ἔκιες Ἀτλαντίδα κούρην nescio an μωόμενος scribendum sit.

P. 215. *l.* 20. pro *primae* scr. *secundae.*

P. 216. *l.* 7. συνεφίαζεν εἶα, ἐκάλει, ὠνόμασται καὶ συνεφώρμα Hes. scribendum puto συνεπεύαζεν εὖα ἐκάλει vel συνεπείαζεν εἶα ἐκάλει ut alio loco Εἰάζων εἶα ἐπικελεύων.

P. 219. *l.* 27. pro *masculinis* scr. *masculino.*

P. 224. *l.* 6. ante ult. pro *addit* scr. *addidit.*

P. 225. *l.* 3. ante ult. scribe πλοΐζω pro πλωΐζω.

P. 227. *l.* 13. pro *praesente* scr. *praesenti.*

P. 228. *l.* 27. sic etiam Ἀταρβίζεται ἀταρβὴς φαίνεται Hes. sed ἀνδρίζεσθαι Ἀριστοφάνης εἶπε (τὸ) ἀνδροῦσθαι Poll. II. 20.

P. 230. *l.* 26. adde νεᾶν νεάζειν et νεοῦν agrum novare.

P. 234. de verbis in ανω exeuntibus obscurior est Arcadii praeceptio p. 161. ἡ διὰ τοῦ ανω παραγωγὴ τῶν βαρυτόνων οὐκ ἔχει κα-

τάρχον τὸ ῑ ἐκτεταμένον διὰ τὸ ἴσχω, ἢ τὴν ει διφθογγον διὰ τὸ δείκω τὸ δεικνύω καὶ δικάνω (cod. *δεικάνω*), quae sic explananda videntur: *οὐκ ἔχει τὸ ῑ ἐκτεταμένον· τὸ γὰρ ἰσχάνω συνεσταλμένον ἔχει κατὰ τὸ πρωτότυπον ἴσχω*, hoc enim brevem habere ancipitem et Grammatici tradunt Drac. 53, 4. et ostendit paroxytonesis imperativi *ἴσχε*, eodemque accentu nunc notatur imperativus *ἴζε* Il. XXIV. 553. Od. XXIV. 393. ante Wolfium vero *ἶζε* scribebatur, quod sequitur Draco p. 49, 6. *τοῦ ἵζω ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτός ἐστι φύσει μακρὸν τὸ ῑ* sed rejicitur a gravioribus v. Prolegg. p. 406. et non convenit paragogo *ἰζάνω*· nam de hoc idem valere necesse est quod de *ἴσχω ἰσχάνω*, idque fortasse addi debet Arcadii praecepto. Quod sequitur *ἢ τὴν ει διὰ τὸ δείκω — δικάνω* scribendum videtur *δεικανῶ*, quod ille significat regulae non repugnare quia non barytonum est sed perispomenon.

P. 235. *l.* 13. pro *attenuatum* scr. *attenuatam.*

P. 237. *l.* 11. pro *ἀλαλυκταίνω* scr. *ἀλυκταίνω.*

P. 239. *l.* 3. *ἀκαχύνω* injuria addubitat Stollius ad Antimach. p. 102.

P. 243. *l.* 18. pro *θρυλλίχθη* scr. *θρυλίχθη.*

P. 258. *l.* 16. *τρύγειν* cum *φρύγειν* componitur *τρύγη πᾶς καρπός* Hes. cum latino *frux*; *ὁ καρπός ἀπὸ τοῦ κάρφω τὸ ξηραίνω* Eust. 576, 12. alii a *κείρειν* carpere. — In Eupolidis Fragm. I. 426. *μελίαν, συκῆν, ἀλίαν, δρῦν, κιττὸν, ἐρείκην*, pro *ἀλίαν* scribendum est *ἀρίαν* quod est quercus nomen. — Pro *εἶδη* I. 27. Hesychius fortasse *εἰδῶ* scripsit.

P. 259. *not. l.* 2. pro *ἥδη* scr. *ἡδή.*

P. 261. *l. ult.* pro *verbum* scr. *verborum.*

P. 262. *l.* 4. pro *νη* scr. *νῦ.*

P. 266. *not.* 22. Draco p. 61. *κνίδη τὸ κνι συστέλλεται*· sed ex apposito Theocriti versu apparet illum *μηκύνεται* scripsisse. *Κνίδη* in Arcad. l. c. pro *κράδη* irrepsisse apparet ex EM. 465, 55.

P. 268. *l.* 3. ante ult. adde *ἄσκη ἄσκησις, τόλμα τόλμησις, δίκη δίκησις.*

P. 270. *l.* 2. ante ult. pro *sepultarum* scr. *sepulturam.*

P. 274. not. adde *Σύνναιος σύνοικος* Hes. quod mutandum videtur.

P. 279. *l.* 3. adde *ἑλκαίνω ἕλκανον.*

P. 280. *l.* 6. pro *εἴλλω* scr. *εἵλω.*

P. 287. *l.* 11. pro *ὄλφος* scr. *ὄλβος.*

Leviora menda non adnotavi; vocabula aliquot ab operis omissa restituere non potui destitutus Manuscripto. Postremae dissertationis plagulas recensere non potui.

INDICES. *)

*) Dissertationis ultimae paragraphos ex Manuscripto indicare cogor pro paginis, quia haec pars nondum ad me pervenit.

I. Index graecus.

A.

ᾱ insert. p. 43. 44.
ᾰ prosthet. p. 33. 34. 74. 75. 105. 109. 123. 134. 222.
ᾱ et η in verb. commut. p. 108.
ᾰ et υ commut. nomin. p. 303.
ἄα, aqua p. 286. n. 28.
ἄας p. 253.
ἀάω pro ἄω p. 153.
ἄβα, ἄβωρ p. 11.
ἄβρωμα p. 304.
ἄβωρ p. 253.
ἀγείρειν p. συνάγειν p. 138.
ἀγέρεσθαι proparoxyt. p. 132.
ἄγη p. 83.
ἄγημα p. 49. n.
ἀγινέω p. 250.
ἀγκάλαον p. 85.
ἀγκονιᾷν p. 153.
ἄγκος, ἄγοστος, ἀγκών p. 300.
ἀγριώοντα p. 186.
ἀγρίφη κράφα p. 39.
ἀγρυμένη p. 210.
ἄγχαυρος p. 253.
ἄγχουρος p. 276. n.
ἀδευκές p. 60.
ἀδευκής p. 64.
ἀδή p. 259.
ἄδμα p. 71.
ἀδμαίνειν — εύειν p. 237.
ἄδος p. 71.
ἅδος an ἄδος p. 306.
ἀειδελος, ἀϊδνος p. 64.
ἀειρω p. 138.
ἄελλα p. 264.
αέσαι p. 153.
ἀέσκω p. 4.
ἀέω, ἄημι p. 144. 191.
ἀθέλβω p. 115.
Ἀθῆναι Florentia p. 300.
ἀθρέω p. 153.
αἰγιθος p. 115.
ἀΐειν sentire, intelligere. diss. XX. §. 2.
αἴνυμαι, ἀναίνομαι p. 124.
αἰολᾷν p. 124. n.
αἰολᾷν ἀπαιολᾷν p. 170.
αἰόλος εἰλεῖν p. 124.
αἰονᾷν p. 124.
αἰονάω p. 156.
αἴρειν et αἱρεῖν p. 135.
αἰσθάνεσθαι βοῆς, ὀδμῆς diss. XX. §. 2.
αἴσθησις ἀντ' αἰσθήσεως diss. XX. §. 3.
αἰσυμνᾶσθαι p. 158.
αἶσχος et πάσχειν p. 300.
ἀΐω p. 97.
αἶψα p. 283.
αἰώρα p. 125.
Ἀκκώ p. 325. sq.
ἄκοος ἀκούς p. 275.
ἀκή et ἄκος p. 298.
ἀκροάομαι p. 156.
ἀκρώσσω p. 248.
ἄκυθος p. 96.
ἀκύμων sterilis p. 96.
ἀλαπάζειν λαπάζ. p. 222.
ἀλαλκεῖν ἀλέξειν ἀλεῦσαι p. 109.
ἀλαός diss. XX. §. 4.
Ἄλδησκος Ἄρδησκος p. 73.
ἀλέα ἀλυκρός p. 37.
ἀλευρότησις p. 8. 130.

ἀλῆναι p. 117.
ἀλής p. 117.
ἄλθεξις p. 242.
ἀλίαστος p. 77.
ἀλίνδομαι p. 250.
ἀλισγέω p. 123. 250.
ἀλιφή συναλιφή p. 260.
ἀλλοφάσσω p. 105.
ἅλματα rami p. 292. n.
ἀλοΐω p. 206.
ἀλόω p. 163.
ἅλσος p. 292. 300.
ἀλτόν p. 74.
ἀλωόμενος p. 213.
ἀλῶναι ἑλεῖν p. 163.
ἀλώω p. 213.
ἀμαλάττω — ἅπτω p. 250.
ἀμαρύσσω p. 75.
ἀμαρύσσω μαρμαρ. p. 247.
ἀμβλίσκω — ώσκω p. 248.
ἀμβλώσσω ἀμβλυώσσω p. 249.
ἄμε age p. 34.
ἀμειβή improb. p. 258.
ἀμέλγειν mel p. 14. Addend. ad p. 22.
ἀμέλγω ἀμέργω p. 54.
ἀμερεῖν p. 116.
ἀμηχανᾷν p. 170.
ἀμμάξαι ἀμμιάξαι p. 10.
ἀμπάζω p. 12. 78.
ἀμυδρός de voce diss. XX. §. 4.
ἀμφιάζω p. 77.
ἀμφιέζειν p. 223.
ἀμφιπλίξ p. 108.
Ἀμφιρώ p. 327.
ἀνά signif. in contrar. mutat p. 43.
ἀνάγκη p. 266.
ἀναδύειν p. 43.
ἄναλτος p. 74.
ἀναμύειν p. 43.
ἄναξ opifex p. 121.
ἀνάπτειν νέφος diss. XX. §. 6.
ἀνασφάλλειν p. 43.
ἄναυδον ὄμμα diss. XX. §. 4.
ἄναυρος p. 27. n.
ἄνη p. 265.
ἀνδραφάσσω p. 106.
ἀνδριὰς γυναικός diss. XX. §. 5.
ἀνδροκόνος p. 121.
ἄνθεια τὰ p. 303.
ἄνθη p. 270.
ἄνθος ἄωτος p. 300.
ἄνοιτο ἄνυτο p. 120.
ἀντέσθαι paroxyt. p. 98.
ἄντη ἄντην p. 259.
ἀντιάζω p. 77.
ἀντιᾶν ἀντιοῦσθαι p. 172.
Ἀντινώ p. 328.
ἀντιφάρα p. 132.
ἀντιφερίζειν p. 132.
ἄνω αἴνω p. 120.
ἀορτής p. 125.
ἄος οὖς p. 313. 314.
ἄος p. 290.
ἀπαιολή accent. p. 256.
ἀπατέω — άω p. 168.
ἀπαυρᾶν p. 136.
ἄπελος p. 311.
ἀπεσσούα p. 22.
ἀπλακεῖν ἀμπλ. p. 88.
ἀπόερσον p. 138.
ἀποθυκεῖν p. 58.
ἀποσφαλμῆσαι p. 152.
ἀπότροπος οἶνος p. 148.
ἄραρος p. 277.
ἄργος τὸ p. 305.
Ἀρέθουσα p. 73.
ἀρέσθαι aorist. p. 132.
ἀρήγειν, ἀλαλκεῖν, ἀρκεῖν p. 52.
ἀρήρυγμαι p. 244.
ἀρόης p. 183.
ἀρνύω p. 204.
ἄρος p. 53.
ἄρος ἀρήγω p. 233.
ἀρόσσω ἀρώσω p. 162.
ἀρόωσι p. 187.
ἅρπη ὄρπη p. 259.
ἁρπῶ ἁρπάμενος p. 259.
ἄῤῥατος p. 105.
ἀρύω ἀφύω p. 244.

ἀρύω ἐρύω p. 206.
ἄσαι satiare p. 74.
ἄσαντο p. 154.
ἀσταίνειν p. 237.
ἀστεμφής p. 33.
ἀστράγαλος p. 54.
ἀστραπή p. 41.
ἀσυρής ἀσάρωτος p. 136. 138.
Ἀταρπώ Ἄτροπος p. 322.
ἀτασθάλλω p. 234.
ἀτάω p. 231.
ἄτη iambic. p. 11.
ἄτραπος ἄταρπος p. 38.
ἄτραπος οἶνος p. 148.
ἀτρεκής p. 285.
ἄττεσθαι p. 78.
αυαυ non contin. p. 283.
αὖγος τὸ p. 310. n.
αὖγω p. 109.
αὔειν αὖειν p. 11 sq.
αὐη p. 253.
αὐθέντης p. 121.
αὐλή αὔλησις p. 268.
αὔληρον p. 118. n.
αὐξή accent. p. 267.
αὔξειν mactare p. 104. n.
αὖον ἀϋτεῖν diss. XX. §. 4.
αὐσὸς p. 283.
αὐτόμολοι stolones p. 206.
ἄφαρ p. 283.
ἄφαρος p. 300.
ἀφλοισμὸς ἀφλυσμός p. 24.
ἀφόρδιον p. 47.
ἄφω ἀφή p. 272. n.
ἀφράσσω p. 106.
ἀφράσσω ἀφράζω p. 241.
ἀχνάσδημι p. 189.
ἀχείρεες p. 292.
ἀχραής p. 128.
ἄψορρος p. 134. 327.
ἄω, ἀέω, ἄημι p. 4.

B.

β insert. p. 33.
β et δ commut. p. 116.
β et μ commut. p. 116.
β et φ commut. p. 30.
β, π et φ commut. p. 34.
βάβαλον p. 326.
βάδος p. 287.
βάθος pro ὕψος diss. XX. §. 3.
βαλιός αἰόλος p. 118. n.
βαλλίζω p. 225.
βᾶν p. 5.
βάναυσος p. 283.
βαρυνέω suspect. p. 146.
βαρύς βραδύς p. 300.
βάρος φέρω p. 300.
βασιλώ p. 317. 319.
βατεῖν p. 150.
βάσσος p. 297.
βαυνός p. 11.
Βαυβώ Βαβιά p. 326.
βδόλος p. 74.
βδελυχρός, βδόλος p. 247.
βέβαα, γέγαα improb. p. 129.
βέβλεσθαι p. 116.
βεβρώθοις p. 91.
βέκος p. 299.
βειέλοπες p. 117.
βελάσσω p. 240.
βέλτερον p. 110.
βεῦδος p. 299.
βήλημα p. 118.
Βῖδος p. 305.
βινέω p. 152.
βλάξ p. 76.
βλάσκειν p. 61.
βλαστή acc. p. 269.
βλαστός p. 115.
βλεῖς p. 115.
βλεμεαίνω p. 237.
βλετύς p. 14.
βλίμη, βλιμάζω p. 85.
βλωμός p. 282.
βοάουσα improb. p. 176.

βολβός p. 117.
βολβός vulva p. 287.
βοραίζω p. 82. 222.
βόρβορος βούρκα p. 232.
βορσός p. 283. n.
βοτεῖν p. 152.
βοσκή acc. p. 268.
Βοῦτος Βουτώ p. 322.
βραίκανον βράσκη p. 49.
βρακεῖν, βράξαι p. 48.
βρακάνευν p. 237.
βρεχεῖν p. 152.
βρόχος ἐμβρόχιον p. 300.
βρύω p. 133.
βρύκω p. 119.
βρυόχης p. 280.
βρυκαυλίστου p. 185.
βυθὸν p. 3. n. 5. p. 131.
βυθὸς ὁ et τὸ p. 302.
βύζω p. 86.
βυζός p. 277.
βύκτης p. 100.
βύλλαρος p. 286.
βυλλός p. 101. 286.
βύρρος fullo p. 286. n. 30.
βωμός, βουνός p. 133. n.
βωστρεῖν p. 150. 197.

Γ.

γ insert. p. 34. n.
γ insert. verb. p. 52.
γ et ζ commut. p. 81.
γ et χ in verb. p. 50.
γκ et κκ commut. p. 46.
Γαλακώ p. 323.
γαγγαίνειν p. 237.
γαμψός p. 47.
γανόωσι p. 187.
γάσσα p. 71.
γαυρός p. 134.
γέα p. 129.
γέμουσιν p. 129.
[illegible] p. 146.
γελάει p. 174.
γέλγη p. 51.
γέλις p. 137.
γέλλαι p. 113.
γελλίζειν p. 118. 225.
Γελλώ p. 326.
γελώων p. 184.
γελοίων γελώων p. 215.
γεμέωσι p. 147.
γενειᾷν p. 157.
γένος ἀντὶ εἴδους diss. XX. §. 3.
γέσμα p. 30.
γέρα p. 316.
γέω p. 129.
γήνεσθαι p. 118.
γίγας p. 129.
γλαυκός p. 285.
γλιᾶσθαι p. 79.
γλήνεα p. 294. n.
γνυπεῖν p. 22.
γνύθος γνάθος p. 303.
γνωρίζω narro p. 132.
γνωρίζω p. 226.
γόνυ, κνήμη, κνημός p. 46.
γογγρύζειν p. 231.
Γοργώ p. 318.
γουνοῦμαι p. 160.
γραβά γραῖα p. 269.
γρίπισμα p. 39.
γρομφεύς p. 42.
γύπη acc. p. 267.

Δ.

δ insert. nomin. p. 300.
δ insert. verbal. p. 293.
δ prosthet. p. 109.
δ et β commut. p. 116.
δ et θ commut. p. 96.
δ et λ commut. p. 300.
δαδύσσεσθαι p. 247.
δάη p. 253.
δαιταλώμενος p. 157.
δαλλώ p. 320.

δᾶλος pro ζῆλος p. 28.
δάλα p. 255.
δαμᾷ p. 158.
δάνη p. 264.
δάνος mors p. 124.
δανείζω unicum p. 223.
δατέασθαι p. 199.
δατεῖν p. 28.
δαῦκος δαυχμόν p. 285.
δέατο p. 64. 192.
δέα τὰ p. 312.
δεδάομαι δήω p. 86.
δεδάημαι p. 171.
δεδάεσθαι p. 5.
δέελον p. 28.
δειδία nox p. 254.
δεικανάω p. 155.
Δεῖμος p. 282.
δεῖλαρ p. 110.
δεντή p. 110.
δεξιόωντο p. 187.
δέρκεσθαι κτύπον diss. XX. §. 2.
δέρρις p. 134.
δέρρος p. 291.
δεύω δέφω p. 109.
δεύω διαίνω p. 124.
δέψω δέφω p. 284.
δῆἵω δηιόω p. 161.
δηοῦν δηιᾶν p. 172.
δήλη p. 255.
διάει διάη p. 144.
διαίρεσις παρένθεσις p. 187.
δίασμα p. 78.
διαττᾶν p. 93.
διερός διαίνω p. 124.
διέω p. 190.
δίζω, δίζημαι p. 193.
δίημι p. 144.
διῆσαι p. 90.
δίκελλα p. 116. n.
δίνω δινεύω δινέω p. 145. et Add. ad p. 200.
δίσκος p. 58.
διφέω p. 169.
διχάω improb. p. 176.
διχόωσα p. 187.
διψάων longo ᾱ p. 212.
διψεῦσαι p. 169.
δμ insert. p. 237.
δόκος p. 287
δολφός δελφύς p. 287.
δορυξός p. 327.
δρακέεσσι p. 291.
δράκος p. 291.
δρᾶνος p. 307.
δράξ δρᾷν p. 103.
δρατοί p. 63.
δρατοί oculi p. 284.
δράττεσθαι ὀδμῆς diss. XX. §. 6.
δρέπανον Δράκανον p. 49.
δρίς δρῦς p. 302.
δριάουσα p. 153.
δρίος δρῖον p. 298.
δρῶ δρασκάζω p. 5.
δροός p. 302.
δύα fons p. 22.
Δυναμένη p. 256.
δυνατεῖν p. 151.
δύνω aorist. ἔδυνα p. 256.
δυόωσι p. 186.
δυσβράκανον p. 49.
δώς Δωσώ p. 322.

E.

ε epenthet. p. 147. 188.
ε insert. dativ. plural. p. 291.
ε insert. verbal. p. 294. n.
ε prosthet. p. 97. 206. 255.
ε et ο commut. in derivat. p. 280. n.
ε et ο commut. in nomin. p. 260.
ε et ο commut. in verb. p. 149. 216.
ἐάλη ἑλιχθείς p. 117.
ἐανόν εἰανόν p. 191. n.
ἐάφθη p. 137. n.
ἔάω satio p. 153.
ἐάων p. 253.
ἐγγυᾶν ἐγγυοῦν p. 172.

ἐγείρω ἐγρῶ p. 239.
ἐγκαπής p. 47.
ἔγκιλλος p. 117.
ἐγρηγορόων p. 186.
ἑδανόν ἐδανόν diss. XX. §. 4.
ἑδνάσομαι p. 172.
ε͞ι et ι̅ commut. p. 39.
ε͞ι et ι̅ commut. in verbal. p. 284. n.
ε͞ι insert. verbis p. 92.
ε͞ι in ο̅ et ο͞ι mutant verba p. 279.
εἰαμένη p. 194.
εἶδος ἀντὶ εἴδους et ἀντὶ γένους diss. XX. §. 2.
εἶεν ibat. p. 191.
εἰκότερον p. 221.
εἰκαθέω p. 147.
εἰκώ εἰκών p. 324.
εἶλεα p. 117. n.
εἴλυτο p. 209.
εἴλω ἴλλω p. 111. 117.
εἴλω εἴρω p. 137.
εἰλωτέων p. εἰλώτων p. 198.
εἶξασι p. 284.
εἰπεῖν p. 137.
εἶρη ῥήτρα p. 138.
εἰρμός p. 282.
εἷς καθ' εἷς diss. XX. §. 1.
ἐκδιάστρα p. 78.
ἔκθυμα ἔκφυμα p. 24.
ἐκκαλάξαι p. 85.
ἐκλιχάζειν p. 77.
ἐλάατε p. 184.
ἐλαστρεῖν p. 150. 197.
ἐλαττονέω p. 152.
ἐλιάνθη p. 30.
ἔλλατε p. 137.
ἐλλίζειν p. 118.
ἔλλοψ p. 117.
ἔλλω p. 225.
ἑλμίνς p. 117.
ἔλσαι p. 118. n.
ἑλύω ἑλύσσω p. 245.
ἔμβρυον p. 132. n. 275.
ἐμπάζομαι p. 78.
ἐμπάζεσθαι p. 8.
ἔμπαιος p. 8. 78.
Ἐμπεδώ Πεδώ fons p. 323.
ἐμπιφράναι p. 190.
ἐναύρω p. 253.
ἐνδατύσσεσθαι p. 247.
ἐνδιάειν — αᾷν p. 175.
ἐνδιές p. 22.
ἐνδυκές p. 59.
ἐνεός diss. XX. §. 4.
ἐνεικέμεν p. 59.
ἔνεξις et composit. p. 57.
ἔννεον ἔννη p. 28.
ἔνοσις p. 121. 233.
ἐνριγισκάνω p. 234.
ἐν σχερῷ p. 288.
ἐντελές, ἐντέλεια p. 7.
ἐντρεχής p. 69.
Ἐνυώ p. 325.
ἐξανύω occido p. 121.
ἐξαῦσαι p. 12.
ἐξαφάζω p. 106.
ἐξούλη p. 261.
ἐοικάζω p. 221.
ἑόλητο p. 124.
ἕορται p. 124.
ἑορτή p. 263.
ἐπαϊστός pro φανερός diss. XX. §. 2. not.
ἐπαύρεσθαι accent. p. 132.
ἔπειν ἅπτειν p. 137.
ἔπεσον unicum p. 98.
ἐπέτοσσε p. 100. 101.
ἐπιθυάζειν p. 246.
ἐπίξηνον p. 278.
ἐπιμέλεσθαι rarum p. 112.
ἐπιπροσθεῖν unicum p. 152.
ἐπίσφατος p. 106.
ἐπιτροπεῖν dub. p. 203.
ἔπρωσε p. 91.
ἔπτην p. 107.
ἐπωάζω ἐπώζω p. 82.
ἐπωάζειν p. 229.
ἐπῴζω p. 232.
ἐραστεύειν p. 197.
ἐραστριᾶν p. 155. n.

ἐρατεῖν p. 151.
ἔργον p. 76.
ἔρδω ῥέζδω p. 138.
ἔρεβος ὄρφνη p. 301.
ἐρεβοδιφᾶν p. 170.
ἐρείκη p. 258.
ἐρετμώω p. 214.
ἐρευνᾷν p. 156.
ἐρευνῶ ἐρῶ p. 261.
ἐρέω ἐράω p. 169.
ἐριγνύειν p. 305.
ἐριδδήσασθαι p. 81. 152.
ἔριδμα p. 237.
ἐρίκεα p. 305.
ἔρσαι p. 283. n.
ἕρση p. 73.
ἐρυκανάω p. 155.
ἐρυσίπελας p. 312.
ἔρυτο p. 190.
ἐρχατόωντο p. 185.
ἐρωή p. 255.
ἐρωτᾷν p. 156.
ἐσέφθη improb. p. 35.
ἕσθος p. 293.
ἐσσόημαι p. 171.
ἑστή p. 293.
ἐστιχόωντο p. 186.
ἐστρατόωντο p. 185.
ἑστώ p. 318.
ἐσχατόεις dub. p. 181.
ἐσχατόωντα p. 185.
ευ et υ commut. in verbal. p. 285. n.
εὐδιόω, non ἐνδιόω p. 175.
εὐκέατος p. 15.
εὔκηλος p. 15.
εὐκομόων p. 170.
εὐλή p. 117. 261.
εὔληρα p. 117.
εὔροιζον pro ὄβρυζον p. 82.
ἐφίλατο p. 113.
ἐχυρός ὀχυρός p. 280. n.
ἔχρα ἔχρη p. 165.
ἔψω εὖω p. 109.
ἔω impleo p. 153.

Z.

ζ et σσ commut. p. 89.
ζ et ττ commut. p. 88.
ζάει p. 4.
ζέβυται p. 86.
Ζεὺς ναῖος p. 274. n.
ζήσειας p. 26.
ζμῶσαι p. 27.
ζῦθος ὁ et τὸ p. 302.
ζώοις optat. defect. p. 25.
ζωρός p. 286.

H.

ἠγεῖσθαι pro ἄγειν p. 151.
ἠγερέεσθαι p. 148.
ἠγερέθοντο p. 97.
ἠγηλάζω p. 222.
ηδ non ante conson. p. 29.
ηδος p. 296.
ἤδ' ὅς de femin. diss. XX. §. 1.
ἠθέω p. 93.
ἠθμός p. 92.
ἠλακάτη p. 118.
ἠλακάτη — ατον p. 95. n.
ἠπᾷν p. 158.
ἠπιᾷν p. 185.
ἦτορ aclit. p. 316.
ἠχάνω p. 235.
ἦχος et ἠχώ p. 319.
ἠώς p. 253.

Θ.

ϑ prosthet. p. 37.
ϑ pro δ p. 90.
ϑ et δ commut. p. 96.
ϑ et χ commut. p. 70.
ϑάα pro ϑέα p. 253.
ϑᾶκος p. 285.
ϑαλπωρή τέρψις p. 37 sq.

θαλύσσω — ὑπτιω p. 250.
θάμβος ὁ et τὸ p. 298.
θανή p. 259.
θάρσος p. 292.
θάσσω τάχος p. 302.
θάω p. 5.
Θεανώ p. 327.
θεᾶσθαι pro νοεῖν diss. XX. §. 2.
θέειον p. 188.
θεείω p. 144.
θειοῖο p. 144.
θελκτώ p. 318.
θέλω periphras. futuri p. 116.
θεμῶσαι p. 161.
θεοκλυτεῖν p. 19.
θεραπεύειν excusare diss. XX. §. 2.
θέραψ p. 64.
θερμάστρα p. 121. n.
θέρσω p. 109.
θέσσεσθαι p. 99.
θέσφατος p. 128.
θήγη p. 258.
θηλή p. 115.
θήπη p. 258.
θῆσαι p. 5.
θήσω pro αἰτήσω p. 99.
θίημι p. 191.
θιμβρός p. 136.
θοάζειν p. 23.
θοάζω sedeo p. 216.
θοάσσω, θαάσσω p. 241.
θοηρός θοῦρος p. 23.
θοόω p. 23.
θόω θοίνη p. 108.
θώκος p. 188.
θραίειν p. 9.
θραμβός p. 12.
θρανεύω θρανόω p. 246.
θρᾶνος θρήσασθαι p. 5.
θραυρός p. 12. n.
θρησκός θρησκεία p. 65.
θριμμός p. 86.
θροῦς θρῦλος p. 24.
θρυλίχθη p. 243.
θυῖα p. 255.
θύμενος pro σύμενος p. 23.
θύμος θυμός p. 23.
θῦνος p. 276.
θύνω θυνέω p. 145.
θῦσα p. 282.
θυσανός p. 101.
θῶξαι p. 108.
θώσασθαι p. 108.

I.

ῑ insert. p. 244.
ῐ insert. nominib. p. 181.
ῐ pro ε̄ in verbis consona auctis p. 127.
ῑ pro εῑ in Hesych. p. 67.
ῐ et υ commut. p. 87.
ἰαίνειν sanare p. 157.
ἰάομαι ἰαίνω p. 157.
ἰαχνός p. 125.
ἰάχων — ἰαχῶν p. 148.
ἰγκατάπαον p. 8.
ἰδνώθη p. 161.
ἴδοι oculi p. 278.
ἰδροῦν p. 160.
ἰδρώω p. 213. sq.
ἴεμαι ἵεμαι p. 191.
ἱεροφοιτᾷν p. 171.
ἱέω pro ἵημι p. 144.
ἰηδών p. 125.
ἰήτης p. 191. n.
ἴζω breve ῐ Add. ad p. 234.
ἰϟή p. 125.
ἴκελος ἴσος p. 64.
ἰκταίνεσθαι p. 237.
ἱλέομαι p. 169.
ἱλαώς p. 193.
ἰλυσπάομαι p. 156.
ἰμάω — ήσω p. 241.
ἶμι p. 290.
ἰμπάταον p. 8.
ἰνᾶν ἰνεῖν p. 172.
ἶξον p. 284.

ἰξός, viscus p. 32.
ἰός p. 125.
ἰότης p. 191.
ἱπποβούκολος diss. XX. §. 4.
ἱρήτειρα p. 197.
ἰσοφαρίζειν p. 132.
ἰχνέω p. 201.
ἴσχω breve ῑ Addend. ad p. 234.
ἴχαρ p. 313.
ἴχωρ p. 125.
ἴω pro ἴημι Addend. ad p. 18.

K.

κ prosthet. p. 205.
κ exemt. p. 285.
κ insert. verbalibus p. 292.
κ et π commut. p. 117. 153.
κ et χ commut. p. 63. 70.
κ et χ commut. in verb. p. 58.
καβλέει p. 115.
καθίγνυσθαι p. 207. 209.
καίατα κύαρ p. 315.
καίνυμαι p. 209.
κάκκη imperat. p. 14.
καλιστρεῖν p. 150. 197.
κάλλος unicum p. 291.
Καλυψώ p. 323.
καμψός p. 283.
κανάξαι defect. p. 241.
κάπετις καπίθη capis p. 85.
καπνοπάται p. 31.
κᾶπος p. 307.
κάπος κάφος p. 46.
κάπτω χανδάνω p. 84.
κάπυρος p. 12. n.
κάπυς p. 244.
καρκώ p. 320.
κάρος κάρον p. 298. n.
καταμηλῶσαι p. 26.
κατανδραφάσσειν p. 106.
καταπάλτης p. 116.
κατασφυράσσω p. 240.
κατεμπάζειν p. 78.
κατηπιόωντο p. 185.
κατουλάς p. 261.
καύχη p. 269.
κέαρνον p. 15.
κεδαίω p. 194.
κέδμα p. 15.
κεῖαι p. 14.
κεῖον p. 274.
κεκαδήσω p. 152.
κέκλομαι p. 127. n.
κέκλω p. 111.
κέλαδος, κέλωρ p. 115.
κέλευθος p. 117.
κέλης p. 117.
κέλλω appello p. 116.
κέλυφος p. 44. 294.
κενοῦν discedere p. 84.
κεντάννυμι p. 208.
κέντωρ p. 98.
κέομαι p. 192.
κέραμαι p. 132.
κεραμὶς μολυβδίνη diss. XX. §. 4.
κερκίς p. 63.
κέρνα p. 264.
κέρνος ὁ et τὸ p. 298.
κερτομεῖν σκερβόλλειν p. 114.
κερώεις improb. p. 181. n.
κεστός p. 121.
κέστρα p. 98.
κέστρον p. 121. n.
κέστωρ p. 121.
κέχλαδα p. 28. 77.
κήθειον χείτιον p. 84.
κηκαδεῖν p. 81.
κήλεον p. 294. n.
κημός p. 85.
κῆτος p. 84. 301.
κίατο p. 117. 192.
κίειν κέλλειν p. 117.
κιλλαμαρίζειν p. 232.
κίλλουρος p. 117.
κινεῖν κίειν p. 117.
κίνυγμα p. 244.
κινώ p. 318.

κίω κινέω p. 192.
κλάδεσι p. 293.
τὸ κλάδος p. 293.
κληδών κληηδών p. 188.
κλέθος p. 79.
Κλειτωρ p. 293.
κλείω κλίνω p. 131.
κλεύθωμαι p. 92.
κλεύσομαι p. 92.
κλέω κλύω p. 19.
κλήδεα p. 293.
κλήθρα p. 293.
κλῆτος p. 292.
κλίτος p. 293.
κλωστήρ p. 94.
κναίειν pro φθείρειν p. 124.
κνῆ p. 165.
κνῆ κνέε p. 27.
κνημός p. 282. n.
κνημός γναθμός p. 46.
κνιζός κνίζη p. 277.
κνῖσος p. 297.
κνίφος p. 293.
κνῦ p. 287.
κνύζα p. 258.
κνυζάω p. 86.
κνύος p. 290.
κοιᾶσθαι p. 172.
κοίης p. 156.
Κοκκυμώ p. 325.
καλάζω κολούω p. 206.
κόλλος p. 291.
κολωᾶν p. 164.
Κομμαγενηος p. 188.
κομψός p. 283. n.
κονή p. 121. 260.
κονεῖν p. 153.
κόνις χνοῦς p. 29.
κοντός p. 98. 121.
κορμός p. 282.
κόρνοψ p. 117.
κορυνιόωντα p. 180.
κράγος p. 280.
κρᾶν p. 83.
κράνα p. 128.
κράσσεα p. 130.
κράτος p. 128. 302.
κραυγανᾶν p. 235.
κράω p. 5.
κρεάγρα putei diss. XX. §. 5.
κρέας unicum p. 316. n.
κρέμαισθε p. 127.
κρεμόω p. 158.
Κρεσφόντης p. 128.
κρέω p. 128.
κρήνη πηγή p. 128.
κρησέρα p. 93. 130.
Κρησίλας p. 128.
κρῖ κριθή p. 94.
κρίνος κρίνον p. 299.
Κρῖος p. 130.
κροκόωσι p. 186.
κρούμη p. 281. n.
κρούπαλον p. 63.
κρωβίον κρωπίον p. 37.
κρῶμαξ grumus p. 281. n.
κτᾶν p. 6.
κτείνυμι κτίνυμι p. 210.
κτείς p. 129. 130.
κτείς dens p. 15.
κτίνυμι κτίννυμι p. 210.
κύαρ κύος κύτος p. 96.
κύβερνος gubernum p. 159.
κυδιάουσα p. 177.
κυδοιδυπᾶν p. 159.
κύδος ὁ et τὸ p. 298.
κύθος p. 293.
κυκλώω p. 215.
κύλα κοικύλλω p. 114.
κυνώ p. 319.
κυρβάσαι p. 134.
κύρβις p. 302.
κυρτιόωντες p. 215.
κύτος κύσθος p. 301.
κώληψ p. 117.
κώτιλον ὄμμα diss. XX. §. 4.
κωφός de oculis diss. XX. §. 4.

Λ.

λ̄ insert. p. 52. 105. 112.
λ̄ insert. verb. p. 114.
λ̄ et ρ̄ commut. p. 73. 116. 137.
λαία λεία p. 83. 254.
λαῖδος p. 311.
Λαιμώ p. 326.
λαιφύς p. 246.
λαίω p. 6.
λάκκος lacus lacunar p. 237.
Λάμια Lamiae p. 326.
λάμπειν de auditu diss. XX. §. 3.
λαμπρός λευκός p. 37.
λαρός diss. XX. §. 4.
λαρός λιαρός p. 29.
λᾶσθαι p. 79. 83.
λαχή fossa p. 237.
λάω p. 6.
λέγειν λήγειν p. 57.
λειριόεσσα vox diss. XX. §. 4.
λέκος p. 295. n.
λελάσθαι p. 94.
λελιχμότες p. 119.
λέπας λέπος p. 315.
λεπτυνέω suspect. p. 146.
λέων λεύσσω p. 109.
λεχώς p. 325.
ληκώ ληκᾶν p. 320.
λῆτο p. 94.
Λητώ p. 317. 325.
λιάζειν p. 77.
λιάζω p. 131.
λιαίνω χλιαίνω p. 30.
λιλεῖν p. 194.
λιμβός λιχνός p. 69.
λινοπτᾶν p. 218. n.
λίξ p. 77.
λιπόως p. 183.
λίπτω διψάω p. 300.
λιτέσθαι paroxyt. p. 98.
λν̄ non juncta p. 209.
λοῦσος p. 22.
λούω λουείω p. 145.
λόχος λεχώ p. 325.

λύγος λύγη p. 297.
λῶν et λιῶν p. 154.
λῶπος λόπος p. 301.
λωφᾶν λόφος p. 158.

M.

μ̲ insert. p. 42. sq.
μ̲ insert. verbalib. p. 288.
μ̲ et β̲ commut. p. 116.
μ et π commut. p. 31.
μαδᾶν μαδίζειν p. 24.
μαδᾶν et μυδᾶν p. 301. n.
μαίεσθαι p. 130.
μαῖρα p. 205.
μάκελλα p. 116. n.
Μακκώ p. 326.
μάλκη μαλκίειν p. 205.
μᾶμα p. 156.
μᾶμα cibus p. 31.
μαματίς p. 10.
μανδάκης p. 10.
μάνη μανία p. 260.
μανός p. 278.
μαράσσω p. 240.
μαργάς p. 10.
μαρμαίρειν p. 74.
μάσασθαι p. 130. 156.
μάσασθαι tangere p. 47.
μάσσαι p. 10.
μάσταξ p. 156.
μασταρύζειν p. 231.
μασιγεῖν — οῦν p. 171.
ματέεσθαι p. 26.
ματεῖν p. 150. 202. n.
μάτος p. 284.
μαχέομαι p. 148.
μέγαρος τὸ p. 299.
μέζεα p. 296.
μελαναυγής diss. XX. §. 6.
μελάνω μελαίνω p. 234.
μελετᾶν μέλλειν p. 116.
μέλισσα sacerdos p. 257.

μέμαε μέμονε p. 129.
μέμβλομαι p. 127. n.
μέμνοιο p. 127.
Μενεσθώ p. 322.
μενοινέω — άω p. 164.
Μέντης μνήμων p. 129.
μερμίς p. 137.
μεσόψηρος p. 286.
μεσόψηρον p. 32.
μηκή accent. p. 267. n.
μηλῶσαι p. 26.
μηρυκᾶσθαι p. 159.
μήστωρ μνήστωρ p. 7.
μηχανάται p. 185.
μῆχος p. 294. 296.
μιάστωρ p. 121.
μίνθος p. 125.
μινυθῆσαι p. 147.
μιργῶσαι p. 125.
μίρμαι p. 125.
μῖσος p. 308.
μνάομαι μαίομαι p. 7.
μνάριον p. 29.
μναρός μνιαρός p. 29.
μνᾶσθαι μαίεσθαι p. 129.
μνηστήρ μήστωρ p. 129.
μνοιός p. 29.
μνοῦς μνίον p. 29.
μνώομαι μνάομαι p. 213.
μνώομαι vid. Addend. ad p. 213.
μοῖος σμοῖος p. 274.
μοῖος μύω μύσος p. 301.
μολύνω θολύνω p. 245.
μόρα acc. p. 267.
Μορμώ p. 326.
μορμώ p. 320.
μόρυχος p. 245.
Μορφώ p. 319.
μοσχύνω p. 238.
μουκίζω p. 285.
μυᾶν p. 114.
μυδάω p. 81.
μυζάω p. 86.
μυθοῦσθαι p. 171.
μύκη p. 263.
μυκός p. 285.
μυκός μύξα p. 301.
μύλη μύλλω p. 114.
μύλλα p. 286.
μυλλός p. 114.
μυνδός diss. XX. §. 4.
μύσκος μύσος p. 301.
μυχθίζω p. 226.
μύω μυάω p. 154.
μωμέομαι — άομαι p. 168.
μωραίνω pro ἀφροδισιάζω p. 326.
μῶρος de cibo diss. XX. §. 4.
μῶσθαι p. 26.

N.

ν̄ insert. p. 131.
ν̄ insert. verb. p. 149.
ν̄ post μ̄ insert. p. 129.
ν omissum ante σ p. 121. n.
νάερθα p. 7.
ναίειν νήχεσθαι p. 69. n.
ναιετάω, non νοιετόω p. 173.
ναίτειρα p. 7.
ναός p. 274.
νάρω gnario p. 132.
νᾶσαι p. 132. n.
ναστός p. 104.
ναύειν p. 13.
ναυσίπους p. 27.
ναυστήρ p. 13.
νάω ναίω p. 7.
νάω ναίω νήχω p. 11.
νεῖν pro πλεῖν p. 27. n.
νηγάτεος p. 129.
νητός p. 104.
νήχεσθαι fluere p. 69. n.
νῖκος p. 297.
νόα fons p. 27.
νοεῖν pro ἰδεῖν diss. XX. §. 2.
νόστος νόστιμος p. 16.
νότος p. 27. 86. 284.
νοῦς fluvius p. 27.

νυκτιλαμπής diss. XX. §. 6.
νωθής νῶκαρ p. 109.

Ξ.

ξ terminat. adverbior. p. 63.
ξ et σκ commut. p. 32.
Ξανθωῖ pro Ξανθώ p. 327.
ξηρίς ξυρίς acc. p. 293 sq. n.
ξίφος p. 294.
ξουθός de sono diss. XX. §. 4.

O.

ο prosthet. p. 44. 98. 100. 109. 239.
ο et ε commut. in verb. p. 149. 221.
οι pro ῳ p. 127.
ὀθύλλομαι p. 90.
οἶδος p. 311.
οἶκος locus p. 59. n.
οἴομαι opinor p. 108.
οἰχεῦμαι p. 148.
οἰῶ p. 145. n.
ὄλβος p. 287.
ὀλιβρός ὀλιβράξαι p. 98.
ὀλίγγη p. 280. n.
ὄλμος p. 282.
ὅλος p. 123.
ὁλός θόλος p. 245.
ὀλολυγών p. 324.
ὄμβρος a βρύω p. 69.
ὁμοκλέω — άω p. 164.
ὁμοστιχᾶν p. 171.
ὁμοτροχᾶν p. 170.
ὁμοῦμαι ὁμεῖται p. 163.
ὄμπνη p. 42.
ὁμφή ὄσσα ὄψ p. 42.
ὁμφύνω p. 114.
ὀνέω ὀνείαρ p. 193.
ὀνίναμαι p. 162.
ὄνοισθε ὄναισθε p. 162. n.
ὄνομαι p. 162.
ὀνοματοθηρᾶν p. 170.
ὄνος onus p. 163.
ὄξος ἀχή p. 301.
ὀξύς de colore diss. XX. §. 4.
ὄπεαρ p. 159. n.
ὀπήτιον p. 159.
ὀπός sapor succus p. 30.
ὀπυίω p. 41.
ὁράατε p. 184.
ὀργάζειν p. 280. n.
ὀρεχθέω p. 97. 152.
ὄρμενος p. 283. n.
ὅρμος p. 282.
ὀρνιθοθηρᾶν p. 170.
ὄρογκος ὄροχθος p. 133. n.
ὄρομαι ῥώομαι p. 138.
ὄρος ὄρος p. 301.
ὄρος p. 288.
Ὄρπη Furia, ὄρπαξ p. 259.
ὄρπηξ p. 283.
ὀρσοδάκνη p. 283.
ὄρσος p. 283.
ὀρσότης p. 283.
ὀρταλίζω p. 133.
ὀρτός p. 133. n.
ὀρχεῖσθαι ὄρχος p. 153.
ὄρχος p. 280. n.
ὁρωομένη p. 213.
ὀρώρυγον p. 262.
ὀσμὴ ἀφεγγής diss. XX. §. 4.
ὄσσα ὄμφη p. 108.
ὄσσεσθαι ὀττεύεσθαι p. 257.
ὄσσομαι οἴομαι p. 108.
ὄσσος p. 291.
ὄσφρομαι p. 257.
ὀτρηρός p. 239.
οὐλαμός p. 117.
οὐλάς οὐλαμός p. 261.
οὖλε macte p. 111.
οὐλή p. 111.
οὔνεσθε p. 162.
οὐρός ὄρυγμα p. 100.
οὖρος ὁρᾶν p. 158.
οὖρος αὖρα p. 276. n.
οὖς οὖας p. 313. 314.

οὖτας οὐτάναι p. 167.
οὗτος de femin. diss. XX. §. 1.
ὀφέλλειν p. 16. n.
ὀχθέω ἄχθομαι p. 149.
ὀχθίζειν p. 227.
ὄχνη p. 264.
ὄψ vox et visio p. 257.
ἀψέ p. 283.

II.

π̄ insert. p. 47.
π̄ insert. nomin. p. 283. n.
π̄ insert. verb. p. 36.
π̄ prosthet. p. 247.
π̄ et κ̄ commut. p. 117. 153.
π̄ et μ̄ commut. p. 31.
πάγος πηγάς p. 281. n.
παίειν μάζαν p. 10.
παῖλλος p. 113.
παίω πταίω p. 130.
παλάσσω παλύνω p. 104.
παλίνορσος p. 134.
παλίνορσος p. 283.
παλλέω p. 145.
παλύνειν de liquid. p. 104. n.
παμφαλύζω p. 232.
παμφανάω p. 155.
πανόμφαιος p. 42.
πᾶνος τὸ p. 306.
παός p. 274.
παπταίνω p. 7.
παπταίνω παμφαλάω παπταλάω p. 8.
παραφάσσω p. 105.
παρένθεσις ἔπενθ. p. 187.
πάρνοψ p. 117.
πᾶρος τὸ p. 306.
πάσκος p. 104.
πατάνη πλάστιγξ p. 52.
παφών p. 9.
πειθόϊ p. 290. n.
πεινάω longo ᾱ p. 211.
πελεκᾶν p. 159.
πελεμίζω p. 226.
Πελεός p. 311.
πέλος πέλλη p. 311.
πέλω πελεμίζω p. 107.
πέλω πελεμίζω pello p. 116.
πέπαλκα p. 149.
πεπτηώς p. 107.
πέρθω πορθέω p. 149.
περιῤῥηδής p. 36.
περισπερχέω p. 152. n.
περιφλύειν — φλεύειν p. 24.
περόων ambig. p. 178.
πέσκος p. 314.
πεσσός p. 283. n.
πετάω p. 193.
πετεηνός p. 188.
πέτη casus p. 259.
πέτω πτήσσω p. 107.
πεύθομαι πόθος p. 261.
πέφη p. 9.
πέφιλμαι p. 113.
Πεφρηδώ p. 325.
πεφυζότες μεμυδότες p. 81.
πῆ et πῆν p. 104.
Πήγασος p. 207.
πηγεσίμαλλος p. 103. n. p. 294.
πηγός πάγος p. 281.
πηδᾶν πούς p. 159.
πηλοπλάθος p. 105.
πηλός p. 104.
πῆμα p. 70.
πηρός p. 70. diss. XX. §. 4.
πῖδαξ p. 65.
πῖδαξ πηδαίω p. 207.
πιμπλεῦσα p. 169.
πινυμένη p. 190.
πινύσκω πινύσσω p. 248.
πιπράσκω p. 158.
Πίσα p. 308.
Πῖσα Βῖσα p. 131.
πῖσος τὸ p. 308.
πιστός p. 131.
πλᾶγος p. 307.
πλαγκτός p. 88.

πλακερός p. 57.
πλατυγίζω p. 247.
πλατύς latus p. 52.
πλεῖν pro νεῖν p. 276. n.
πλέω πλείω πλώω p. 25.
πλέω πελάζω p. 107.
πληγάδες p. 88. n.
πλημαθῆναι p. 157.
πλημύρα p. 149. 264.
ποδῶκες ὄμμα diss. XX. §. 6.
πόθος et πεύθομαι p. 156.
ποιά ποιός p. 310. n.
ποιπνύω p. 25. 129.
πολύκυθνος p. 96.
Πολυξώ p. 327.
πόρκης p. 273.
πόρπη p. 264.
πορσύνω p. 284.
πορφυρέω brevi ypsil. p. 149.
ποτέομαι πωτάομαι p. 167.
ποτίχρανον cubital diss. XX. §. 6.
ποτόμφει p. 41.
πρέπειν de odore diss. XX. §. 3.
πρημαίνω p. 237.
πριάδην p. 192.
πρίασθαι p. 192.
προβάοντε p. 5.
προϊκτης p. 99.
προσαῦσαι p. 12.
πρόσπαιος p. 78.
πρόσφατος p. 106.
πρόφατος p. 9.
προχανή accent. p. 265.
προχέα p. 254.
$\overline{\pi\tau}$ insert. p. 64.
$\overline{\pi\tau}$ et $\overline{\sigma\sigma}$ commut. p. 49. 100. 108.
$\overline{\pi\tau}$ et $\overline{\psi}$ commut. p. 89.
πταίω παίω p. 10.
πταώτης p. 8.
πτίσσω pinso p. 130.
πτοιά p. 138.
πτόρος p. 279.
πτύον p. 275.
πτῶ, καταπτήτην p. 107.
πτωκάζω p. 217.
πύελος πτύελος p. 131.
πύη p. 255.
Πυθόϊ p. 290. n.
πυκνός p. 281. n.
πυξὶς χαλκῆ diss. XX. §. 5.
πύον πύος πῦος πῦαρ p. 309.
πυρσός p. 284.
πῶμα opercul p. 21.
πωμάννυμι p. 208.
πωρός p. 70.
πωτάσκομαι p. 249.

P.

$\overline{\rho}$ insert. p. 47. 106. 302.
$\underline{\rho}$ insert. in terminat. p. 42.
$\underline{\rho}$ et $\overline{\delta}$ commut. p. 73.
$\underline{\rho}$ et $\overline{\lambda}$ commut. p. 116. 137.
ῥαγέεσσι p. 291.
ῥαιβός ῥαμψός p. 284.
ῥαίνειν de siccis p. 104. n.
ῥάκτος p. 284.
ῥάμφος ῥύγχος p. 303.
ῥασθαίνω p. 237.
ῥάσσατε p. 128.
ῥάχος ῥῆχος p. 281. n.
ῥεγεύς ῥέγος p. 78.
ῥεμφάξαι p. 242.
ῥεούμενος p. 144.
ῥῆνος ῥίνος p. 298. n.
ῥήσκω p. 16.
ῥινᾶν p. 157.
ῥόμβος στρόμβος p. 35.
ῥυβός γρυπός p. 48.
ῥύμβος στρόφαλος p. 35.
ῥύπος p. 288.
ῥύσκευ p. 61. n. 20.
ῥύτρος p. 299.

Σ.

σ̄ prosthet. p. 43. 84.
σ̄ pro ο̄ in compos. p. 128.
σ̄ et τ̄ commut. p. 283.
σάθων puerulus p. 326.
σαίνουρος p. 128.
σαίνουρος Σαννυρίων p. 113.
σαίρειν σύρειν p. 136.
σάκκος p. 285.
σάλαγξ p. 93.
σάλος p. 128.
σάμεα p. 303.
σάννας p. 278.
σαννίον p. 113.
Σαπφώ Σαπφός p. 323.
σαρκάζω σύρω p. 220.
Σαυροπατίδες p. 31.
σαυρωτήρ p. 285.
σαφέω p. 152.
σαῶς, σοῶς p. 183.
σειρά p. 137. 256.
σελάχεια p. 303.
σέλαχος p. 305.
σέλμα σελμίς p. 112.
σελμίς p. 117. 137.
σηκός p. 285.
σήλατο p. 112.
σηπεύειν p. 196.
σηπή p. 258.
σήπω ὀπός p. 125.
σῆσιρον p. 93.
σθ̄ insert. p. 64. 97.
σθ̄, σφμ̄ insert. p. 237.
σῖγα λέγειν diss. XX. §. 4.
σινέομαι p. 146. 152.
σινίον p. 93.
σίφλος diss. XX. §. 4.
σκαιός, σκαμβός, σκιμβός p. 85.
σκάλευθρον p. 115.
σκάλοψ p. 115.
σκαρδαμύσσειν p. 247.
σκαρδαμύσσω p. 134.
σκάρος p. 134.
σκάτος, σπάτος, σκῦτος p. 303.
σκεοθήκη p. 37. n.
σκέπα p. 316.
σκέραφος p. 114.
σκευή σκιά σκοιός p. 37.
σκιρτᾷν p. 134.
σκιρτέω p. 169.
σκιδνάω p. 193.
σκνῖφος p. 290.
σκοιός σκιά p. 303.
σκορόβυλος p. 286.
σκοτόωσι p. 186.
σκύθμαινος p. 279.
σκύλλα p. 276.
σκῦλον spolium p. 115.
σμερδαλέος p. 75.
σμῆνος ἑσμός p. 302.
σμοῖος p. 301.
σμώδιξ σμώνη p. 68.
σ́βος p. 287.
σολοικοφανές diss. XX. §. 1.
σόλος p. 112.
σοοῦσθαι p. 171.
σοῦς p. 23.
σοφός sibus nesapus diss. XX. §. 4.
σπάλαξ p. 115.
σπάλευθρον p. 115.
σπαλιών p. 32.
σπαλύσσω p. 247.
σπαργέω p. 169.
σπαστρεύειν p. 136.
σπέραδος p. 294.
σπέω Add. ad p. 16.
σπλεκοῦν σπεκλ. p. 161.
σπυρθίζειν p. 134.
σσ̄ et πτ̄ commut. p. 100.
σταλαγεῖν p. 35.
σταλεηδών p. 188.
σταλόω improb. p. 175.
στανύω p. 208.
στείβη improb. p. 258.
στείω στεύω p. 17.
στελγίς στεργίς p. 55.
στέλεχος p. 305.
στεμβάζειν p. 33.
στεναχή στοναχή p. 258.

στενάχων — αχῶν p. 148.
στερεός στέριφος p. 56.
στεροπή στορτία p. 41.
στέροψ p. 41.
στέρφος στρέφος p. 302.
στέρω στερέω p. 146.
Στεῦνος p. 305.
στῆθος p. 293.
στηρίζω p. 226.
στιβῆσαι defect. p. 148.
στιλβός p. 277.
στιφρός στριφνός p. 55.
στιχάει, στιχόωσι p. 186.
στλαγγίς p. 55. n.
στόρνη p. 55.
στραγγαλιά p. 55.
στράγξ p. 54.
στρατᾶσθαι — οῦσθαι p. 185.
στρατός p. 284.
στρέφειν et κλώθειν p. 94.
στρῆνος ὁ et τό p. 298.
στρογγύλος στρεβλός p. 55.
στροφέω στρωφάω p. 167.
στρύμοξ p. 55. n.
στῦλος p. 24.
στυμνός p. 55.
στύππη στύπος p. 297. n.
στυφρός στυφελός p. 55.
συγκοπή pro ἀποκοπ. p. 5. n.
συλέω — άω p. 168.
συνέντης p. 121.
σύριγξ σήραγξ p. 136.
συρφετός p. 294.
σύρφος p. 294.
σύφαξ ὀπός sapa diss. XX. §. 4.
σφεδανός p. 76.
σφαδαίζω p. 82. 222.
σφάλαξ p. 247.
σφαλός p. 276.
σφαλλός p. 276.
σφαλμῆσαι ἀποσφ. p. 157.
Σφηττώ p. 323.
σφοδρός p. 76.
σφριαί p. 52. 119. 241. n.
σφρίγος p. 308.
σφυδᾶν p. 52.
σχαστήρια p. 85.
σωκεῖν p. 151.
σῶκος p. 285.

T.

τ exemtum p. 285.
τ insert. p. 130.
τ insert. verb. p. 44 sq.
τ prosthet. p. 112. 118.
τάζω p. 130.
ταυθαρύζειν p. 231 sq.
ταυταλίζω — εύω p. 232.
ταξιοῦσθαι p. 160.
τάρβος p. 304.
τάριχος p. 305.
ταρσός p. 136.
ταυτάζειν p. 222.
τάω τητάω p. 293.
τειχεσιπλήτης p. 88. 107.
τεῖχος p. 70.
τέκμαρ p. 70.
τέκτων p. 70.
τελάσσαι p. 115.
τέλθος p. 294.
τέμενος p. 295.
τέμπεα p. 305.
τέναγος p. 294.
τένθη p. 259.
τένθης p. 74. 96.
τέννος p. 291.
τεξείεσθε p. 92.
τέρατα τείρεα p. 315.
τεραίζω p. 222.
τέρετρον τόρνος p. 55.
τερέω p. 136.
τερηδών p. 136.
τερθρεία p. 66.
τερσήμεναι p. 109.
τερύσκω p. 136.
τέρχνος τρέχνος p. 302.
τέτακα p. 130.

τετιημένος p. 154.
τευμᾶν p. 222.
τευτάζειν p. 222.
τέχνη τεύχω p. 222.
τῆ p. 8. 28. 130.
τήθη p. 115.
τηλία p. 8.
τηλύγετος p. 129.
τητᾶν p. 28.
τιθαιβώσσω p. 248.
τιθέναι pro ποιεῖν p. 191.
τίλη p. 255.
τίλλω p. 118.
τινθός p. 136.
τίνυμι τίννυμι p. 209.
τιτύσκω p. 61.
τίω ἀτίω p. 124.
τλῆναι τέλλειν p. 115.
τμήγω p. 108.
τμῆσαι p. 108. n.
τμώμενος p. 8.
τοῖχος p. 70.
τολμᾶν ταλάσαι p. 115.
τονθρύζειν p. 231.
τορεῖν τετραίνειν p. 203.
τόρμος p. 288.
τόρνος p. 136.
τόρνος τέρετρον p. 53.
τόρνος τύρος p. 288.
τορύνω, τορύνη p. 136.
τρανής p. 136.
τραπέω p. 148.
τρασιά p. 136.
τραυλός p. 286.
τραυσανόν p. 136.
τρήμη τρυμαλιά p. 53.
τριάξαι p. 241.
τρίβω p. 136.
τριγός p. 87. 280.
τρίζειν et τρύζειν p. 87.
τρίπους τράπεζα diss. XX. §. 5.
τριτόωσα p. 187.
τριτώ p. 320.
τροφιοῦσθαι p. 160.
τροχέω τρωχάω p. 167.
τρυός p. 310.
τρυπᾶν obscen. p. 8.
τρυσός p. 283.
τρύχω τρυχόω p. 161.
τρώγλη τρώμη p. 53.
τ̄τ̄ et ζ̄ commut. p. 99.
τύκος p. 280.
τύμβος p. 45.
τυφλός diss. XX. §. 4.
τωθάζω p. 221.

Υ.

ῡ pro υῑ in optat. p. 127.
ὕδνον tuber p. 305.
ὑλαῖν suspect. p. 175.
ὑλλεῖν p. 72.
ὑπερικταίνω p. 237.
ὑπίλλειν στόμα diss. XX. §. 6.
ὑπνώω p. 213 sq.
ὑποδρασία p. 63.
ὑποζοφόωσα p. 186.
ὑπώπιον pedis diss. XX. §. 6.
ὑριατόμος Add. ad p. 22.
ὑφανάω p. 155.

Φ.

φ̄ prosthet. p. 250.
φ et χ̄ commut. p. 31.
φαεννά vox diss. XX. §. 4.
φαικός p. 285.
φαλίσσω p. 243.
φαλός φαλίπτω p. 250.
φαλύσσω p. 247.
φάναι p. 265.
φαρκάζω p. 222.
φάρος aratrum p. 304.
φάρσος p. 304.
φαρῦναι φιαρ. p. 29.
φάρω p. 304.

φάσαι p. 9.
φασγάνω p. 235.
φατός in composit. p. 106.
φειδός p. 279.
φέννος p. 276.
φέρμα p. 35.
φέρσαι p. 304.
φήμη et φωνή p. 288.
φηνός p. 278.
φῆρ p. 304.
φήρεα p. 294. n.
φθανέω p. 120.
φθύζω πτύω p. 32.
φθύζω pro πτύω p. 89.
φιαρός p. 29.
φιδός p. 280.
Φιλυτωί pro Φιλυτώ p. 327.
φιμός p. 54.
φλάζω p. 9.
φλᾶν p. 9.
φλανύσσειν p. 246.
φλεγμός p. 282.
φλεγυᾶν p. 156.
Φλειώ, Φλιοῦς p. 31.
φλιαρός p. 31.
Φλῖος p. 31.
Φλόη χλόη p. 31.
φλοῖσβος p. 287.
φλυδᾶν p. 31. 72.
φλυδέω p. 81.
φλυδοῦν φλοιδ. p. 24.
φλυκτίς p. 52.
φοαί p. 24. n.
φοιτέω — άω p. 164.
φολκός p. 60.
φολύνω μολύνω p. 245.
φονεῖν p. 203.
φόρβιον p. 304.
φορέω p. φέρω p. 151.
φορύνω μολύνω p. 245.
φόρυς p. 245.
φορυτός p. 245.
φρέαρ ῥέος p. 315.
φρεναπατᾶν p. 171.
φρὴν φρασί p. 83.
φριμάσσω p. 119. 241. n.
φρονέω unicum p. 152.
φρυάσσω p. 119. 241.
Φρυγέεσσι p. 291.
φυζάω p. 81.
φῦκος p. 292.
φυλλεῖν p. 72.
φύλλω p. 113. n.
φῦν p. 5. n. 5.
φύος p. 290.
φυσιοῦσθαι p. 160.

X.

χ insert. nomin. p. 285.
χ et ϑ commut. p. 70.
χ et κ commut. p. 70.
χ et φ commut. p. 31.
χάβος p. 85.
χαλέπτω χαλεπός p. 288.
χαλκεύς abus. diss. XX. §. 6.
χάννη προχάνη καταχήνη p. 260.
χάννος p. 278.
χάος p. 84.
χάρυβδις φάραγξ p. 303.
χάσις p. 84.
χεεία p. 188.
χειά p. 254.
χειραπτάζω p. 106.
χειρονομεῖν σκέλεσι diss. XX. §. 5.
χελούειν p. 206.
χέραδος p. 305.
χηνῆσαι p. 260.
χηνυστρεῖν p. 245.
χῆτις p. 293.
χίδρον χέδροιψ p. 15.
χλαρός χλιαρός p. 30.
χλίδος p. 308.
χλίω χλιάω p. 154.
χλοάω, non χλοόω p. 175.
χλοδή p. 31.
χλόη χολή p. 25.

χλοιδᾶν p. 31. 72.
χολή χόλος χέω p. 25.
χόλος p. 287.
χολώομαι p. 214.
χολῶτο p. 183.
χραῖσμε unicum p. 119.
χρεῖος p. 298.
χρώζειν tangere diss. XX. §. 4.
χυδαῖος futilis p. 21.
χυλός p. 24.
χυλός et χυμός p. 287.
χυμός saliva p. 30. n.
χυρβιάσαι p. 134.

Ψ.

$\overline{\psi}$ et $\overline{\pi\tau}$ commut. p. 89.
$\overline{\psi}$ et $\overline{\varphi\vartheta}$ commut. p. 122.
ψαλίς p. 32.
ψατᾶσθαι p. 169 sq.
ψατᾶσθαι φθάνειν p. 89.
ψέφος dub. p. 314.
ψευστεῖν p. 150. 151.
ψιάζειν p. 122.
ψινάς φθινάς p. 122.
ψίω ψιάω p. 154.
ψούδιος p. 261.
ψυγός p. 277.
ψύθος p. 76.
ψυθών p. 91.
ψυττόν πτυελόν p. 32.
ψύχειν et ξηραίνειν p. 109.
ψῶσαι p. 27.

Ω.

ὠατοθήσω p. 314. n.
ὠκύς ὀξύς p. 284.
ὠνάμην p. 162.
ὤνος ὄνειαρ p. 163.
ὠπάζεσθαι p. 229.
ὤψατο p. 42.

II. Index latinus.

A.

Accentus aorist. in εσθαι p. 132.
accentus nomin. in η p. 271.
accentus nomin. in ω p. 324.
acephala p. 180. 205. vid. derivata.
aclita in ος III. declinat. p. 312.
adjectiva in αης p. 6. n.
— — in δνος p. 161.
— — in ος — ιος p. 182.
— — in ος — οεις p. 182.
— — in οεις et ωδης p. 181.
— in οεις et participia confusa p. 180. sq.
— — in ωεις p. 181. et Addend.
adulor p. 113.
adverbia in εδην p. 23.
ajo nego p. 124.
anadrome ex futuro p. 61. 98.
aorist. asigm. p. 38.
aorist. in μον p. 119.
apocope nomin. p. 316.
apotrocta p. 316.
autumo pro dico et puto p. 61.
averta p. 125.

B.

brodium βλύδιον p. 22.
bua p. 131.
bulga vulva p. 261.

C.

calatorius p. 85.
calvere p. 36. n.
cambio campso p. 48.
campus κάμπος p. 48.
carere carpere p. 37.
casteria p. 85.
catachresis quid? dissert. XX. §. 5.
catachresis liquid. et siccor. p. 104. n.
cibicida p. 10.
cillere procellere p. 117.
clepere p. 35. 47.
coloris, odoris, soni vocabula diss. XX. §. 4.
colus glomus globus p. 94. sq.
compositio oppositor. p. 124.
conjunctiv. verbor. epic. in αω p. 183.
contractio nomin. neglecta p. 166.
contractio verbor. neglecta p. 164. 167.
contradictio in adject. diss. XX. §. 2.
cremor cruor p. 281.
cribrum p. 93.

D.

dativ. nomin. in ω p. 290. n.
degunere p. 30.
deminutiva in ω̄ p. 317.
derivata acephala p. 159.
derivata ante primitiva p. 146.
diaeresis et epenthes. p. 187.
diaeresis genit. et dativ. nominum in ω̄ p. 290.
diaeresis accent. mutat. p. 188.
diectasis verbor. in prosa p. 189. et Add.
diectasis verbor. epicor. p. 173. sq.

E.

epenthesis syllabica p. 44.

F.

fel χολή p. 21.
fello p. 115.
festra p. 121.
fieri pro nasci p. 71. n.
Flora Chloris p. 31.
fodio fundo χέω p. 21.
futura secunda p. 143.
futura in ασω p. 158. pro ησω p. 172.
futura in ξω p. 65.
futura in νσω et νξω p. 232.

G.

genus pro specie diss. XX. §. 2.
genus mascul. et femin. confus. diss. XX. §. 1.
gnarus p. 132.
gustus p. 30.

I.

ilia p. 118. n.
imperfect. in αε et η p. 165.
infinitiv. in ειν et εμεν p. 165. sq. p. 168. n.
insece inquam p. 137.
iota mobile p. 29.
iota subscript. infinitiv. in ῆν p. 188. n.
iota subscript. nom. in ω p. 327.

L.

labial. et guttural. commut. p. 49.

M.

masculin. pro femin. diss. XX. §. 1.
mn non orditur syllabam p. 29.
meo migro p. 34.
mephitis p. 301. n.
metaphorae repugn. diss. XX. §. 6.
metathesis conson. p. 302.
metathesis in verb. p. 138.
metathesis in verb. epicis p. 213.
mucidus p. 301.
muffa p. 301. n.
mutuo, mutuus p. 34.

N.

natare pro fluere p. 69. n.
nomina urbium in ώ p. 322.
nomina propria in ώ p. 321.
nomina defectiva p. 312.
nomina neutra in ας et ος p. 313. sq.
— — in θος p. 292.
— — in νος p. 294.
— — in σος p. 292.
nomina in αρ p. 313. 315.
— in βος p. 287.
— in γη p. 261. 262. 265. sq.
— in γος p. 281.
— in δη p. 261. 266.
— in δος δη p. 287.
— in ζα p. 258.
— in η et ησις p. 268.
— in η et ια p. 260.
— in ης I. decl. simpl. p. 272.
— in θος p. 287.
— in κη p. 258. 260. 263. 266. 267.
— in κος p. 285.
— in λη p. 264.
— in λος et λη p. 286.
— in μη p. 282.
— in μος p. 281. sq.
— in νη p. 269.

nomina in νος et νη p. 286.
— in πη p. 263. 267.
— in πος p. 281.
— in ρος p. 286.
— in σος p. 282. sq.
— in τη p. 263.
— in φη p. 258. 263.
— in φος p. 281.
— in χη p. 258.
— in χος p. 281.
— in ω et ων p. 324.
— in ωρ p. 316.
nominativ. absolut. diss. XX. §. 1.

O.

optativ. verbor. epicor. in αω p. 183.

P.

p̄ latin. insert. p. 37.
parare et parere p. 70.
participia defectiv. p. 147. 160.
participia verbor. epicor. in αα p. 184.
participia verbor. epicor. in ωουσα et ωωσα p. 212.
participia verbor. epic. in ωοντες, ωωντες et αοντες p. 211.
piscator. nomina diss. XX. §. 5.
pleonasmus accentum non mutat p. 188.
pluo πλύνω p. 131.
plural. et singular. juncti dissert. XX. §. 1.
plural. pro singular. p. 312. n.
posca p. 21.
pyxidum nomina diss. XX. §. 5.

R.

religio a legendo p. 65.
reor εἴρω p. 61.

S.

saltus p. 292.
sapor ὀπός succus p. 30.
sapor sucus diss. XX. §. 4.
sc interpon. Latini p. 29.
schema quid sit. diss. XX. §. 1.
screo p. 119.
sigma insert. aorist. p. 284.
silens luna diss. XX. §. 4.
soloecismi genera diss. XX. §. 1.
soni coloris odoris vocabula ibid. §. 4.
species pro genere ibid. §. 2.
spondaicus exitus hexametri 290. n. 5. et 163.
spurcus a spuo p. 47.
stipulum p. 34.
strigare p. 54.
substant. et adject. accentu divers. p. 296.
substantiva in ειρα p. 7.
substantiva in η et ος p. 296. sq.
substantiva in ος II. et III. declin. p. 298.
substantiva in ος ειον p. 303.

T.

tenus p. 291.
tores, torcular, torques p. 55.
trucidare ignem p. 135.

V.

verba in αζω ασσω p. 241.
— in αζω ενω p. 230.
— in αζω ιζω p. 229.

verba in αινω αζω οω p. 236.
— in αινω ασσω p. 241.
— in αιω p. 194.
— in αω αζω p. 218.
— in αω ευω p. 204.
— in αω εω p. 24.
— in αω ιαω p. 215.
— in αω ωω p. 211. 213.
— in ειω pro εω p. 92. 195.
— in ευω ιζω p. 230.
— in εω ευω p. 199.
— in εω οω p. 171.
— in εω υω p. 24.
— in εω ιζω p. 227. sq.
— in ιζω υνω p. 239.
— in ιζω υζω p. 232.
— in ιζω ιαζω p. 229. sq.
— in ιζω ιαω p. 330.
— in ιζω ισχω p. 249.
— in ιω ιαω p. 154. 172.
— in οω et ευω p. 204.
— in οω ιζω p. 230.
— in οω̈ αινω p. 236.
— in οω αζω p. 219.
— in υω υμι p. 208.
— in ω αινω p. 235.
— in ω αω p. 154. sq.
verba in ω εω p. 143. sq.
— in ω ευω p. 195.
— in ω ιαω p. 155.
— in ω ιω p. 205.
— in ω ισσω p. 243.
— in ω οω p. 161. sq.
verba desiderativ. in ιαω p. 155. sq.
verba dicendi et opinandi p. 61.
verba latina in go p. 130.
— — in go guo p. 80.
— — in quo p. 48.
— — in po p. 48.
verba legendi pro reputare p. 65.
verba paragoga in αζω p. 216.
— — in ιζω p. 223. sq.
verba perficiendi et interficiendi p. 121.
verba spirandi audiendi sentiendi p. 19.
verba verrendi et augendi p. 16. n.
verba videndi de olfactu et tactu diss. XX. §. 3.
virus p. 125.

Z.

zeugma diss. XX. §. 2. et 3.

III. Index locorum emendatorum et explicatorum.

Achill. Tat. IV. 14, 96. — p. 202. n. 8.
Aelian. Hist. Anim. IX. 41. — p. 87. n. 22.); XIV. 8. — p. 236. n. 4.
Aeschyl. Sept. diss. XX. §. 2. Prometh. ibid. §. 4.
Aëtii fragm. — p. 246. n. 11.
Alcaei fragm. LXVIII. — p. 71. n. 46.
Anacreont. fragm. LXIX. — p. 62. n. 21.
Anecdot. Bekker. 171, 25. — p. 111.; 321. — p. 153. n. 1.); 368. — p. 275.; 464. — p. 12.; 1452. — p. 80.
Anecdot. Cramer. I. 26. — p. 248.; I. 55. p. 145.; I. 69. — p. 155.; I. 268. — p. 119.; I. 316. — p. 113. n. 6.); I. 343. — p. 62.; I. 355. — p. 92.; I. 387. — p. 133. n. 38.); I. 411. — p. 134.; II. 291. — p. 282.; II. 372. et 385. — p. 278.; II. 312. — p. 160. n. 2.); II. 465. — p. 77.; IV. 200. — p. 132.; IV. 191. — p. 67. v. Theognost.
Antholog. Palat. V. 161. — p. 171. n. 9.); V. 236. — p. 70.; V. 254 — p. 69.; VII. 624. — p. 68. n. 36.
Antimach. p. 164.; Add. ad p. 162.
Apollon. de Adverb. 611. — p. 23.; 553. — p. 14.
Apollon. Rhod. III. 519. — p. 179; III. 384. — p. 9.
Arat. v. 169. — p. 182.; v. 240. — dissert. XX. §. 2.; v. 336. — ibid.; v. 405. — ibid; v. 746. — p. 206.
Arcad. 47. — p. 280. n. 17.) et p. 307. n. 26.); 68. — p. 279.; 72, 4. — p. 12. n. 19.); 81. — p. 51.; 84. — p. 278. n. 12.); 151, 5. — p. 49. n. 1.); 151. — p. 147.; 106. — p. 267.; 152. — p. 50.; 152, 3. — p. 51.; 152, 25. — p. 57. n. 13.); 153. — p. 67.; 155. — p. 71.; 159. — p. 120.; 160. — p. 122. et p. 123.; 161. — p. 125. et Addend.; 162. — p. 132.; 163. — p. 134.; 164. — p. 19. 165. — p. 210. et p. 290. n. 2.
Aretaeus p. 120. et p. 293. n. 8.
Aristarch. ad Iliad. XII. 411. — p. 69.
Aristophan. Acharn. v. 869. — p. 303. n. 23.); Avv. v. 1090. — p. 149.; *Γηρυτασδ.* fragm. (XVII.) — p. 36. n. 6.
Bion. Id. VII. 2. — p. 26.
Chaeremon. fragm. — diss. XX. §. 4.
Coluth. v. 57. — p. 85. n. 20.
Democrit. p. 21. n.

Dioclis fragm. — p. 76.
Dionys. Perieget. 1156. — p. 211.
Dioscorid. p. 325. n. 11.
Drac. 32, 7. — p. 122. Add. ad p. 266.
Empedocl. v. 157. — p. 201. n. 6.); v. 411. — p. 201. n. 6.) et Add.
Erotian. v. λάμπη — p. 271.
Etymol. Gud. 187, 37. — p. 169.; 390. — p. 296. n. 14.); 576. — p. 28. n. 48.
Etymol. Magn. 26, 19. — p. 254.; 78, 14. — p. 98.; 113, 50. — p. 212.; 120, 38. — p. 311.; 137, 36. — p. 151. n. 6.); 152, 30. — p. 171.; 174, 40. — p. 4.; 187, 43. — p. 5. et not. 5.); 237, 27. — p. 25. n. 39.; 270, 22. — p. 78. n. 11.); 516, 7. — p. 66.; 538, 51. — p. 88.; 601, 20. — p. 21. n. 33.); 637, 40. — p. 91.; 638, 54. — p. 313.; 639, 2. — p. 314.; 647, 21. — p. 194.; v. ἀείλλω — p. 113.; v. μάρτυς — p. 8. n. 11.); 575. — p. 296. n. 14.
Euphorion — p. 104. n. 50.
Eupolis — p. 287. n. 32.); Addend. ad p. 258.
Eurip. Rhes. 312. — p. 13.
Eustath. 217, 29. — p. 27.; 229, 25. — p. 87.; 621, 48. — p. 131.; 1746, 22. — p. 81.; 1792, 22. — p. 82.; 1837, 42. — p. 74. n. 5.
Galen. p. 202. n. 7. — p. 294. n. 9. — p. 312.
— Gloss. 26. n. 42. — p. 205.
Heliodor. p. 97. n. 39.
Helladius p. 126.
Hermesianactis fr. II. 39. — p. 147.
Herodian. π. μονηρ. 13. — p. 73. n. 4.); 22. — p. 125.; 23, 5. — p. 88. n. 24.); 24. — p. 123.; 35, 31. — p. 306.; 43, 20. — p. 17.; 43, 33. — p. 40.; 46. — p. 19.
Herodian. d. dichron. — p. 19.
— Epimerism. 15. — p. 118.; 110. — p. 263. n. 20.); 252. — p. 82. n. 18.
Herodot. III. 16. — p. 171.; VIII. 21. p. 145. n. 2.
Hesiod. Opp. v. 547. — 290. n. 3.); v. 610. — diss. XX. §. 2.; Scut. v. 255. — p. 153.; v. 289. — p. 181.; v. 392. — p. 211. n. 13.); fragm. CCLXII. p. 385. — p. 144.
Hesych. v. ἀδά — p. 259. n. 12.); v. ἄδεται — p. 71.; v. ἀϊλῶ — p. 113.; v. αἴνων — p. 123.; v. ἀκαχήμεναι — p. 239.; v. Ἀκκός — p. 326.; v. ἀμύσχεσθαι — p. 68.; v. ἀπόσεσχεν — p. 66.; v. ἀρίχεται — p. 67.; v. ἀρόχεται — p. 67.; v. αὐχάττειν — p. 88.; v. βδέλεσθαι — p. 112.; v. βήζει — p. 79.; v. γεγριφώς — p. 39.; v. γέλλαι — p. 113.; v. δάειν — p. 5.; v. δεδείαι — p. 254.; v. δειμᾶσθαι — p. 157.; v. δειομένη — p. 17.; v. διαδέλλειν — p. 112.; v. διείεται — p. 94.; v. δύπτω — p. 43.; v. ἐβύλλων — p. 113.; v. ἐγείλασαν — p. 219. n. 5.); v. ἐγκάπτει — p. 46. n. 27.); v. ἐγοργοπίασκεν — p. 250. n. 15.); v. ἔζελον — p. 116.; v. εἴδη

p. 258.; v. εἶεν — p. 191.; v. εἴημι — p. 191.; v. ἐθάμβη — p. 33.; v. εἰκαθέσοιμεν — p. 147.; v. ἐκρησσῶν — p. 107.; v. ἑλκανῶσα — p. 155. n. 6.); v. ἐμψιοῦσα — p. 154.; v. ἐνεγλαυκώς — p. 12.; v. ἐνθρεῖν — p. 66.; v. ἐνραβώς — p. 36. n. 5.); v. ἐξαφάζων — p. 106.; v. ἐξημεῦσαι — p. 34. n. 2.); v. ἐξίνει — p. 122.; v. ἑόρτας — p. 124. n. 23.); v. ἐπάλησε — p. 149.; v. ἐπικλενύσας — p. 36. n. 5.); v. ἐπὶ λέαν — p. 254. n. 3.); v. ἐπιλίημι — p. 112. n. 3.); v. ἐσαθνύριζεν — p. 113. n. 8.); v. ἔψιδεν — p. 79. n. 13.); v. ἐψίονται — p. 20.; v. ζέβυσται — p. 86.; v. ἠρέτανε — p. 235.; v. θελκτώ — p. 318.; v. θήγη — p. 258.; v. θῆσαι — p. 5. n. 6.; v. θραινομένη — p. 66.; v. θραῦρον — p. 12. n. 19.); v. θρῆσκος — p. 65.; v. θρώσκω γνώμα — p. 65. n. 31.); v. θρώσσει — p. 101.; v. ἴδονται — p. 72.; v. ἰήτης — p. 191. n. 3.); v. ἰμπάταον — p. 8.; v. ἰνάρει — p. 132.; v. ἴννοιεν — p. 207.; v. ἱππικὸν χλῖδος — p. 308.; v. ἰρήτειρα — p. 197.; v. καγκομένη — p. 60.; v. κάμμει — p. 118.; v. κάμπος — p. 48.; v. καπνοόν — p. 46.; v. κάπτει — p. 107.; v. καταβλέθει — p. 89.; v. κατέθυψας — p. 45. n. 24.); v. κατεῖλε — p. 125. n. 24.); v. κατώξα — p. 40. n. 13.); v. κεάσαι — p. 15. n. 24.); v. κέγνωται — p. 21.; v. κεγνῶσθαι — p. 21.; v. κελεΐς — p. 116. n. 14.); v. κέω — p. 37.; v. κηκαδεῖ — p. 81.; v. κέννει — p. 60.; v. κῆτος et v. κήτει — p. 84.; v. κίασθαι — p. 192.; v. κίατο — p. 192.; v. κικλαίει — p. 15.; v. κλέζω — p. 79.; v. κλέθος — p. 79.; v. κλέπει — p. 35.; v. κνεῖ — p. 28.; v. κνίδοντες — p. 72.; v. κνιπεῖν — p. 35.; v. κοττεῖν — p. 49.; v. κτᾶν — p. 6.; v. κτάνειν — p. 120.; v. λάγκει — p. 60.; v. λαφάσσω — p. 240.; v. λαπῆναι — p. 37. n. 6.); v. λάπος — p. 277. n. 8.); v. λάσθαι — p. 83.; v. λεχοέσας — p. 181. n. 7.); v. λέχόωντο — p. 187.; v. λεχῶεν — p. 181. n. 7.); v. μαθάλλει — p. 234. n. 2.); v. μᾶσσαι — p. 10.; v. μεταθεῦσαν — p. 64. n. 27.; v. μεταθήα — p. 64. n. 27.; v. μῆστο — p. 75. n. 7.; v. μναᾶ — p. 7.; v. μοσσυνεῖν — p. 239.; v. μώχεται — p. 68.; v. νάρειν — p. 132.; v. ναρούς — p. 132. n. 35.); v. ναυστῆρες — p. 13.; v. νῆτος — p. 104.; v. ὀλοεῖται — p. 111. n. 1.; v. ὀνίνοιεν — p. 238.; v. ὀνοῦται — p. 162.; v. ὀριχᾶται — p. 67.; v. ὀρτός — p. 133. n. 37.; v. οὐλιᾶσθε — p. 154. n. 4.); v. παγγάς — p. 88. n. 23.; v. παλήσειε — p. 149.; v. πεικός — p. 292.; v. πείσονται — p. 89.; v. περιτροπόωνιες — p. 167. n. 4.); v. πῆ — p. 104.; v. πιῆλαι — p. 234. n. 1.); v. πίκειν — p. 58.; v. πλώσσειν — p. 102.; v. προσίει — p. 18.; v. προσκληδής — p. 36. n. 5.); v. πύθομαι — p. 91.; v. ῥέμει — p. 118.; v. ῥίψανεν — p. 234. n. 3.); v. ῥῶσται — p. 26. n. 43.); v. σάλουσα — p. 110.; v. σάσαι — p. 103.; v. σηπόωντο — p. 180. n. 4.); v. σῖαι — p. 32. n. 55.); v. σινδούς — p. 324.; v. σωιάσαι — p. 93.; v. σκοίψ — p. 47. n. 30.); v. σκορόβυλος — p. 286. n. 30.; v. σμῆλαι